



Это цифровая копия книги, хранящейся для потомков на библиотечных полках, прежде чем ее отсканировали сотрудники компании Google в рамках проекта, цель которого - сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских прав на эту книгу истек, и она перешла в свободный доступ. Книга переходит в свободный доступ, если на нее не были отданы авторские права или срок действия авторских прав истек. Переход книги в свободный доступ в разных странах осуществляется по-разному. Книги, перешедшие в свободный доступ, это наш ключ к прошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все пометки, примечания и другие записи, существующие в оригинальном издании, как минимум о том долгом пути, который книга прошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

Правила использования

Компания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы перевести книги, перешедшие в свободный доступ, в цифровой формат и сделать их широкодоступными. Книги, перешедшие в свободный доступ, принадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые действия, предотвращающие коммерческое использование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас о следующем.

- Не используйте файлы в коммерческих целях.
Мы разработали программу Поиск книг Google для всех пользователей, поэтому используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- Не отправляйте автоматические запросы.
Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного перевода, оптического распознавания символов или других областей, где доступ к большому количеству текста может оказаться полезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем использовать материалы, перешедшие в свободный доступ.
- Не удаляйте атрибуты Google.
В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он позволяет пользователям узнать об этом проекте и помогает им найти дополнительные материалы при помощи программы Поиск книг Google. Не удаляйте его.
- Делайте это законно.
Независимо от того, что Вы используете, не забудьте проверить законность своих действий, за которые Вы несете полную ответственность. Не думайте, что если книга перешла в свободный доступ в США, то ее на этом основании могут использовать читатели из других стран. Условия для перехода книги в свободный доступ в разных странах различны, поэтому нет единых правил, позволяющих определить, можно ли в определенном случае использовать определенную книгу. Не думайте, что если книга появилась в Поиске книг Google, то ее можно использовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских прав может быть очень серьезным.

О программе Поиск книг Google

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне доступной и полезной. Программа Поиск книг Google помогает пользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый поиск по этой книге можно выполнить на странице <http://books.google.com/>



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





<36609368870011

<36609368870011 S

Bayer. Staatsbibliothek

July 1874

Histeria naturalis. Regn. animale
Faunae 246

Zool. . . 1. 55.

6.

CAROLI LINNÆI

MDCC. & BOTAN. PROF. UPSAL; HORTI ACADEMICI PRÆFECT; ACAD. IMPERIAL;
MONSPELIENS: STOCKHOLM: UPSAL: SOC; HUIUSQUE SECRETAR.

FAUNA
SVEVICICA

SISTENS

Animalia *SVECIÆ* Regni:
QUADRUPEDIA, AVES, AMPHIBIA,
PISCES, INSECTA, VERMES,

DISTRIBUTA

PER
CLASSES & ORDINES,
GENERA & SPECIES.

CUM
DIFFERENTIIS SPECIERUM,
SYNONYMIS AUTORUM,
NOMINIBUS INCOLARUM,
LOCIS HABITATIONUM,
DESCRIPTIONIBUS INSECTORUM.

STOCKHOLMIÆ

Sumtu & literis LAURENTII SALVII

1746.

*Que Presenti Opusculo desunt suppleat Aetas;
Non enim differendum est tyrocinium in Senectutem.*

Nam quotidie crescit metus,

Majusque fit semper quod ausuri sumus;

Et dum deliberamus, quando incipiendum,

Incipere jam serum fit,

Quare Fructum studiorum viridem

Et adhuc dulcem promi decet,

Dum et Venia,

Et spes est,

Et paratus favor,

Et audere non dedecet.



Quintilianus.

NOBILISSIMO & GENEROSISSIMO
DOMINO
CAROLO HÅRLEMAN
SUPREMO ÆDIFICIORUM & HORTORUM
REGG. PRÆFACTO.

NOBILISSIMO ATQUE GENEROSISSIMO
DOMINO
NICOLAO PALMSTIERNA
CHILARCHÆ.

ILLUSTRISSIMO COMITI
DOMINO
CLAUDIO EKEBLAD,
CONSILIARIO CANCELLARIÆ S. R. MAJ: TIS
REGNIQUE SUECIÆ.

GENEROSISSIMO DOMINO,
LIB. BARONI
ANDREÆ von HÖPKEN,
CUBICULARIO & SECRETARIO
REGIO.

Quidquid in Suecia vivit &
movetur exultat vobis fisti,
Viri

DEDICATIO.

Viri Illustres, qui felicitatem patriæ, literas, ingenuasque promovetis artes.

Jam per tria lustra incubui labori huic, fessum & oneri fere succumbentem sublevavit vestra gratia, sensi novas vires novumque ardorem, cum me æternitati pingere intellexi ex numismate, quo immerentem donare voluistis.

Ad finem perductum opus gratissimique erga vos animi testem esse optavi

ILLUSTRISS. NOMINUM VESTRORUM

Cultor devotissimus
CAROLUS LINNÆUS.

PRÆFATIO.

INter omnia, numquam satis prædicanda, Orbis Terraquei Miracula, ipso HOMINE, nihil omnino illustrius, potius nihil est.

Univerſum REGNUM LAPIDEUM conſtituunt corpora, quorum particulæ fortuitu vel concretæ vel ſegregatæ ſunt, & quorum rudem maſſam artiſcioſius non inſtruxit natura.

Minutiſſimum PLANTÆ ſemen, maſſæ cuiſdam Lapidei Regni immiſtum, rudiſſima corpora illa ſibi aſſimilata ſic inſtruit, ut nobiliora evadant; itaque Plantæ plus artiſcii arguunt quam Lapides.

Ovum ANIMALCULI cuiuſdam, forte inter plantas excluſum, eaſdem corrumpit, aſſimilat & majori adhuc artiſcio inſtruit; Ut adeo crudæ particulæ terreſtres Regni Lapidei in Regno Vegetabili prius inſtruendæ ſint, quam in Regno Animali nobilioris artiſcii capaces evadant; itaque Animalia plantis ſunt excellentiora.

Sin autem Animalia invicem contuleris, diverſos perfectionis gradus in illis itidem deprehendes; in cenſum heic veniunt Vermes, Inſecta, Piſces, Amphibia, Aves, Quadrupedia; ut rem paucis expediam. *Aranea* eſt octipes, totidemque inſtructa oculis, cum non niſi binos & pedes & oculos habeat *Gallina*, verumtamen hæc illâ nobilior eſt. Etenim perfectius judicandum quod paucioribus inſtrumentis multa efficere poſſit, quam quod majori apparatu vix tantumdem peragere valeat. Sic adſtrui nullo negotio poterit *Hirudini* vermi *Papilionem* Inſectum, *Papilioni* *Salmonem* Piſcem, *Salmoni* *Aquilam* Avem, *Aquilæ* demum *Bovem* aut *Leonem* antecellere; ita

P R Æ F A T I O.

quidem ut *Quadrupedia* cunctis animalibus reliquis multo existant perfectiora; sed vero non est quod in demonstranda re, per se clara, multi simus.

Quod inter Animalia *Quadrupedia* Hominem referre ausim, jure mihi nemo succensebit; nimirum Homo neque *Lapis*, neque *Planta* est, sed *Animal*; namque eum in modum vivit & movetur; jam vero non est *Vermis*, sic enim *Pede* unico contentus foret. Nec *Insectum*, sic enim *Antennas* habiturus esset. Nec *Piscis* est, quod careat *Pinnis*. Nec vero *Avis*, quod *Pennis* careat. Immo *Quadrupes* est, gaudet ore, similiter constituto ut in reliquis *quadrupedibus*, denique quatuor pedibus, quamvis duobus ingrediatur, duobus obvia prehendat; & certe si vera fatebor, qua *Historicus Naturalis* ex scientiæ principiis, nullum characterem hæctenus eruere potui, unde Homo a *Simia* internoscatur; dantur enim alicubi terrarum *Simiæ* minus, quam Homo *pilosæ*, erecto corpore, binis æque ac ille pedibus incedentes, & pedum & manuum ministerio humanam referentes speciem, prorsus ut easdem pro *Hominum* quopiam genere venditarint peregrinatorum rudiores. Loquela quidem Hominem a reliquis animalibus distinguere videtur; verum enim vero hæc quædam est potentia vel certe effectus, non autem nota characteristica a numero figura proportione aut situ desumpta; ut res adeo sit perquam arduæ indaginis, propriam tradere hominis differentiam specificam. At in nobis quidquam inest, quod visum non subit, unde nostri ipsorum cognitio pendet, utpote nobilissima *Ratio*, qua Homo cunctis animalibus immane quantum præcellit.

Quamobrem nemo facile iturus est inficias, Ho-
mi-

P R Æ F A T I O.

minem esse Animal & illud quidem primæ Classis atque ordinis, quippe quod ceteris omnibus longe perfectius est; etiamsi enim haut munitus sit homo vel rabidis dentibus, vel horrendis Cornibus, vel aduncis Unguibus, vel venenosis Aculeis &c. Ipse tamen delere atque prostrernere valet sævissimos Leones, pestilentissimos Angues, voracissimos Crocodilos, robustissimos Elephantes, vastissimos Cetos, perniciosissimos Sciuros; immo vero, quidquid *Avium* supremum peragrat aërem, quidquid *Piscium* maris abyssum tenet: ut nihil adeo eorum, quæ corpore gaudent animato, satis ipsi resistere queat. In orbem terraqueum prodiit Homo nudus omnino atque inermis, cum reliqua Animalia vel Pellibus, vel Plumis, vel squamis, vel loricis, vel testis, vel spinis Creator providus donaverit; aliis cefferunt *Alæ* queis in sublime se attollant; aliis *Pinnae* quibus in profundo natent; aliis plurimi *Pedes* quorum ope alacrius cursitent; Hominem vero nudum, cunctis hisce præfidiis destitutum, nec nisi duobus insistentem pedibus, quibus reliqua Quadrupedia vix ac ne vix incedere possunt, præ ceteris unica proprietate ornavit Deus, puta Ratione; qua dexterrime usum hoc Animal, tot tantaque conficiat opera, quot alia Animalia nulla, immo de sui ipsius Auctore & Creatore judicare non diffidat; proprietas isthæc, in oculorum adspæctum non cadens, ut originis, ita indolis est divinæ. Itaque omnium, quos produxit Deus, universi orbis incolarum, hoc est, omnium omnino animalium præstantissimus est Homo, cui proinde, singulari vereque paterno moderamine, præesse, & quam optime prospicere voluit Beneficentissimus ille Naturæ Auctor.

Animali huic formosissimo, ut omnium sapien-

P R Æ F A T I O.

tissimo, ita constituto orbis terrarum Regi & Domino, splendidissimam sedem suapte manu paratam, Deus attribuit. Paradisum loquor sive Hortum Eden, maxima omnium eorum, queis opus erat, affluentia spectabilem. Hæc omnia Animalia, Plantæ omnes fuere; adeoque maxima varietas, maxima voluptas. Ecce primum vereque primarium *Hortum Botanicum*, primi Hominis jam integri summeque beati Hospitium; Ecce primas Hominis curas, delicias primas, *Animalia & Plantas*.

Primæ Hominis actiones, quas in Paradiso exercuit, duas summarias scientiæ partes complexæ sunt; hæ erant: Inspectio Creaturarum & Impositio nominum: ut nomina, (*Verut. aug. Scient. 25.*) animalibus a se imposita, retineret ipse, oportuit habere distinctos characteres s. notas quibus species distinguerentur, quos ut obtineret, accuratiori singulorum examine, adeoque Zoologiæ cultura fuit opus; nimirum teste S:a S:a & communi experientia, concessum est homini in animalia cetera imperium, cum Hominis causa videatur cuncta alia genuisse natura (*Plin. VII:1.*). Hæc animalia in plerumque usum suum converteret; usum non innatæ ideæ, sed experientia sola suggestit. Experimenta vix cum aliis communicari possent, nisi per nomina; nec nomina absque characterè, immo Magister ipse, qui nomina imposuerat, quamvis propria & a se ipso confecta, retinere ipse nequiverat absque characterè & differentia specifica. Primus enim gradus sapientiæ est & erat res ipsas nosse; nomina si perierant, perierat & rerum cognitio; itaque primi hominis cura in statu felicissimo, cum impositione nominum, erat Zoologiæ studium, adeoque hoc studium maxime naturale.

Post

P R Æ F A T I O.

Posteaquam Animalia & Plantæ per terrarum orbem longe lateque disseminari cœperunt, nec intra arctum Hortum omnia obtinebant Protoplasti; humanum genus adflixit semper penuria quorundam, quæ dominio suo primitus subiecta fuerunt, hic dies aliam vitam, alios mores postulabat. Jam tum desierat mirâ opportunitas Naturalem excolendi scientiam, ac species generum, in animali regno occurrentium, invicem comparandi. Ut vitæ sustentandæ necessaria parentur, omnis lapis, omnis gleba movenda, oportebat modica dein Scientia contentos esse mortales. Sic miserum in modum novata rerum facie, hautquaquam mirum est, omnia non tam pedetentim inclinasse, quam confestim ruisse in deterius.

Longa denique experientia edocti mortales, plus cœperunt sapere. His, qui tenuiori sorte pressi, colendo quotannis agello suo omne studium addixere, vix aliud quidquam curare integrum fuit, quam sui suorumque sustentationem. Qui vero pauci vitam his curis vacuum agere potuerunt, in id maximo incubuere nisu, ut illustriori studio illi, quod una cum felicissima vita Paradisiaca & cœpit & fere desit, novam quantum in se fuit, fenerarentur lucem.

In dignoscendis *Lapidibus* & terræ speciebus diversis inoffenso gradu longius processit Hominum industria: etenim ista nobis ubicunque degimus, toto die sunt obvia. Seculorum etiam progressu mire succrevit *Plantarum* cognitio, quod neque illæ e conspectu nostro diffugiant, quin potius in eodem regionis tractu plerumque commorentur; præsertim ex quo tempore instituendis Hortis Botanicis, seu minoribus Paradisis, ubi plantæ mutuo inter se conferri possint, diligentior navata est opera.

P R Æ F A T I O.

Cur autem in Zoologia, inde ab Adami ætate hucusque progressus omnium minimos fecerimus, in promptu caussa est: quippe Sylvis se obscondunt *Quadrupedia*, avolant *Aves*, abyssum petunt *Pisces*, latebras quærunt *Serpentes*, *Insecta* denique cursu, saltu, volatu, nostris sese subtrahunt oculis; verbo: hominis adspectum refugit omne Animal, nec Lapidum instar & Plantarum, fixis hæret sedibus. Hæc jam diu fuit atque etiamnum est caussa, cur scientiarum operum nobilissima consideret, naturæ vel maxime consentanea, & innoxia voluptatis plenissima merito judicabitur, ad hæc usque tempora rudis, incondita atque indigesta permanerit; prorsus ut hac ex parte Barbari simus, quantumcunque in aliis versati literis. Roganti quibus usibus vel Lapis vel Planta quædam inserviat, plurimi, dato responso, facient satis. Si quis autem percontatus fuerit, cui bono sit Insectorum aliquod? perinde ac si indictum foret silentium, presso ore obmutescunt omnes, aut certe, si quid omnino regerendum est, de stupendo omnipotentis Creatoris opere non verebuntur regerere, quod nullius sit usus: Postea vero, quum Animalia (haut sine prægravi sumtu, si in vivis essent alenda) Museis suis Vivariorum suppletibus vicem, adservare cœperunt curiosi, speramus olim fore tempus, quo nobilissima hæc Historiæ naturalis pars ad optatum denique culmen perducatur; sic fortasse seris Nepotibus concedatur lucæ meridiana clarioribus facibus eos pervestigare Naturæ mæandros, in quibus hodie, tenebricosâ caligine circumdati, palpando viam inquirimus.

Stutti

P R Æ F A T I O.

Studii hujus amor, quem initio, ante hos quindecim annos, modicum sane nec satis fervidum in me perfenſi, paullatim animum meum uſque adeo cepit, ut nihil ſupra. Sæpius quidem ipſe mihi dictum putabam illud Poetæ:

Studium quid inutile quæris?

neque aliter me dehortabantur amici. Adhæc inimici, me ſtudiumque meum habentes deſpicatui, ſubridebant, nec ſine ſaſtu & ſaſtidio; ſed ut ipſis quidem videbatur, non ſine ſale tamen, identidem oggeriebant: muſcos & muſcas curet, cui, quod agat, nihil aliud eſt reliquum. Verum tamen iſta omnia refrenandæ ſtudii hujus cupidini avidiſſimæ neutiquam fatit erant; quin me quotidie Doctiſſimi Raji & ſapientiſſimi Davidis effata in hoc ſtudium exſtimulabant.

Quod DEI opera ſint, in quibus contemplan-
dis memet exerceo.

Quod Divinæ artis & potentiæ ſint effecta, quibus inquirendis ſucceſſivas horas addico.

Quod ille me in hunc mundum introduxerit, tam inexplebili rerum varietate inſtruatum & ornatum.

Quod oculis, quos mihi contulit ea videnda, animo & conſideranda objecerit.

In Dei ergo contumeliam redundat, quod hæc quæ Eum creaffe negare non audes, ſupervacanea & inutilia eſſe affirmes.

Mundum hunc ſublunarem, omniaque quæ in ea ſunt, Hominis cauſſa condita fuiſſe, recepta Theologorum ſententia eſt; ergo & ipſa Inſecta.

Quam autem potio-rem Hominibus uſum præſtent, quam ut ea contemplantur, divinæque artis veſtigia in iis efformandis obſervent & mirentur.

Quod

P R Æ F A T I O.

Quod si omnia ad corpus referas, omniaque ei vel pascendo, vel tegendo, vel ornando vel mendo comparata esse contendas, suum etiam in his usum habent hæc genera, ut facile esset omnia percurrere ostendere.

Si majora dices & magis necessaria studia esse, quæ hominem, uti hodie vivitur, totum requirunt; scias me tantum hisce studiis & inquisitionibus me recreare & oblectare: Quod alii venationibus, Confabulationibus, Tesseriis, Chartis, Lusibus, Computationibus insunt, illud ergo insectis indagandis, colendis, contemplandis impendo.

Recreat & refocillat animum, quamvis laboriosum sit, illud quocunque oblectatur.

Ne itaque humanis rationibus divina opera curiosius excutiamus, sed ex operibus manu ducti admiremur artificem.

Meditabor ergo in omnibus Operibus Tuis Domine,

Delectasti enim me Deus in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo.

Docuisti me Deus a juventute mea, & usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.

Dedisti mihi Domine *artem, mercedem meam*, & in illa laudabo nomen Tuum.

Narrabo omnia Mirabilia tua Domine & virtutem terribilium tuorum dicant generationes.

Terribilia sunt opera tua Domine, in multitudine virtutis Tuæ, Temetientur inimici Tui.

O Jehova quam ampla sunt opera Tua,
quam ea sapienter fecisti,
quam plena est terra possessione Tua?

In

P R Æ F A T I O.

In magnis corporibus facilior officina sequæsi materia fuit; in Insectis vero tam parvis atque tam nullis, quæ ratio? quanta vis? quam extricabilis perfectio? Turrigeros Elephantorum miramur humeros, Taurorumque colla & truces in sublime jactus, Tigriumque rapinas, Leonumque jubas, cum tamen rerum natura numquam magis quam in minimis tota sit. Qua propter quæso ne hæc legentes, quoniam in his spernunt multa, etiam relata fastidio damnent, cum in contemplatione Naturæ nil possit videri supervacaneum. *Plin.*



RATIO

RATIO OPERIS.

QUUM ad patriam Academiam Upsaliensem 1729 degerem, conquirendis INSECTIS primam dedi operam, nec prius destiti, quam visendæ mihi essent 1735 exteræ Regiones.

Eorum, quæ reperi, Catalogum, a me exhibitum, *Regia Scientiarum Societas Upsaliensis Actis* suis pro anno 1736 inseruit.

AVIUM indigenarum icones eximiæ, quas RUDBECKIUS filius, Prædecessor meus, adornavit, mihi plurimas subministrarunt Species, a me ipso non animadvertas.

ARTEDI, mei ad Academiam Upsaliensem commilitonis, amicissimi, indefessa in Ichthyologicis opera, Catalogum *Piscium* facilem mihi & expeditum reddidit.

Cubicularius Regius CAROLUS DE GEER, Dominus in Löfstad, Upsaliæ commorabatur 1741, quando illic mihi fixa fedes obtingeret. Solidiorem magisque fundamentalem insectorum cognitionem in alio nemine hucusque deprehenderam. Excellebat sane Nobilissimus Vir in examinandis Insectorum moribus & œconomia, in characteribus eorum indagandis, denique specierum differentiis rite constituendis. Ea insuper erat indole vere nobili & generosa, quam in mortalium plerisque desiderabis, ut ab omni invidia alienus, omnium, quæ noverat, copiam ultro faceret curioso, nec soli sibi sapere præoptaret. Quam ob rem Ei uni plus, quam alii cuiquam, acceptum refero. **Datos a me Insectorum**

Cara-

RATIO OPERIS.

characteres examinans, dubia sua proponebat, quo factum, ut, in editione tertia & quarta systematis naturæ, generum quædam mutatio admitta sit, immo nova genera complura emerferint, qualia Thrips, Coccus, Chermes, Tenthredo, Podura &c. et sane familiarior consuetudo, quæ cum viro Nobilissimo mihi intercessit, pristino meo in hoc studii genus ardori non modicum addidit cumulum.

JOH. LECHE M.D. factam in Scania, per annos complures, plus quam 500 *Insectorum* collectionem, una cum variarum Avium iconibus, mihi sponte obtulit, & meum hunc catalogum insigni augmento ditavit.

Denique ut hæc collectanea nostra in publicum usum converterem, atque ut studiosi in Botanicis excursionibus, una eademque opera duplum lucrarentur, non Plantarum modo, sed & Quadrupedum, Avium, Amphibiorum, Piscium, Insectorum, Vermiumque notitiam sibi paraturi, hujusque tractatus consignandi typisque vulgandi consilium cepi.

Etiam si vero haud sine voluptate quadam subit animum, quod Insectorum Genera & Characteres primus constituerim; attamen jam nunc prævidere mihi videor posteram ætatem, mancos hac ex parte labores non injuria mihi olim exprobraturam. O fortunatos, qui aliquot interjectis seculis, scientiam hanc ad fastigium suum adductam adspecturi, beatiorum vivent vitam.

NOMINA SPECIFICA, quæ aliunde desumere maluissem, tantisper a colore læpius mutuatus sum, unice habita ratione insectorum, quæ inter patria mihi nosse datum est.

SY-

RATIO OPERIS.

SYNONYMA non parum mihi negotii dederunt; Quam facile heic error potuerit admitti, satis noverit quisquis Phalænas & Papiliones, cetera simillimos, diversissimis Larvis indutos vidit. Quippe in hac scientia tantum adhuc deest, quantum quidem Pinacæ suo præstitit C. Bauhinus.

LOCA NATALIA paucorum Insectorum, v. e. *Plantas*, in quibus nascuntur, certo definire potui, utpote cui temporis defuit spatium atque opportunitas singularum metamorphosin attentioribus oculis persequendi.

MINUTISSIMAS Species *Phalænarum*, *Muscarum*, *Culicum* &c. multas sciens prætermisi, quippe quarum differentiam specificam eruere non dum licuit. Itaque ego has, haud secus ac olim minutissimos suos Muscos Botanici, tantisper intactas relinquo & curis posterioribus reservo. Insectorum enim cognitio, nostro adhuc seculo, ad sublimiorem gradum non evecta est, quam quidem Gessneri jam ætate, ipsa Botanice.

AVIUM sæpe variat color pro anni tempestate, ætate, sexu denique diverso. Neque aliter *Insecta* pro diversitate sexus, colore sæpe numero & magnitudine inter se differunt. Unde novas species facile quisvis effingat.

LARVAS insectorum plurimas vidi, quæ larvis exutas nec reperi, nec novi. Itaque et ista omisi, abunde mihi satisfactum ratus, si vel dimidiam insectorum Sueciæ partem enumeravero.

Varietates plurimas studio omisi, uti albo colore spectabiles *Mures*, *Vulpes*, *Hirundines*, *Tetraones*.

RATIO OPERIS.

nes, Cornices, Passeres; inter has eminent **SCIURUS NIVEUS**, oculis dentibusque rubris, cauda minus plana quem amabilis sexus ornamentum, Conjux celsissimi Comitum & Senatoris *Jac. Cronstedt*, in propria aula nuper educavit.

OCCIDUI MARIS littora nunquam lustravi, si exceperis hujus portiunculam, quæ Finmarkiam Norvegicam (sub elevat: gr. 72) superius alluit.

Qui **SYNONYMA** plura ex *Reaumurii, Razi, Frischii &c* scriptis mihi communicaverit, rem faciet multo mihi acceptissimam.

Si quis Insectorum, apud nos non occurrentium, semina, connotatis plantarum unde victitant nominibus, ab exoticis oris ad me transmittenda curaverit, huic alia id genus animalcula, nostris regionibus obvia, lubentissimus reddam.

Qui Insectorum naturas, metamorphoses, œconomiam, anatomiam &c. scire velit, adeat *Svammerdamium, Reaumurium, Frischium, Jussæum, Trembleyum, Leyonettum, De Gereum*, alios; ego ut compendium nostrorum animalium exhiberem, sola nomina commemoravi.

Dabam **UPSALIÆ**
ex Horto Academico
1746 Februar. 25

Carolus Linnæus

)**(

AU-

AUCTORES.

Zoologi.

ANONYMUS.

Description of 300 Animales.

Lond. 1730. *Oct.* p. 212. c. *figuris.*

BRADLEY Richard.

Philosophical account of works of natur.

Lond. 1721. *Quart.* p. 194. t. 28.

PETIVER Jacobus.

Centuriæ Musei Petiveriani.

Lond. 1695. *Oct.* p. 96. t. 2.

Gazaphylacii Naturæ & Artis Decades.

Lond. 1702. *Oct.*

MERRET Christ.

Pinax rerum naturalium Britannicarum.

Lond. 1667. *Oct.* p. 223.

CHARLETON Gualter.

Onomasticon Zooicum.

Lond. 1668. *Quart.*

BAUHINUS Johannes.

Historia fontis Bollenfis.

Mentisb. 1598. *Quart.* p. 222.

WAGNERUS Joh. Jac.

Historia naturalis Helvetiæ.

Tigur. 1680. *Duod.* p. 390.

SCOTTUS P. Gasp.

Physica curiosa s. Mirabilia naturæ & artis.

Herbip. 1662. *Quart.* p. 1583.

KLEYNIVS Jac. Theodor.

Classis Quadrupedum & Amphibiorum.

Gedan. 1743. *Quart.*

WORMIUS Olaus.

Museum Wormianum.

Haffn. 1655. *Folio.*

OLEARIUS Adamus.

Gottorffische Kunst-Kammer.

Sleswig. 1666. *quart.* *Obl.* p. 88.

SEBA

SEBA Albestus.

Thefauri rerum naturalium.

Amstel. 1734. *Fol.* Vol. 1.

Amstel. 1735. *Fol.* Vol. 2.

LINNÆUS Carol.

Animalia Sueciæ.

Act. upsal. 1736. *quart.* Quart.

QUADRUPEDIA.

ÆLIANUS Claud.

Historia Animalium.

Colon. 1616. *Oct.*

GESNERUS Conrad.

Historia Animalium de Quadrupedibus.

Tigur. 1551. *Fol.*

Gesnerus redivivus auctus. & emendatus.

Francf. 1669. *Fol. germ.* Vol. 4. *per Ghrisbium.*

JONSTONUS.

Historia naturalis de Quadrupedibus.

Francf. 1652. *Fol.*

RAJUS Johannes.

Synopsis animalium Quadrupedum & serpentum.

Lond. 1693. *Oct.* p. 336.

* * *

PAULLINUS Christ. Franc.

Lagographia curiosa.

Aug. wind. 1691. *Oct.*

Lycographia.

Francf. 1694. *Oct.*

Cynographia.

Norib. 1685. *Quart.*

De Asino.

Francf. 1695. *Oct.*

Talpa.

Francf. 1689.

GRABA Joh. Andr.

Elaphographia s. Descriptio Cervi.

Jen. 1668. *Oct.*

)**(2

AGRI-

- AGRICOLA** Joh. Georg.
 Cervi natura & proprietates.
Amberg. 1617. Quart. german. p. 243.
- LEOPOLD** J. F.
 Diff. Acad. de Alce.
Basel. 1700. Quart.
- SCHROECKIUS** Lucas.
 Historia Moschi.
Aug. wind. 1682. Quart.
- CAJUS** Johannes.
 Libellus de Canibus Britannicis.
Norib. 1685. Quart. cum Paullini cynogr.
- CASTELLUS** Petrus.
 Hyæna odorifera.
Francf. 1698. Oct. p. 80. t. 5.
- WALDUNGIUS** Wolffg.
 Lagographia.
Amberg. 1619. Quart.
- MARIUS** Johannes.
 Castrologia.
Aug. wind. 1685.
- WORMIUS** Olaus.
 Historia Animalis e Norvegia.
Haffn. 1653. Quart. t. 1. est Mus. 26.
- A V E S.**
- BELLONIUS** Petrus.
 Portraits de Herbes, Oyseaux, Serpens.
Paris 1618 & 1557. Quart.
- GESNERUS** Conradus.
 Historia Animalium de Avium natura.
Francf. 1586. Fol. p. 806.
- ALDROVANDUS** Ulysses.
 Ornithologia.
Francf. 1610. Fol. Vol. 3.
- JONSTONUS** Johannes.
 Historia naturalis de Avibus.
Francf. 1650. Fol. p. 227. t. 62.
- WILLUGBY** Franciscus.
 Ornithologia reformata a J. Rajo.
Lond. 1676. Föl. p. 307. t. 77. f. 354.

RA-

RAJUS Johannes.

Synopsis methodica Avium.

Lond. 1713. Oct. p. 198. t. 2. f. 24.

ALBIN Eleazar, Pictor, notis *Derhamii*.

Natural History of Birds.

Lond. 1738. Quart. vol. 1. p. 96. t. 101.

1738. Quart. vol. 2. p. 92. t. 103.

1740. Quart. vol. 3. p. 95. t. 101.

MARSILIUS Comes.

Danubius Pannonico - Myfius. Volumeni V

Amsterd. 1724. Fol.

A M P H I B I A.

HAST Bart. Rudolf, Præfide LINNÆO.

Amphibia Gyllenborgiana, Diff. Acad.

Ups. 1745. Quart. p. 34.

WURFFBAINIUS Joh. Paulus.

Salamandrologia.

Noriberg. 1683. Quart.

PAULLINUS Christ. Franc.

Bufo curiosus.

Noriberg. 1686.

P I S C E S.

BELLONIUS Petrus.

Libri duo de Aquatilibus.

Paris. 1553. Oct-oblong. p. 448.

RONDELETIUS Guilielm.

Libri duo de Piscibus marinis.

Lugdb. 1554. Fol. p. 583.

GESNERUS Conradus.

Historia Animal. de Piscibus & Aquatilibus.

Francf. 1604. Fol.

Francf. 1620. Fol. acutior.

Francf. 1598. Fol. germanice.

ALDROVANDUS Ulyffes.

Libri V de Piscibus.

Bonon. 1738. Fol. p. 732.

JONSTONUS Johannes.

Historia naturalis de Piscibus.

)** (3

Francf.

Francf. 1649. *Fol.*

Amsterd. 1657. *Fol.*

Amsterd. 1716. *Fol. Theatrum Animalium.*

SCHONEVELDE Stephanus.

Ichthyologia.

Hamburg. 1624. *Quarto.*

WILLUGBY Franciscus.

Historia Piscium.

Lond. 1686. *Fol. p. 343.*

RAJUS Johannes.

Synopsis methodica Piscium.

Lond. 1713. *Oct. p. 166, t. 2.*

PAULLINUS Christ. Francisc.

Anguilla.

Francf. 1689.

ARTEDIA Petrus.

Ichthyologia.

Lugdb. 1738. *Oct.*

I N S E C T A.

RAJUS Johannes.

Historia Insectorum.

Lond. 1710. *Quart. p. 398.*

FRISCH Johan Lenoh.

Beschreibung von Insecten in Teutschland.

Berolin. 1720. *Quart. Vol. 13 singulo t. 3.*

à 1666, Mart. 19. Sultzbach. w 1743. Mart. 21.

REAUMUR.

Historie des Insectes.

Paris. 1734. *Éc. Vol. 5. Quart.*

Amstel. 1737. *Éc. Vol. 5. Octavo.*

DE GEER Carolus.

Varia: Cicada. Podura, Physapus, Curculio.

Actis Stockholm. & Upsal. 1740 Éc.

SWAMMERDAM Johannes.

Historia Insectorum.

Ultraject. 1693. *Quart. Latine.*

Ultraject. 1685. *Quart. Gallice.*

Ultraject. 1669. *Quart. Belgice.*

Biblia Naturæ.

Lugdb. 1738. *Fol.*

MER-

- MERIANA** Maria Sibylla.
 Erucarum Ortus & paradoxa Metamorphosis,
Norib. 1679. *Quarto.*
Francf. 1683. *Quarto.*
Amsterd. 1730. *Quarto.*
 Metamorphosis Insectorum Surinamensium,
Amsterd. 1705. *Fol.* p. 60. t. 60.
- GOEDART** Johannes, Pictor Medioburgensis.
 Metamorphosis naturalis s. de Insectis.
Middelb. *Oct. belg.* Val. 3. t. 80. 51. 24.
Lond. 1685. *Oct. Latine.* p. 356. per *Listerum.*
- ALBINUS** Eleazar,
 Historia naturalis Insectorum Anglicanorum.
Lond. 1710. *quart.* t. 100.
Lond. 1731. *quart. latine; notis Derhami.*
- BLANCARD** Stephanus.
 Schou-burg der Rupsen, Wormen, Maden.
Amsterd. 1688. *Oct.* 1. *Belg.* p. 282. t. 17.
Lipstæ 1690. *Oct. germanice.*
- HOEFNAGEL** Johannes Pictor.
 Icones Insectorum volatilium.
 1630. *quart. obl.* t. 16.
Francf. 1692. *quart. obl. val.* 4. *singulo t.* 12.
- ROBERT** Nicolaus. Pictor.
 Species Florum variæ æneis tabulis.
Parif. *Fol.* t. 30.
- MOUFFETUS** Thomas.
 Theatrum Insectorum.
Lond. 1634. *Folia.* p. 326. *fig. sparfis.*
- LISTER** Martin.
 Historia Animalium Angliæ.
Lond. 1678. *quart.* p. 1-100. I. I. *de Araneis.*
 Appendix ad historiam animalium Angliæ.
Lond. 1685. *Oct.* 2. 3. *mutæ cum Goedartio.*
 Appendix de Scarabæis Britannicis.
Lond. 1710. *quart. cum Raj. hist. insect.*
- JUNGIUS** Joachim.
 Historia Vermium.
Hamburg 1691. *Quart.*

- ALDROVANDUS** Ulyffes.
 Libri VII de animalibus Insectis.
Bonon. 1638. *Fol. p.* 767.
- JONSTONUS** Johannes.
 Libri III hiltoriæ naturalis de Insectis.
Francf. 1653. 1658. *Folio.*
- REDUS** Francisc.
 Experimenta circa generationem infectorum.
Amsterd. 1671. 1686. 1712. *Duod.*
 Animalia in animalibus vivis.
Florent. 1684. *Quart.*
- BONANNUS**
 Micrographia f. Animalia viva in vivis.
Romæ 1691. *Quart.*
- VALISNERIUS** Antonius.
 Observationes & Experim. circa Hist. nat. & medic.
Patav. 1726. *Quart.*
- JOBLOT.**
 Descriptions & Usages des plusieurs microscopes.
Paris 1718. *Quart.*
- LEWENHOEK** Anton.
 Arcana naturæ.
Delpb. 1695. *Quart. latine vol.* 4.

* * *

- CLUTIUS** Theodorus.
 Van de Byen.
Leid. 1597. *Octavo.*
- BUTTERUS** Carolus.
 Monarchia femina f. Historia Apum.
Lond. 1673.
- TRIEWALD** Martinus.
 Tractat om Bij.
Stockholm 1728. *Oct.*
- ANONYMUS.**
 Historie naturelle des Abeilles.
Paris. 1744. *Duodec. iconibus* Reaumuri.
- CLUTIUS** Augerius.
 Opusculum de Hemerobio & Verme majali.
Amsterd. 1634. *Quart. p.* 103.

SWAM-

SWAMMERDAM Johannes.

Vita Ephemerae.

Amsterd. 1674. Oct. belgice.

WILLICHIUS Johannes.

Dialogus de Locustis.

- - - 1544. *Octavo.*

RAPPOLT Carolus Henricus.

An Damnum per Locustas. compensetur?

Berolin. 1730. Quart.

REMBOLDUS.

Traetatus de Locustis.

Berol. 1731. Octavo.

BARTHIUS Johan Matth.

Dissertatio de Culice.

Ralif. 1737. Fol. p. 8. t. 2.

MOSCHETTI.

De Pulice.

1544. Octavo.

RANGO Corn. Tiburt.

De Curculionibus.

Berolin. 1665. Duod. german. p. 94.

SACHS Phil. Jacob.

Gammarologia.

Franckf. 1665.

PREYNIUS J. Phil.

Historia naturalis Cocci radicum tinctorii.

Norib. 1733. in App. E. N. C. tom. 3.

Gedani 1739. Quart. cum prodrōmo. append.

VERMES.

BONANNUS.

Recreatio mentis & oculi.

Rom. 1681. Quart. Italice.

Rom. 1684. Quart. latine. figuris 540.

LISTER Martinus.

Historia Conchyliorum.

Lond. 1685. Folio.

Historiæ Animalium Angliæ pars posterior.

Lond. 1678. Quart. latine. p. 100 - 250. t. 8.

Exercitatio anatomica de Cochleis.

Lond. 1694. Oct.

)** (5

Exer-

- Exercitatio anatomica de Buccinis,
Lond. 1695. *Octav.*
- RUMPHIUS Georg. Euphard.
Amboiniske raritæten Kammar.
Amsterd. 1700. *folio belgice.*
- ANONYMUS f. Argenville.
Histoire naturelle la lithologie & conchyliologie.
Paris 1742. *Folio p.* 491. *t.* 33.
- LANGIUS Carolus.
Methodus testacea marina.
Lucern. 1722. *Quart.* p. 102.
- COLUMNA Fabius.
Observationes aquatilium & terrestrium animalium.
Romæ. 1610. *Quarto.*
- HARDERUS Johan. Isaac.
Examen Cochleæ terrestr. domiportæ tab.
Basil. 1674. *Quart.*
Epistola de partibus genitalibus cochlearum.
Aug. wind. 1684. *Quart.*
- MAJOR Joh. Dan.
Columna de purpura cum methodo Testaceorum.
Kilon. 1675. *Quart.*
- HEBENSTREIT Ernest.
Diff. acad. de ordinibus Conchyliorum methodice.
Lips. 1728. *Quart.*
- ALDROVANDUS Ulysses.
Libri IV de Exanguibus.
Bonan. 1642. *Fol. p.* 593.
- PAULLINUS Christ. Francif.
Schediasma de Lumbrico tertestri.
Francf. 1703.
- LINCKIUS Joh. Henric.
Liber de stellis Marinis.
Lips. 1733. *Fol.*
- STOBÆUS Kiliai.
Diff. epistol. de Nummulo Brattensburgensi.
Lund. 1732. *Quart.* p. 22. *t.* 1.
- FOUGT Henricus. Præsida C. LINNÆO.
Diff. Acad. Corallia Balthica.
Upsal. 1745. *Quart.* p. 40. *t.* 1. *fig.* 27.

TER.

TERMINI ARTIS.

QVADRUPEDIA.

Manus pedes anteriores.

Palmæ pedes posteriores.

Elongata cauda quæ longitudinem corporis attingit.

Abrupta s. *Truncata* cauda, quæ corpore longe brevior.

A V E S.

Cera tunica nuda frontis basin rostri cingens.

Urrhopygium locus inter dorsum & caudam.

Retrices Pennæ majores caudam constituentes.

Remiges Pennæ majores in ala quibus volitat avis.

Primariæ remiges a flexura alæ ad apicem sitæ.

Secundariæ remiges inter flexuram alæ & corpus dispositæ.

Tettrices pennæ quæ alas tegunt.

Papillosa facies nuda papillis tecta.

Artus sunt alæ, cauda, pedes.

Palmati Pedes digitis membrana intertextis.

Lobati Pedes digitis utrinque membrana auctis.

Tridactyli, *Tetradactyli* digitis 3, 4 &c.

A M P H I B I A.

Scuta Abdominis singula seu squamæ latæ Abdomen
subtus transversim cingentes.

Verticillata cauda ex squamis in annulos dispositis.

Anceps cauda utrinque acie instructa.

P I S C E S.

Dorsalis pinna in dorso collocata.

Pectorales pinnæ ad latera corporis juxta caput.

Ventrales pinnæ in abdomine sitæ.

Ani pinna pone exitum excrementorum inserta.

Caudæ pinna corpus piscis terminans.

Monopterygius, *Dipterygius*: pinna unica, gemina.

Branchiostege membrana operculo branchiarum adnexa,
radiis instructa, quæ in conspectum prodit dum
opercula elevantur.

IN-

TERMINI ARTIS.

INSECTA.

Larva, Eruca. Vermiculus e semine insecti enatus, antequam subierit metamorphosin.

Propolis, Puppa, Chrysalis, Aurelia est Larva quum primam metamorphosin subierit, antequam in perfectum statum pervenerit.

Coleoptera insecta quorum alæ elytris tecta sunt.

Hemiptera insecta quorum alæ non ex toto, sed parte tecta sunt elytris.

Gymnoptera insecta elytris destituta.

Elytron est ala superior cornea s. crustacea, quæ alas inferiores tenuiores tegit.

Scutellum est crusta parva inter elytrorum aut alarum paria ad basin collocata, quasi thoracis apex a tergo.

Sutura elytrorum est rima qua coëunt vel cum thorace vel inter se invicem.

Antennæ sunt cornua mobilia insectorum.

a figura clavatæ, pectinicornes, prismicornes, subulatæ.

Halteres capitella petiolata sub alis Dipterorum.

Elinguis, os nullum, unde insectum edere nequit.

Spirilinguis, os lingua spirali simplici vel duplici.

Tetrapus Pedes 4 unguiculati, licet sæpe duo alii absque unguibus.

Alæ *Primores* in papilionibus sunt majores seu anteriores. *secundariæ* in iisdem alæ posteriores.

Claf-

Classis I.

QUADRUPEDIA

I. ANTHROPOMORPHA.

Homo.

1. HOMINES inhabitantes Sueciam sunt vel

α **GOTHI** corpore proceriore, capillis albidis rectis, oculorum iridibus cinereo-cæruleſcentibus.

β **FENNONES** corpore toroſo, capillis flavis prolixis, oculorum iridibus fuscis.

γ **LAPPONES** corpore parvo macro, capillis nigris rectis brevibus, oculorum iridibus nigricantibus.

δ **VARI** & mixti ex præcedentibus α. β. & aliis, qui ſedem in Sueciæ regno fixerunt; prout alios ubique per Europam videre eſt.

Habitant per totam Sueciam, ſic tamen ut *Hos* (δ) præſertim in urbibus reperias; *Gothos* in remotiſſimis provinciis ab Holmia; *Fennones* ab orientali plaga ſinus Bothnici; *Lappones* fere ſolos intra Lapponiæ ſylvas per hyemes; & inter alpes per æſtates, ſemper caſas & tentoria inhabitantes, nec domibus & palatiis gaudentes; Hi (γ) moribus, victu, amictu, lingua &c. ex eadem cum Samojedis ſe prognatos eſſe gente, aperte teſtantur.

II. FERÆ.

Urfus.

2. **URSUS** cauda abrupta. *Syſt. nat.* 35.

Gefn. quadr. 14. Urfus.

Aldrov. digit. 117. Urfus.

Scott. phyſ. 1093. t. 50. Urfus.

A

Janſt.

2 QUADRUPEDIA. FERÆ.

Jonst. quadr. 125. t. 55. Ursus.

Charl. onom. 13. Ursus.

Gäll. adopt. 67. t. 67. Ursus.

Räj. quadr. 171. Ursus.

Suecis Biörn.

Habitat in fylvis vastissimis densissimisque borealis Sueciæ.

Fila e tendinibus conficiunt Lappones rhangiferinis præstantiora.

Felis.

3. FELIS cauda elongata; auribus æqualibus. *Syst. nat.* 35.

Gesn. quadr. 98. Felis vulgo Catus.

Aldrov. digit. 564. Felis.

Jonst. quadr. 180. t. 72. Felis domestica.

Charl. onom. 20. Felis.

Raj. quadr. 98. Felis vulgo Catus.

Suecis Katta.

Habitat in domibus cicurata, exoticæ originis.

4. FELIS cauda truncata; corpore rufescente maculato.

Syst. nat. 35.

Gesn. quadr. 155. Lupus cervarius.

Aldrov. digit. 90. Lynx.

Jonst. quadr. t. 71. Lynx.

Charl. onom. 13. Lynx.

Raj. quadr. 166. Lynx.

Suecis Warglo.

Habitat in fylvis densis, arbores scandens.

5. FELIS cauda truncata; corpore albo maculato. *Syst.*

nat. 35.

Aët. upf. 1736. p. 2. n. 3. Lynx colore albo; maculis nigris; cauda truncata.

Suecis Kattlo.

Habitat rarius in vastissimis fylvis; arbores scandens.

Mustela.

6. MUSTELA rufo-fusca; medio dorso nigro.

Ol. Magn. Gulo.

Charl.

Charl. onom. 14. Gulo.

Scheff. lapp. 339. Gulo.

Rzacz. polon. 218. Gulo.

Suecis Järf, Filfräs.

Habitat in alpebus Lapponicis, Dalekarlicis, sylvisque vastissimis.

7. MUSTELA fulvo-nigricans, gula pallida.

Gesn. quadr. 151. Martes.

Jonst. quadr. t. 64. Martes.

Charl. onom. 19. Martes.

Scott. phys. 1068. t. 46. f. 3. Martes.

Raj. quadr. 200. Martes aliis Foyna.

Suecis Mård.

Habitat in sylvis fagetinis abietinisque.

DESCR. Duplex datur varietas Fagorum & Abietum.

Aures breues. Nasus prominens. Maxilla superior obtusa. Dentes superiores incisores 6, paralleli, parvi, obtuso-acuti; canini 2, maximi, spatio remoti: Molares 5, quorum tres anteriores simplices minores, reliqui duo spatio remoti. Inferiores incisores 6, quorum duo medii recti, minimi, obtusi. Canini duo maximi, cum incisoriis paralleli: Molares uti superiores. Lingua longa, lævis, tecta papillis acutis, mollibus, retro-spectantibus.

Pedes 5, dactyli, digitis subæqualibus, undique villosi, semipalmipedes, pollice paulo brevior.

Cauda magna, longitudine corporis ad collum usque.

Color totius fuscus, collo subrus pallide albo. Myxtaces ut in felle.

8. MUSTELA flavescente-nigricans, ore albo, collari flavescente.

Gesn. quadr. 767. Putorius.

Aldr. quadr. 330. Putorius.

Jonst. quadr. 155. t. 64. Putorius.

Merr. pin. 163. Putorius.

Raj. quadr. 199. Putorius.

Scanis Iller.

Habitare fertur in Scania campestri.

9. MUSTELA caudæ apice atro.

Gesn. quadr. 149. Mustela.

Aldr. quadr. 307. Mustela vulgaris.

Jonst. quadr. t. 74. Mustela vulgaris.

Raj. quadr. 195. Mustela vulgaris.

Charl. onom. 19. *Mustela sylvestris*,

Smolandis Wesla.

β *Raj. quadr.* 198. *Mustela candida* f. animal *Ermineum recentiorum*.

Charl. onom. 19. *Hermellanus*.

Wagn. belv. 180. *Mustela alpina candida*.

Suecis Hermelin, Lekatt.

Habitat in fylvis, præsertim Lapponiæ; nec non passim ad domos.

Lutra.

10. LUTRA digitis omnibus æqualibus. *Syst. nat.* 36.

Bell. aquat. 31. t. 32. Lutra.

Gesn. ichth. 515. Lutra.

Aldr. quadr. 294. Lutra.

Fonst. quadr. 104. Lutra.

Schonev. ichth. 46. Lutra.

Charl. onom. 17. Lutra.

Scott. phys. 1063. f. 45. Lutra.

Gall. adopt. 147. t. 147. Lutra.

Raj. quadr. 187. Lutra.

Suecis Utter.

Habitat in fluviis, stagnis, piscinis passim.

Phoca.

11. PHOCA dentibus caninis tectis. *Syst. nat.* 36.

Gesn. aqu. 702. *Phoca* f. *vitulus marinus*.

Aldr. pisc. 722. *Phoca* f. *vitulus*.

Fonst. ichth. t. 44. *Phoca vulgaris*.

Rond. pisc. 1. p. 453. *Vitulus marinus*.

Gall. adopt. 191. t. 191. *Veau marin*.

Raj. quadr. 189. *Phoca* f. *vitulus marinus*.

Ephem. N. C. 1. p. 9. t. 1. *Phoca*.

Suecis Siäl.

Habitat in mari Bothnico & Baltico frequens.

DESCR. Varietas duplex numeratur Grå Siäl & Wikare Siäl: hic parit Februario, ille Januario; hic solitarius incedit, ille gregatius; hic niger est, ille canus.

Canis

Canis,

12. CANIS cauda recurva. *Syst. nat.* 36.
Aldr. quadr. 482. Canis.
Gesn. quadr. 91. Canis socius & fidelis.
Fonst. quadr. 122. Canis.
Raj. quadr. 177. Canis oicurus, domesticus s. socius.
Charl. onom. 23. Canis villaticus.
Suecis Hund.
 a. *Charl. onom.* 23. Canix sagax.
Suecis Jagt-hund.
 β *Raj. quadr.* 176. Canis venaticus grajus, s. græcus,
 nonnullis scoticus.
Suecis Wint-hund.
 γ *Raj. quadr.* 176. Canis mastivus.
Gesn. quadr. 92. Canis sanguinarius.
Suecis Blod-hund.
 δ *Raj. quadr.* 177. Canis aquaticus aviarius.
Suecis Engelsk Dogg.
 ε *Raj. quadr.* 177. Canis melitæus.
Suecis Knåhund.
 ζ *Vulgi* Canis nudus æthiopicus.
Suecis Naken-hund.
 Habitat in domibus, exoticæ originis, frequen-
 tissimus.

13. CANIS cauda incurva.
Syst. nat. 36. Canis cauda recta, corpore brevior.
Gesn. aquat. 152. Lupus.
Aldr. quadr. 144. Lupus.
Fonst. quadr. 89. Lupus.
Charl. onom. 14. Lupus vulgaris.
Raj. quadr. 173. Lupus.
Suecis Warg, Ulf.
 Habitat hodie vulgaris in fylvis, ante 26. annos
 rarius animal in Suecia.

14. CANIS cauda erecta.
Syst. nat. 36. Canis cauda recta longitudine corporis.

Gesn. quadr. 55. *Vulpes.*
Aldr. quadr. 195. *Vulpes.*
Jonst. quadr. t. 56. *Vulpes.*
Charl. onom. 14. *Vulpes.*
Raj. quadr. 177. *Vulpes.*

Suecis Räf.

Habitat ubique in sylvis.

Varietates plurimæ dantur in nostra Suecia:

- a *Fulvus*, qualis noster communis est.
- β *Albus*, Fiäll Racka, in alpibus Lapponicis omnibus. pedibus fere leporinis. an distincta species?
- γ *Cærulescens*, Bläraf.
- δ *Cruciatus*, Korffraf.
- ε *Ferrugineus*, Brandraf.

Meles.

15. MELÉS unguibus anticis longissimis. *Syst. nat.* 37.

Gesn. quadr. 686. *Meles.*

Aldr. quadr. 264. *Taxus.*

Jonst. quadr. t. 64. *Taxus.*

Charl. onom. 17. *Taxus & Daxus.*

Raj. quadr. 185. *Taxus f. Meles.*

Merr. pin. 168. *Taxus suillus, Meles.*

Suecis Gräf-svin.

Habitat in sylvis umbrosis depressis lapidosis minus frequens.

DESCR. Corpus supra album, subcus nigrum, contra ac in reliquis ple-
risque animalibus.

Erinaceus.

16. ERINACEUS spinosus auriculatus. *Syst. nat.* 37.

Gesn. quadr. 368. *Echinus terrestris.*

Aldr. quadr. 459. *Echinus terrestris.*

Jonst. quadr. 119. t. 68. *Erinaceus.*

Charl. onom. 19. *Erinaceus.*

Raj. quadr. 231. *Echinus f. Erinaceus terrestris.*

Seb. thes. 1. p. 78. t. 49. f. 1. 2. *Erinaceus par-
vus nostras.*

It.

It. gotl. jul. 10. Erinaceus.

Suecis Igelkott.

Habitat in Gotlandia & Gothia frequens; in Suecia rarior; in Norlandia vix ullibi.

DESCR. Corpus spinis undique coopertum: spinis subcinereis vel albidis Zonis fuscis variis. *Capus* (excepto vertice) & *corporis* pars supina pilis, non spinis, tecta, subcinerea. *Auriculæ* rotundæ. *Oculi* parvi, nigri. *Nasus* acurus: natium foramina exteriore latere appendiculo membranaceo-carnoso crispo instructa. *Manus* ursi pentadactyli & *palma* omnino similes, e quibus secundus longior reliquis. *Præputium* propendens.

Talpa.

17. TALPA caudata. *Syst. nat.* 37.

Gesn. quadr. 931. Talpa.

Aldr. quadr. 451. Talpa.

Fonst. quadr. 118. Talpa.

Charl. exerc. 25. Talpa.

Raj. quadr. 236. Talpa.

Seb. thes. 1. p. 51. t. 32. f. 2. Talpa virginianus niger.

a Seb. Thes. 1. p. 68. t. 41. f. 1. Talpa alba nostras.

β Seb. Thes. 1. p. 68. t. 41. f. 4. Talpa maculata ostifrica.

Suecis Mullvad. *Smolandis* Surck.

Habitat sub terra in agris, pratis, hortis.

Vespertilio.

18. VESPERTILIO caudatus, naso oreque simplici.

Syst. nat. 37.

Bell. av. 147. Vespertilio.

Gesn. av. 694. Vespertilio.

Aldr. orn. 1. p. 571. Vespertilio.

Fonst. av. 34. Vespertilio.

Charl. Exerc. 80. Vespertilib.

Raj. quadr. 243. Vespertilio.

Dal. pharm. 451. Vespertilio.

Alb. orn. 3. p. 95. t. 101. Vespertilio.

Suecis Läderlapp, Flådermus. *Smolandis* Nattblacka.

Habitat in cavis arborum & murorum rimis, noctu volitat, phalænis victitat.

DESCR.

DESCR. Dentes primores superiores 6, acuti, distantes.
inferiores 5, acuti contigui.
Canini superiores 2, anteriore majore.
inferiores 3, antico maximo.

Molares utrinque 3, tricuspidati.

Manus pentadactylæ palmato-alatæ maximæ.

Palmæ pentadactylæ fissæ parvæ.

Maxilla inferior prominet extra superiorem.

Obs. *Ursus*, *Meles*, *Erinaceus*, *Tatpa*, *Vespertilio per hyemes dormiunt abstemii.*

III. GLIRES.

Lepus.

19. LEPUS cauda abrupta; pupillis atris. *Syst. nat.* 38.

Gesn. quadr. 69. Lepus.

Aldr. quadr. 247. Lepus.

Jonst. quadr. t. 65. Lepus.

Charl. onom. 20. Lepus.

Raj. quadr. 204. Lepus.

Suecis Hare.

Habitat ubique in sylvis, apud nos æstate cinereus, hyeme semper albus.

E lana alba Leporis conficitur acu pannus (Filt dictus) retia potius dicas pulicum, in quibus pulices omnes congregantur corporis totius Dalecarlorum experimento, corpori intra indusium scilicet admotus.

20. LEPUS cauda brevissima; pupillis rubris. *Syst. nat.* 38.

Gesn. quadr. 72. Cuniculus.

Aldr. quadr. 382. Cuniculus.

Jonst. quadr. t. 65. Cuniculus.

Charl. onom. 21. Cuniculus.

Raj. quadr. 205. Cuniculus.

Suecis Kanin.

Habitat in domibus aliunde advectus.

Sciurus.

21. SCIURUS palmis folis saliens. *Syst. nat.* 38.

Gesn.

Gesn. quadr. 13. Sciurus.

Fonst. quadr. t. 66. Sciurus.

Raj. quadr. 214. Sciurus vulgaris.

Suecis Ikorn. *Ostrobothniensibus* Gråskin.

Habitat in arboribus frequens, æstate ruber, hyeme incanus, Gråwerck dictus.

22. SCIURUS hypochondriis prolixis volitans. *Syst. nat.* 38.

Seb. thes. t. p. 67. t. 41. f. 3. Sciurus volans.

Æt. petrop.

Habitat in *Finlandia* & *Lapponia*, licet rarius.

Castor.

23. CASTOR cauda ovata plana. *Syst. nat.* 39.

Ælian. anim. 359. Kastor.

Hildeg. phys. 115. Biber.

Bellon. aquat. 29. t. 30. Fiber.

Gesn. ichth. 185. Castor.

Fonst. ichth. t. 68. Castor.

Rond. ichth. 236. Castor.

Charl. onom. 17. Castor.

Gall. adopt. 131. t. 131. Castor.

Scott. phys. 979. t. 33. Castor f. Biber.

Schonev. ichth. 34. Fiber f. Castor.

Raj. quadr. 209. Castor f. Fiber.

It. lapp. maj. 28.

Suecis Båfwer.

Habitat in lacubus & fluviis, præsertim *Lapponiæ*, victitans corticibus *Populi*, *Sorbi* &c.

24. CASTOR cauda longa lanceolata plana.

Clus. exot. 375. Mus aquaticus exoticus.

Worm. mus. Mus aquaticus.

Raj. quadr. 217. Mus aquaticus exoticus.

Suecis Dæfman.

Habitat in stagnis vadosis, visus ut fertur in *Succia*, sed non nobis; in *Russia* frequens.

25. **CASTOR** cauda lineari tereti. *Syst. nat.* 39.
Raj. quadr. 217. Mus major aquaticus f. Rattus aquaticus.
 Habitat in fossis, paludibus & ad aquas lutas rarius.

Mus.

26. **MUS** cauda brevi, corpore fulvo nigroque variegato,
Scheff. lapp. 346. Mus montanus.
Ol. Magni sept. l. 18. c. 20. Lemmus.
Worm. mus. 322. t. 325. Mus norwagicus vulgo
 Lemming.
monogr. 6. Mus norwagicus.
Olear. mus. 21. t. 12. f. 6. Leming.
Raj. quadr. 227. Mus norwagicus vulgo Leming.
Charf. onom. 22. Mus norwegicus.
Aët. Stockh. 1740. p. 326. t. 6 f. 4. 5. Mus cauda abrupta; corpore fulvo nigro maculato.
Suecis Fiällmus, Sabelmus. *Lappis* Lummick.
 Habitat in alpebus Lapponicis omni anno, descendit gregatim in adjacentes Provincias incertis temporibus & annis.
27. **MUS** cauda brevi, corpore nigro-fusco, abdomine cinerascete.
Raj. quadr. 218. Mus agrestis, capite grandi, brachyuros.
 Habitat in agris frequens sub messe.
28. **MUS** cauda longa subnada, corpore fusco-cinerascete.
Gesn. quadr. 109. Mus domesticus major.
Fonst. t. 66. Glires.
Raj. quadr. Mus domesticus major f. Rattus.
Suecis Rotta.
 Habitat ubique in Suecia, excepta Lapponia, in domibus tædiosus.
29. **MUS** cauda longa pilosa; auribus subrotundis velle-
 re brevioribus. Ha-

QUADRUPEDIA. JUMENTA. II

Habitat circa Upsaliam plerumque sub terra & in aqua. hortis admodum noxius.

DESCR. Magnitudo & facies ferme præcedentis; at *cauda* minime glabra & nuda, sed pilosa uti corpus, nec est ejusdem longitudinis ac in Ratto, cum in hoc vix dimidiam corporis longitudinem attingat. *Dorsum* fuscum s. nigrum. *Abdomen* cinereo-fuscum. *Aures* parvæ, pilosæ, uti reliquum corporis. *Pedes* filii. *Dentes* superiores buxæi coloris.

30. MUS cauda longa, corpore nigro-flavescente, abdomine albo.

Raj. quadr. 218. Mus domesticus medius.

Habitat in domibus & sylvis.

31. MUS cauda longa nudiuscula; corpore cinereo-fusco, abdomine subalbescente.

Raj. quadr. 218. Mus domesticus vulgaris s. minor.

Jonst. quadr. t. 66. Mures.

Suecis Mus.

Habitat ubique in domibus & sylvis glandiferis noxium animalculum rebus esculentis.

32. MUS cauda longa pilosa; corpore rufo, gula albicante.

Raj. quadr. 220. Mus avellanarum minor.

Habitat in sylvis, & hortis sæpe infestus.

IV. JUMENTA.

Sorex.

33. SOREX.

Gesn. quadr. 747. Mus araneus.

Aldr. quadr. 441. Mus araneus.

Jonst. quadr. t. 66. Mus araneus.

Charl. onom. 25. Mus araneus.

Schwenckf. quadr. 114. Mus araneus.

Dal. pharm. 450. Mus araneus.

Raj. quadr. 239. Mus araneus.

Suecis Nåbbmus.

Habitat passim in fodinis, sylvis.

DESCR. Corpus cinereo-nigricans, magnitudine muris minoris. *Cauda* exacte

ante muris, longa. *Aures* breves, amplæ. *Rostrum* suillo magis prominens, apice naribus instructo, longissimo, undique vibrizis obvallato.

Labium inferius $\frac{2}{3}$ minus superiori. *Pedes* nudi 5-5. fissi.

Maxilla inferioris molares 4. acuti, quadrifidi. Incisores 2. recti, ferrati. superioris molares 4. bifidi. Canini 4. minimi. Incisores 2. bifidi, incurvi.

Equus.

34. EQUUS cauda undique setosa. *Syst. nat.* 40.

Gesn. quadr. 132. Equus, Caballus, Equa.

Aldr. quadr. 12. Equus.

Jonst. quadr. 1. t. 1. 23. 4. Equus.

Charl. onom. 2. Equus.

Raj. quadr. 62. Equus.

Suecis Håst.

Habitat interdum sponte in Scania & Gotlandia, communiter cicur. Oelandi, ex gothici maris insula, totius orbis minimi. *Jonst. quadr.* 20.

Hippomanes theophrasti Corpus linguiforme, facie lienis, in os pullorum dum excluditur, frequens observatur, de quo veteres multa; magicum & antepilepticum &c.

35. EQUUS cauda extremo setosa. *Syst. nat.* 40.

Gesn. quadr. 40. Asinus.

Aldr. quadr. 295. Asinus.

Jonst. quadr. 12. t. 6. Asinus.

Raj. quadr. 63. Asinus.

Charl. onom. 3. Asinus domesticus.

Suecis Asna

a *Raj. quadr.* 64. Mulus.

Suecis Mulåfna.

Habitat in Magnatum prædiis rarius, aliunde advectum animal.

Sus.

36. SUS dorso antice setoso; cauda pilosa. *Syst. nat.* 41.

Gesn. quadr. 146. Aper.

Aldr. bisult. 1013. Aper.

Charl.

- Charl. onom.* 11. Aper.
Fonst. quadr. 74. Aper.
Raj. quadr. - 96. Sus agrestis f. Aper.
Suecis Will - Swin.
- β *Charl. onom.* 11. Sus.
Aldr. bisulc. 937. Sus.
Fonst. quadr. 47. Scrofa.
Gesn. quadr. 872. Sus.
Raj. quadr. 92. Sus f. Porcus domesticus.
Suecis Swin.
- Habitat in Oelandia a Rege nostro Potentissimo
 FRIEDERICO I. ibidem introductus; at varietas β
 ubique ab œconomis alitur.
- Obs. *passim reperiuntur Sues monungulæ f. unguis solidis
 nec bifidis.*

V. PECORA.

Cervus.

37. CERVUS cornibus acaulibus palmatis. *Syst. nat.* 42.
Gesn. quadr. 39. Alces.
Aldr. bisulc. 836. Alce.
Fonst. quadr. 65. t. 30. Alce.
Charl. onom. 9. Alce.
Scott. phys. 901. t. 24. Alce.
Gall. adopt. 169. t. 169. Alce.
Raj. quadr. 39. Alce.
Olear. mus. 12. t. 9. f. 2. Alcis cornu.
Suecis Ælg.
 Habitat in fylvis rarius obvius hodie, quam olim.
38. CERVUS cornibus ramosis teretibus incurvatis.
Syst. nat. 42.
Gesn. quadr. 79. Cervus, Cerva, Hinnulus.
Fonst. quadr. t. 31. Cervus.
Charl. onom. 8. Cervus.
Raj. quadr. 84. Cervus.

Sue-

Suecis Hiort, Kronhiort.

Habitat in sylvis rarius, in vivariis Regis frequens.

39. CERVUS cornibus ramosis teretibus: summitatibus palmatis. *Syst. nat.* 42.

Gesn. quadr. 130. Rangifer.

Aldr. bisulc. 859. Tarandus.

Fonst. quadr. t. 37. Cervus palmatus.

t. 36. Cervus mirabilis. *fig. bon.*

t. 34. Tragelaphus.

t. 34. Hippelaphus.

Olear. musf. 16. *t.* 10. *f.* 3. Rhangifer.

Raj. quadr. 88. Cervus rangifer. (*fig. bona*)

Charl. onom. 9. Rangifer & Tarandus.

Suecis Rhen.

Habitat in alpibus Lapponicis plane spontanei, licet & cicures pecora sint unice Lapponum.

Hujus femina æque ac mas cornuta est, quamvis cornua minora; reliquæ species feminis inernibus gaudent. Ruminat æque ac aliæ species sui generis; victitat presertim Lichenibus per hyemem.

40. CERVUS cornibus ramosis compressis: summitatibus palmatis. *Syst. nat.* 42.

Bell. iuin. cluf. 57. Dama.

Gesn. quadr. 84. Dama vulgaris platyceros.

Aldr. bisulc. 741. Dama.

Fonst. belg. t. 31. Dama.

Raj. quadr. 85. Cervus platyceros.

Suecis Dof, Dofhiort.

Habitat in vivariis Regis & Magnatum, nec non interdum in sylvis.

41. CERVUS cornibus ramosis teretibus erectis. *Syst. nat.* 41.

Gesn. quadr. 64. Capra, Capreolus s. Dorcas.

Aldr. quadr. 738. Caprea plinii, Capreolus.

Fonst. quadr. t. 33. Capreolus marinus.

t. 33. Capriolus.

Charl. onom. 9. Dorcas.

Raj. quadr. 89. Caprea Plinii, Capreolus vulgo.

Sue-

Suecis Rådiur.

Habitat in sylvis rarior hodie, quam olim.

Capra.

42. CAPRA cornibus carinatis arcuatis. *Syst. nat.* 42.

Gesn. quadr. 57. Capra.

Aldr. bisulc. 619. Caper.

Fonst. quadr. 27. Hircus.

Charl. onom. 7. Hircus domesticus.

Raj. quadr. 77. Capra domestica.

Suecis Get.

Habitat culta frequens, victitans tenellis ramulis fruticum.

Ovis.

43. OVIS cornibus compressis lunatis. *Syst. nat.* 43.

Aldr. bisulc. 370. Ovis.

Gesn. quadr. 138. Ovis.

Fonst. quadr. 38. Ovis.

Raj. quadr. 73. Ovis domestica.

Charl. onom. 6. Ovis.

Suecis Får.

Habitat ubique culta; vivit præsertim in aridis sterilissimis.

Bos.

44. BOS cornibus teretibus flexis. *Syst. nat.* 43.

Charl. onom. 5. Bos domesticus.

Aldr. bisulc. 13. Bos

Gesn. quadr. 25. Bos.

Raj. quadr. 70. Bos domesticus.

Suecis Ko, Nöt.

Habitat ubique culta; nullibi apud nos Urus sylvestris est; victitat præsertim plantis paludosis.

Classis

Classis II.

AVES.

I. ACCIPITRES.

Strix.

45. STRIX capite aurito; corpore rufo.

Gesn. av. 234. Bubo primus.

Bell. av. 25. a. Bubo.

Willughb. orn. 62. n. 12. Bubo primus.

Alb. orn. 2. p. 9. t. 9. Bubo.

Suecis Uf. *S. N. X.* p. 92. n. 1. Bubo.

Habitat in petris sylvaticis præruptis, arcibus ac turribus præaltis, ruderatis, victitans leporibus, muribus.

DESCR. Magnitudo circiter anseris domestica. *Corpus* testaceo-rufum lineolis omnibus transversis undulatis nigris & majoribus longitudinalibus itidem nigris. *Cauda* alis longior falciis sordidis. *Alæ* maculis nigris adspersæ. *Tibiæ* & *pedes* crasso vellere, leporis instar, vestitæ. *Rostrum* nigrum basi fetis loco feræ vestitum.

46. STRIX capite aurito; corpore albido.

Rudb. pict. Bubo scandinavus.

Habitat in alpibus Lapponicis.

DESCR. Magnitudo Meleagridis; *corpus* totum album nigris maculis adspersum. Similis Noctuæ 54. ni *tupercilia* aurita adessent in hoc Bubo. *S. N. X.* p. 92. n. 2. *scandiaca*

47. STRIX capite aurito pennis sex.

Bell. icon. 25. 6. Asio, Otus.

Will. ornith. 64. f. 12. Otus s. Noctua aurita.

Raj. av. 25. n. 2. Otus s. Noctua aurita, Asio latinis.

Alb. orn. 2. p. 10. t. 10. Otus s. Asio.

Suecis Horn-uggla.

Habitat in sylvis, cavis arboribus & domibus desertis. *S. N. X.* p. 92. n. 4. *Otus.*

48. STRIX capite lævi; corpore ferrugineo; oculorum iridibus atris; remigibus primoribus ferratis.

Gesn. av. 773. Ulula.

Aldr. orn. 8. c. 6. Ulula.

Will. ornith. 68. t. 13. Ulula aldrovandi.

Raj. av. 26. n. 4. Ulula latinis.

It. ocl. 69. Noctua.

Habitat in cavis arborum. *S. N. X. p. 93. n. 6. Aluco.*

DESCR. Magnitudo fere Gallinæ; Color dorſi, caudæ, alarum grifeus. Caput e griteo albo nigroque maculatum. pone aures circuli ſegmentum nigrum e pennis ſingularis ſtructuræ. *Macula* albæ ad latera dorſi & in tegibus alarum. *Remiges* 1. 2. 3. ſenſim breviores, & exteriori margine ferratæ; omnes 1-24 grifeæ faſciis latis fulcis: *Rectrices* ſubgrifeæ faſciis 5. ſubfulcis, exceptis duabus intermediis. *Abdomen* albicans maculis oblongis grifeis nigrisque. *Pedes* albi punctis nigrificantibus.

49. STRIX capite lævi; corpore luteo.

Rudb. pict. Strix tota flammea.

Habitat Upſaliæ rarius.

50. STRIX capite lævi; corpore fulco; iridibus oculorum fulvis.

Rudb. pict. Noctua major, oculorum iridibus croceis.

Habitat in Suecia boreali.

DESCR. Magnitudo Cuculi.

51. STRIX capite lævi; corpore fulco; iridibus oculorum flavis. *S. N. X. p. 93. n. 7. Funerea.*

Rudb. pict. Noctua major, oculorum iridibus pallide luteis.

DESCR. Antecedenti ſimilis, ſed paulo major. *Magnitudo* corvi. *Corpus* torum ſupra ſordido-cinereum maculis piſiformibus albis. *Caput* utrinque annulo ſordido-nigricante cinctum; intra annulos ſingulos color fulco-albicans; infra circulos albidum eſt caput cum tinctura e ſordido fulca. *Iris* oculorum pallide lutea. *Roſtrum* albidum; *ungues* nigri.

52. STRIX capite lævi; corpore ſupra fulco: albo maculato; rectricibus omnibus faſciis albidis.

Habitat inter Pithoam & Luloam urbes Weſtrobottniæ. *S. N. X. pag. 93. n. 10. Ulula.*

DESCR. Multa habet cum antecedenti communia, ut forte vel ſexu vel ætate ſola differat. *Corpus* ſupra fulcum maculis albis maſculis adperſum; ſubtus tota avis cinereo-alba lineis tranſverſis ſubundulatis fulcis, ita ut ſingula penna faſciis 5 vel 6 ſiſcis picta ſit. *Alæ* fulcæ maculis raris albis, quum remiges fulcæ a lateribus maculis ſubrotundis albis notentur. *Cauda* pedalis fere, anguſta, fulca, faſciis 9. vel 12. albidis cincta. *Caput*

cinereum punctis s. undulis conglobatis tegitur. Regio temporum cinereo-alba. Canthus oculi uterque niger. a regione aurium macula nigra oblonga descendit usque ad maxillam inferiorem, sensim angustata, quam excipit macula oblonga cinerea undulis raris nigris, dein & alia nigra prima simillima, quæ basi cum prima coit. *Mentum* s. gula macula parva nigra tegitur. *Tibiæ* plumosæ cinereæ lineis pallidis tectæ, ungues acutissimi pallido-nigricantes. Magnitudo avis corvi est.

53. STRIX capite lævi; corpore fusco; remigibus albis maculis quinque ordinum.

Gesn. av. 620. Noctua.

Aldr. orn. 1. 8. c. 7. Noctua.

Will. orn. 69. t. 13. Noctua minor & minima.

Raj. av. 26. n. 6. Noctua minima.

Alb. orn. 2. p. 12. t. 12. Noctua minima.

Habitat in cavis arborum. *L.N.X. t. 93. n. 11. passerina.*

DESCR. Magnitudo Merulae. *Corpus* totum supra fusco-cinereum punctis albicantibus, infra vero totum albicans cum maculis longitudinalibus fuscis. *Alæ* subrus maculis albis per 5. ordines dispositis, quarum extimæ minores sunt. *rectrices* alarum tam supra quam infra albæ. extus in alis puncta albida per 5. vel 6. ordines disposita. *Cauda* lineis 4 albis transversis. *Caput* punctis numerosis albis; tempora albæ. *Rostrum* luteum vibrissis nigris. *Pedes* albidii subtus lutei, unguibus nigris.

54. STRIX capite lævi; corpore albido.

Rudb. pict. Noctua scandiana maxima ex albo & cinereo variegata.

Suecis Harfang. *L.N.X. p. 92. n. 8. Nyctalea.*

Habitantem reperi *Arosæ* in prædio illustrissimi comitis Cronstedtii Regis Regnique Senatoris, Fulleroa.

DESCR. Gallina duplo major; *Corpus* totum fere niveum; *Pectus* & abdomen lineis undulatis transversis fuscis, uti & *rectrices* alarum eodem modo pictæ. *Remiges* expansæ niveæ secundum longitudinem alarum duplici ordine maculatum parvarum, subrotundarum, cinerearum, quibus & interdum tertius macularum ordo accedit. *Caput* fere album, ut & *cauda*, quæ tamen nigris minimis punctis aut maculis temere notantur.

55. STRIX capite lævi; corpore ferrugineo; remige tertia longiore. *L.N.X. p. 90. n. 9. stridula.*

Aldr. orn. 561. t. 563. Strix.

Will. orn. 65. Strix.

Raj. av. 25. n. 2. Strix.

Habitat in sylvis frequens per Sueciam.

Falco.

56. FALCO cera lutea; pedibus lanatis; corpore rufo.

L.S.N.X. p. 88. B. 2. J. Chrysaetos.

Gesn.

Gesn. av. 168. Aquila germana.

Jonst. av. t. 1. Aquila gesneri f. Chrysaëtos aquila.

Will. orn. 27. t. 1. Chrysaëtos.

Raj. av. 6. n. 1. Chrysaëtos.

Suecis Orn.

Habitat in petris altis & præruptis.

DESCR. Magnitudo anserem superat; *Corpus* testaceum, antèrius magis rufescens, posterius magis nigricans. *Cauda* rufa, maculis raris albidis sparsis. *Tibiæ* lanatæ digitis luteis; unguibus longitudine digitorum. *Rosstrum* breve, apice adunco; nigro, myxtaces feris constructæ, supra quas cera lutea, in qua nares transversæ. *Ova* 4.

57. FALCO pedibus ceraque cæruleis; corpore supra fusco; capite albo. *J. N. X. 21. Haliætus.*

Gesn. av. 74. Falco, cui pedes cærulei, Cyanopoda.

Aldr. orn. l. 2. c. 3. Haliætus.

l. 2. c. 7. Morphos.

Will. orn. 37. t. 6. Balbusardus.

Raj. av. 16. n. 3. Balbusardus anglorum.

Suecis Blåfot, Fisk-örn.

Habitat humi inter arundines juxta aquas; *Ova* 4. alba, elliptica, magna. Victitat piscibus.

DESCR. Cera cærulescens. *Iris* flava. *Nares* oblongæ. *Pedes* cærulescentes, *digitus* extimus retrorsum quasi verstitilis; corporis color supra fuscus, excepto capite albo. *Corpus* *subtus* totum album; *ungues* *subtus* retinisculi.

58. FALCO cera flava; rectricibus albis, versus apices nigris. *J. N. X. 8. P. Albicilla.*

Bell. icon. 15. Pygargus.

Gesn. av. 205. Pygargus.

Will. orn. 31. Pygargus f. Albicilla, quibusdam Hinularia.

Raj. av. 7. n. 5. Pygargus.

Habitat passim in sylvis.

DESCR. *Corpus* testaceum; *pennæ* *capitis* & *colli* acute; *pennarum* *margo* albicat f. pallescit. *Abdomen* brunneum. *Remiges* nigre, quarum majores introrsum albæ, harum duodecim versus apicem albæ, extrorsum vero nigre. *Tibiæ*, *rostrum* & *cera* lutea. *magnitudo* anseris. *Femina* albidior est.

59. FALCO cera flava; cauda forcipata, corpore ferrugineo, capite albidiore. *J. N. X. 10.*

B 2

Gesn.

Gesn. av. 610. *Milvus.*

Aldr. orn. 368. *t.* 1. *Milvus.*

Will. orn. 41. *t.* 6. *Milvus.*

Raj. av. 17. *n.* 6. *Milvus.*

Albin. orn. 1. *p.* 4. *t.* 4. *Milvus.*

Suecis Glada.

Habitat ubique, vulgaris.

DESCR. Corpus supra & infra, ferrugineum, pennis a tergo & supra alas in medio nigra macula, versus basin albis. in capite pennæ albæ acuminatæ rachi nigra apicibusque albidis. *pectus* & *femora* longis pennis ferrugineis rachi nigra vestita sunt. *Remiges primores* 10 quarum 1-5 supra nigrae, at 6-10 nigro-ferrugineæ, subtus omnes 1-10 pone albert; *remiges secundariæ* 11-20 supra nigricantes apicibus ferrugineis, subtus cinereæ, fasciis nigricantibus. *Cauda* longa, forcipata, rufa, remige 1. supra margine exteriori nigricante. *Pedes* flavi, unguës nigri. *Rostrium* nigrum, cera flava.

60. FALCO pedibus flavis; corpore cinereo, maculis fuscis; cauda fasciis quatuor. *Swalsh. L.N.* 12.

Will. orn. 46. Falco gentilis i. e. nobilis dictus.

45. *t.* 5. Falco montanus.

Raj. av. 13. Falco gentilis i. e. nobilis dictus.

Falco montanus.

Suecis Falck. *le Faucon geable.* *Briff.*

Habitat in alpiibus Dalekarlicis copiose, ubi quotannis capitur a Germanis.

DESCR. Magnitudo Gallinæ aut Corvi. *Pedes, Cera, Iris* oculorum flava. *Corpus* totum cinereum maculis fuscis; *Cauda* cinerea fasciis quatuor transversis fuscis. *Capitis* pennæ nigrae lateribus ferrugineis. *Collum, dorsum* & *alæ* supra fuscae apicibus pennarum ferrugineis; subtus flavescens maculis raris oblongis fuscis sub gula, colla, pectore, abdomine; adhuc angustioribus in femoribus. *Remiges* fuscae a latere nudo, at interiori latere albidæ cum punctis cinerascensibus & fasciis fuscis 5 vel 6. *Rectrices* extra & subtus omnes fuscae, fasciis latis 5 vel 6 nigricantibus, æqualibus, apice obsoletis; *rectrices* subtus albedo-flavescens lineolis longitudinalibus raris fuscis.

61. FALCO pedibus rostroque cæruleis, maculis albis nigrisque longitudinalibus. *L.N.* 20. *Lanarius.*

Gesn. av. 76. *Lanarius.*

Aldr. orn. 1. *t.* 7. *c.* 10. *Lanarius* gallorum.

Will. orn. 48. *Lanarius* cujus mas *Tertiarius.*

Raj. av. 15. *n.* 13. *Lanarius.*

Alb. orn. 2. *p.* 7. *t.* 7. *Lanarius.*

Habitat in sylvis.

DESCR:

DESCR. Dorsum & Alæ ferruginæ; Caput & corpus totum subtus cinereo-alba maculis nigris longitudinalibus. Cauda longa maculis oppositis albidis. Tibiæ ultra medium vestitiæ. Pedes cærulei. Rostrum cærulescens. Hinc distinctissimus a Lanario Italico.

62. FALCO rostro nigro; pedibus luteis; corpore supra fusco, subtus albido-cinereo maculis transversis.

Rudb. pict. Falco albo-cinereus viridis, pedibus luteis.

Will. orn. 44. Gyrfalco. *S. N. X. 22. Gyrfalco.*

Raj. av. 12. n. 3. Gyrfalco.

Habitat rarius apud nos.

DESCR. Dorsum nigro-cinereum, Venter albo-cinereus maculis transversis. Pedes lutei. *magnitudo Galli.*

63. FALCO cera luteo-viridi; pedibus luteis; corpore ferrugineo, vertice fulvo. *S. N. X. 24. P. æruginosus.*

Will. orn. 42. t. 7. Milvus æruginosus.

Raj. av. 17. n. 4. Milvus æruginosus.

Alb. orn. 1. p. 3. t. 3. Milvus æruginosus.

Suecis Høns-tjuf.

Habitat in sylvis.

DESCR. Corpus testaceum maculis capitis, colli, pectoris nigris longitudinalibus. Alarum remiges nigrae, rectrices ferruginæ. Cauda testacea. Femora testacea maculis nigris irregularibus. Tibiæ plumis testæ maculis longitudinalibus variegatæ; digiti cornei. Rostrum nigro-cæruleum. *Rudb.*

64. FALCO pedibus cera palpebrisque flavis, capite fusco, nucha alba, abdomine albicante maculis oblongis. *S. N. X. 19. Subbuteo.*

Alb. orn. 1. p. 6. t. 6. Subbuteo.

Rudb. pict. Dendro-Falco.

Habitat in Scania. *J. Leche.*

DESCR. Fœmina. Rostrum cæruleum; cera flava. palpebræ luteæ; iris rubra. Caput nigro-fuscum, nucha albicante; gula & latera capitis albida. Abdomen albicans cum macula oblonga in singula penna. Femora ferruginea. Cauda subtus albicante ferruginea. Alæ cauda longiores. Remiges nigro cinereoque cærulescentes, exceptis primoribus nigris apicis margine albicante. Remiges 1-20 maculis 5 ad 10 albidis a latere interiore, excepto 21.

Cauda acuminata remigibus subtus maculatis, exceptis intermediis duobus longioribus & immaculatis; in singula remige maculæ 9. pallide ferruginæ, præsertim in latere interiore conspicuæ.

Pedes nudi, lutei. pennæ omnes totius corporis versus basin cinereo-cærulescentes.

65. FALCO cera pedibusque luteis, dorso fusco, pectore pallido maculis longitudinalibus fuscis.

S. N. X. 14. Buteo. B 3

Gesn.

Gesn. av. 46. Buteo.

Will. orn. 38. t. 6. Buteo vulgaris.

Raj. av. 16. n. 2. Buteo vulgaris f. Triorchis.

Uplandis Quidfogel.

Habitat passim frequens, *Upsaliae* ad Gottsfunda. Pul-
li medio Julii mensis sepibus nostris insident, con-
tinuo ejulatu, unde *Uplandis* Quidfogel dicitur.

DESCR. Magnitudo Gallinæ. *Rostrum* unguesque nigra, *cera pedesque* fla-
vi. Tota avis capite, collo supra fusca; pennarum marginibus ferrugi-
neis; subus tota avis ex albido flavescens, maculis longitudinalibus fuscis,
quarum posteriores fere cordatæ. Iris exalbida, membrana nictitans ce-
rulefens. *Remiges* nigricantes, latere interiori inferne albæ, harum 1, 2,
3, 4 absque, reliquæ cum fasciis 5. vel 6. magis obscuris latere interio-
re externe & interne pinguntur. *Rectrices* nigro-cinereæ, æquales, fasci-
is plurimis obscurioribus præsertim supra conspicuis, apice obsolete ferru-
gineæ; basin versus subus albæ sunt rectrices.
Ova alba maculis majusculis tubrifis paucis.

66. FALCO pedibus seminudis flavis; cera nigra; capite
cinereo; caudæ fascia cinerea, apice albo.

Will. orn. 38. t. 3. Buteo apivorus f. vespivorus

Raj. av. 16. n. 2. Buteo apivorus f. vespivorus.

Alb. orn. 2. p. 8. t. 8. Accipiter palumbarius.

Suecis Slaghök. *l. N. X. 23. Apivorus.*

Habitat in sylvis. Ova cinerea maculis obscuris.

DESCR. *Rostrum* nigrum; *cera* nigra rugosa, *iris* oculorum crocea. *Caput*
cinereum. *Dorsum* ferrugineo-fuscum. *Caudæ rectrices* apice albæ, tum
linea transversa nigra, dein fascia lata cinerea. *Pectus &* abdomen alba
maculis nigricantibus. *Pedes* flavi.

67. FALCO pedibus ceraque flavis; dorso rufescente;
pectore maculis longitudinalibus fuscis; cauda
rotundata. *l. J. N. X. p. 90. §. 12. Pennunculus.*

Gesn. av. 54. Tinnun- *Aldr. orn.* 1. 5. c. 6. Tinnun-
culus accipiter. culus f. Cenchrus.

Will. orn. 50. t. 5. Tinnun-
culus f. Cenchrus.

Raj. av. 16. n. 16. Tinnun-
culus.

Alb. orn. 1. p. 7. t. 7. Tin-
nunculus.

Suecis Kyrkio-falck.

Habi-

Habitat in turribus & muris præaltis. Ova 4 albi-
da maculis rubentibus crebris.

MARIS caput canum fibris tenuissimis nigris striatum, constantibus ex rachi singulæ pennæ nigra. *Rostrum* breve, curvum, cæruleo-atrum; cū-
jus maxilla superior utrinque denticulo, uti inferior sinu, notata. *cerastia*-
va, uti & regio nuda circum oculos flava. *Gula* albida.

Dorsum & testrices alarum rufæ s. ferrugineæ, singula pluma versus api-
cem macula nigra acuta notata.

Pectus, venter & femora dilutius rufa s. ferruginea, maculis longitudi-
nalibus nigris linearibus in pectore, ovatis in abdomine, miliaribus ra-
rioribus in femore.

Sub cauda regio pallida immaculata. regio a dorso ad caudam cana.

Tibia maxima ex parte nudæ luteæ.

Remiges 22. quarum secunda longissima, reliquæ dein gradu breviores; om-
nes fuscæ supra, subtus canæ, antice immaculatæ, (exceptis secundariis
parum ferrugineis) pone sinubus seu maculis albidis septem vel octo.

Testrices longæ, laterales breviores, omnes canæ, versus apicem fascia la-
ta nigra notatæ; omnes antice immaculatæ, at pone s. inrrorsum lineis
octo nigris latiusculis notatæ, exceptis pennis 2 intermediis, quæ his ma-
culis destituuntur & totæ canæ sunt, excepta fascia ad apicem, ut in re-
liquis nigra.

Testrices alarum subtus albæ maculis parvis nigris.

FEMINA. Magnitudo Columbæ. omnia ut in mare, sed caudæ color
præcipue diversus est.

Testrices 12. ferrugineæ, apicæ macula magna nigra terminatæ, & sin-
gulæ 9 vel 10 lineis transversis nigris notatæ. harum 6. 6. seu interme-
diæ summo apice non albert, uti reliquæ 1. 2. 3. 4. 5.

68. **FALCO** cera viridi; pedibus flavis; pectore albo un-
dulis transversis fuscis; cauda fusca fasciis nigri-
cantibus. *N. X. N. N. N. N. N. N.*

Albin. orn. 3. p. 4. t. 4. Accipiter fringillari-
us.

Gesn. av. 51. Falco frin-
gillarius.

Aldr. orn. 1. 5. c. 2. Ac-
cipiter Fringillarius.

Bell. ic. 19. 6. Accipi-
ter Fringillarius.

Will. orn. 51. t. 5. Ac-
cipiter Fringillarius
f. recentiorum Nifus
& Sparverius.

Raj. av. 18. n. 2. Frin-
gillarius accipiter, re-

Alb. orn. 1. p. 5. t. 5. Acci-
piter fringillarius.

Gesn. av. 52. Accipiter mi-
nor mas, quem vulgo Ni-
sum s. Sparverium appel-
lant.

Aldr. orn. 345. Mofchetus.

centiorum Nifus & |
Sparverius.

Suecis Sparfhök.

Habitat in antiquis turribus & alibi passim.

DESCR. Cauda fusca fasciis nigris quinque. *Pectus*, abdomen, collum sub-
tus alba undulis transversis fuscis. *Dorsum* & corpus supra fuscum. *Pedes*
flavi. *cera* viridis.

II. PICÆ.

Corvus.

69. CORVUS ater, dorso cærulefcente.

Gesn. av. 334. Corvus.

Jonst. orn. 38. t. 16. Corvus.

Aldr. orn. 1. 12. c. 1. Corvus.

Will. orn. 82. t. 18. Corvus.

Raj. av. 39. n. 1. Corvus.

Alb. orn. 2. p. 19. t. 20. Corvus.

Suecis Korp.

Habitat in densis sylvis; super arborum, præsertim
abietum ramis nidificat; mira sagacitate cadavera
subolfacit, licet remotissima: Sancta avis a nostris
habetur, nec facile ab ullo occiditur. In Smolandia
& australibus provinciis cælo sereno alte volitat &
singularem clangorem seu tonum (clong) remotis-
sime sonantem excitat.

DESCR. Magnitudo Galli. *Corpus* totum atrum, dorso parum cærule-
scens, *remiges* 20; quarum duæ primæ paulo breviores: *rectrices* æquales.

70. CORVUS ater.

Aldr. orn. 1. 12. c. 3. Cornix frugilega.

Will. orn. 84. t. 18. Cornix frugivora & frugilega.

Raj. av. 39. n. 3. Cornix frugilega.

Alb. orn. 2. p. 21. t. 22. Cornix frugilega.

Oelandis Roka.

Habitat in Oelandia, Scania & australibus mariti-
mis provinciis, nidificat in arboribus, satæ segeti
noxia avis.

71. CORVUS capite gula alis caudaque nigris, trunco cinerascente.

Aldr.

Aldr. orn. l. 2. c. 4. Cornix cinerea frugilega.
Will. orn. 84. t. 77. Cornix cinerea frugilega.
Raj. av. 39. n. 4. Cornix cinerea frugilega.
Alb. orn. 2. p. 22. t. 23. Cornix cinerea.

Suecis Kråka.

Habitat in nemoribus; communiter in alnis, parit quatuor ova, edit insecta & varia cadavera, volat gregatim, erucas depascitur, hinc purgant pascea & prata a vermibus, qui fœnum consumunt; futuræ tempestatis & venti nuncia in maritimis; edit etiam Conchas & Ranarum capita.

DESCR. Caput, gula, alæ, cauda, pedes, rostrum nigra sunt. Reliqua omnia cinerea. a gula ad medium collum subrus nigra. ova 4 parit.

72. CORVUS fronte nigra; occipite incano; corpore fusco; alis caudaque nigris.

Will. orn. 85. t. 19. Monedula f. Lupus.

Raj. av. 40. n. 5. Monedula f. Lupus.

Alb. orn. 1. p. 14. t. 14. Monedula.

Suecis Kaja.

DESCR. Nigra rostrum, frons, gula, alæ, cauda, pedes. cinerea caput pone, collum. nivea Iris oculorum. nigricans dorsum. obscure cinereum pectus, abdomen.

73. CORVUS dorso sanguineo; remigibus nigris; re-
ctricibus viridibus.

Gesn. av. 335. Cornix cærulea.

Aldr. orn. l. 12. c. 18. Garrulus argentoratensis.

l. 12. c. 5. Cornix cærulea.

Will. orn. 85. t. 20. Cornix cærulea.

Worm. mus. 296. Cornix cærulea.

Raj. av. 41. n. 3. Garrulus argentoratensis.

Suecis Spank Kråka. *Smolandis* Blåkråka. *Scanis* Allekråka.

Habitat in Smolandia, Scania &c.

DESCR. Avis inter nostrates omnium splendidissima & pulcherrima: dorsum rubro-sanguineum est; remiges nigre; rectrices virides; alarum re-
ctricibus obvestientium basis cærulea, discus vero viridis est.

74. CORVUS variegatus, re-
ctricibus alarum cæruleis: li-
neis transversis albis nigrisque. *Gesn.*

Gesn. orn. 700. *Pica glandaria* 1. *Garrulus avis*,
Aldr. orn. l. 12. *c.* 14. *Pica glandaria*.
Will. orn. 88. *t.* 19. *Pica glandaria*.
Raj. av. 41. *n.* 22. *Pica glandaria*.
Albin. orn. 1. *p.* 16. *t.* 16. *Pica glandaria*.
Suecis Nötškrika.

Habitat in *Quercubus* communiter.

DESCR. Caput griseo-ferrugineum. Scapularum regio, pectus & abdomen ferruginea. *Frons* ferrugineo-albicans maculis longitudinalibus nigris. macula sub oculis, pone rostrum, nigra. *Gula* in quibusdam albida. *remiges* nigrae, at 1-7 margine exteriori maxima ex parte albida; 8-10, a basi, supra medium, exteriori latere nivea; reliquæ omnes remiges nigrae, quarum 5 reliquis longiores. *Tectrices* alæ exteriori latere cærulæ lineis transversis nigris. *Cauda* nigra tectricibus albis. *Rostrum* nigrum; vibræ utrinque ex 5. f. 6. fetis nigris. *Lingua* membranacea, bifida.

75. **CORVUS cinereus**, cauda alisque nigris.

Gesn. av. 245. *Caryocatactes*.

Will. orn. 90. *t.* 20. *Caryocatactes gesneri* & *turneri*.

Raj. av. 42. *n.* 5. *Caryocatactes*.

Suecis Nötwecka, Nötkraka.

Habitat in *Smolandia*, rarior alibi.

76. **CORVUS cauda cuneiformi**.

Gesn. av. 695. *Pica*.

Lonic. hist. 343. *a.* *Pica*.

Fonst. orn. 44. *t.* 17. *Pica*.

Will. orn. 87. *t.* 19. *Pica varia* f. *caudata*.

Raj. av. 41. *n.* 1. *Pica varia* f. *caudata*.

Albin. orn. 1. *p.* 15. *t.* 15. *Pica varia* *caudata*.

Suecis Skata.

Habitat in arboribus juxta domos vulgatissima per totum *Sueciæ* regnum, excepta sola *Lapponia*.

Nidos artificiose sruvit ovis sæpius 7. *Coracias* hæc a *Corvis* genere distingui non debet.

Caput, collum, dorsum, uropygium, anus, femora, rostrum, pedes atra. pectus, latera, tectrices baseos alarum alba. Remiges 1-10 exteriori latere nigrae, interiori albæ. Reliquæ nigrae extrorsum fericeo-cærulescentes. *Cauda* cuneiformis, longitudine corporis, complicatæ pennæ omnes supra visibiles fericeo-virescentes.

Cuculus.

77. CUCULUS rectricibus nigricantibus punctis albis.

Gesn. av. 363. Cuculus.

Aldr. orn. t. 5. c. 107. Cuculus.

Bell. ic. 22. 6. Cuculus.

Will. orn. 62. t. 77. Cuculus.

Raj. av. 23. Cuculus.

Alb. orn. 1. p. 8. t. 8. Cuculus.

Suecis Gjöök. *Lappis* Geecka.

Habitat frequens per Sueciam, educatur communitè a Moticilla alba.

DESCR. Variant Cuculi colore, sed utrum hoc sexu, ætate vel specie, adhuc hæreo. sic descripsi

1732. V: 16. *Caput* obscure canum, ut & *collum*, & totum *dorsum*, pennis hic inde griseis interlucentibus. collum subtrus coloris cinerei undulati luteo mixti. *urhopygium* ejusdem coloris cum dorso, sed dilutiore. *venter* albescens; lineis transversis fulco nigrescentibus; similiter pennæ sub cauda albicantes, sed adhuc magis albidæ. *Cauda* respectu corporis sat longa, rectricibus id: nigrescentibus apicibus albis, ab altero latere, & in medio; albo maculatæ sunt. *Alæ* longæ, superne fusco-nigrescentes, subtrus obscure canæ lineolis albis transversis; remiges nigricantes. *rostrum* parum incurvatum, maxilla superior longior nigra, inferior pallidior subvirescens. *Naves* patulæ prominentes nudæ. *Tibia* antèrius quoad partem testæ, una cum pedibus flavæ. *Lingua* sagittata plana: *digiti* duo antici; totidemque postici. *FÆMINA* erat, in qua duo ova magnitudine feminis pisci majoris. *venter* erucis pilosis plenus.

1733. VI: 2. & IX. 16. *MAS* similis præcedenti in omnibus, at differebat rostro ad angulum oris membrana lutea laxa molli, ut in pullis passerini generis. (An itaque hoc anno pullus?) *Caput* cinereum s. canum absque ullis griseis maculis, uti & *dorsum*, quod tamen certo situ positum versus lucem splendebat. *Collum* totum, etiam subtrus, absque maculis canum; *venter* obscurior quam in præcedente; sub *cauda* flavescens: *pedes* flavi.

1734. VII: 7. *Caput*, *dorsum*, & totum corpus supra canum. penna singula cinereo-nigra apice lineola alba terminata, disco unica alterave fascia testacea picto. *Remiges* cinereo-nigræ, maculis septem pluribusve albis: *gula* nigricans; *collum* & pectus subtrus albicantia lineis transversis cinereo-albis. *Venter* albus. *Rectrices* nigræ maculis albis & testaceis obscurioribus variegatæ. *testrices* caudæ superiores dorso concolores, inferiores albæ maculis nigris. *Tibia* seminudæ, uti etiam *pedes* & ungues flavi. *rostrum* nigrum intus flavum. *Lingua* integra, non bifurca; sub cantu occidebatur.

FÆMINA habet lineas fuscas ad latera colli, quibus *MAS* destituitur.

78. CUCULUS subgrisea maculata, rectricibus nigris fasciis undulatis.

Bell. ic. 76. a. Jynx, Torquilla, Turbo, Sifopigis.

Gesn. av. 573. Jynx.

Aldr.

Aldr. orn. l. 12. c. 42. Jynx f. Torquilla.

Jönst. orn. t. 42.

Will. orn. 95. t. 22. Jynx. f. Torquilla,

Raj. av. 44. n. 8. Jynx f. Torquilla.

Rudb. lapp. 66. r. 66. Jynx.

Alb. orn. 1. p. 21. t. 21. Torquilla.

Suecis Gjökyta.

Habitat apud nos vere.

DESCR. optimam & figuram laudabilem dedit O. Rudbeck Lapp. 1. c. *Remiges* fusæ, latere exteriori fasciis ferrugineis æqualibus 6 ad 7. *Rectrices* 10. æquales, punctis nigricantibus adspersæ fasciis 4 vel 5 nigris undulatis.

Picus.

79. PICUS niger; vertice coccineo.

Gesn. av. 708. Picus maximus vel niger.

Aldr. orn. l. 12. c. 31. Picus maximus.

Will. orn. 92. t. 21. Picus niger maximus.

Raj. av. 42. n. 1. Picus niger maximus.

Alb. orn. 2 p. 26. t. 27. Picus maximus niger.

Suecis Spillkråka, Tillkråka.

Habitat in arboribus antiquis aridis.

DESCR. Corpus totum atrum: a basi rostri ad occiput macula oblonga purpurea. *Rostrum* & pedes cinereo-cærulefcentes.

80. PICUS viridis, vertice coccineo.

Gesn. av. 710. Picus viridis.

Aldr. orn. l. 12. c. 34. Picus viridis nostras.

Will. orn. 93. t. 21. Picus viridis.

Raj. av. 42. n. 2. Picus viridis major.

Alb. orn. 1. p. 18. t. 18. Picus viridis.

Suecis Wedknarr, Grönspek, Gröngjöling.

Habitat in exaridis arboribus.

DESCR. variat vertice purpureo maculis nigris; vertice purpureo maculis albis, & vertice purpureo immaculato.

Rostrum acuto-compressum, maxilla superiori carinata trigona. *Nares* oblongæ setis rectæ. *Lingua* cylindracea, apice acuto, tendinosa, intra cylindraceam tunicam retracta. *Caput* & *collum* albicant punctis nigricantibus, quæ puncta in maxillis magis nigra per lineas disposita. *Vertex* purpureus est maculis constans plurimis cinereis apicibus purpureis aut sanguineis; sub sinu oris utrinque linea purpurea. *Dorsum* cum alarum *rectricibus* viride a medio dorso usque ad caudam extimam. *Rectrices* luteo-virides. *Venter* albus maculis nigris transversis undularis virore perfusus.

Remi-

Remiges supra nigrae maculis candidis, subtus nigricantes maculis albicantibus per series digettis. *Cauda* nigricat cum mixtura fordide viridi versus basin: Hæc descriptio *FÆMINÆ* erat.

MAS differt a *Fæmina*, quod tempora & oculorum regio nigra sint, gula alba. pectus & venter subviridia undulato - variegata

81. **PICUS** albo nigroque variegatus, vertice nigro, re-
ctricibus tribus lateralibus utrinque albescentibus.

Gesn. av. 708. *Picus varius major.*

Aldr. orn. l. 12. c. 32. *Picus major.*

Will. orn. 94. t. 21. *Picus varius major.*

Raj. av. 43. n. 4. *Picus varius major.*

Alb. orn. 1. p. 19. t. 19. *Picus varius major.*

Suecis Gyllenrenna.

Habitat ruri in arboribus.

DESCR. *Rostrum* maxilla superiore carinata acuta, lateribus angulatis; apex rostri compressus. *Lingua* longissima, apice tenui osseo. *Caput* nigrum, fronte pallida; tempora alba; a rostro ad nucham extenditur nigredo. *Mas* in occipite maculis coccineis notatur. *Collum* a tergo in medio album. *Remiges* nigrae utrinque maculis 3-6 albis. *Rectrices* atrae 10. quarum 1, 2, 3 utrinque albescentes; sub cauda coccinea est.

82. **PICUS** albo nigroque varius, reetricibus tribus late-
ralibus apice albo-variegatis.

Will. orn. 94. t. 21. *Picus varius minor.*

Raj. av. 43. n. 5. *Picus varius minor.*

Gesn. av. 708. *Picus varius minor.*

Aldr. orn. l. 12. c. 33. *Picus varius minor.*

Habitat cum præcedenti passim.

DESCR. Præcedenti similis sed minor. *Caput* macula magna coccinea tegitur, quæ antice extenditur inter oculos. *Occiput* nigra triangulati macula, quæ non extenditur ad rostrum. gula & collum subtus uti & pectus alba. *tempora* albo-cinerea. *Cauda* nigra bifida; *rectrices* 10. quarum 5, nigrae, 1, 2, 3 obrufiores, apice albo nigroque variae, subtus fusca; sub cauda ruber est. *ala* nigrae, *remigibus* maculis utrinque 3-6 albis pictis.

83. **PICUS** albo nigroque varius; reetricibus tribus late-
ralibus seminigris.

Raj. av. 43. *Picus varius tertius.*

Alb. orn. 1. p. 20. t. 20. *Picus varius minor.*

Habitat cum præcedenti in Scania. *D. Leche.*

DESCR. Magnitudo passeris. *Caput* inter oculos versus nucham nigrum conjunctum lineola a tergo colli cum nigro capite. *vertex* inter oculos albus aut coccineus. *Frons* grisea; gula, pectus, abdomen grisea. macula alba supra oculos. *tempora* grisea. *ala* nigrae sex ordinibus macularum albicanthi. *Rectrices* 4. 5. nigrae; 1, 2, 3 seminigrae quibusdam maculis nigris.

84. PICUS pedibus tridactylis.

Acad. stockh. 1740. p. 222. Picus pedibus tridactylis.

Habitat in alpibus Dalekarlicis.

DESCR. Descriptionem inferui actis Academiæ stockholmenfis, quam hic contractam exhibeo. Magnitudo proxime præcedentis & ejusdem etiam fæcie. *Corpus* nigrum, macularum a finu oris linea alba utrinque versus nucham extensa, ubi conjungebatur, dein descendebat dilatata per collum dorsumque ad caudam usque. *Pectus & abdomen* subtrus nigro alboque varium. *remiges* supra nigrae 3 vel 5. ordinibus macularum albarum minimarum, subtrus vero cinerae 7. vel 8. ordinibus macularum albarum majorum. *testricis* alarum superiores nigrae. *Cauda* brevis, rigida, reëtricibus atris, extima utrinque albo maculata. *vertex* croceus. *Rostrum* angularum apice compresso cuneo. *Pedes* tridactyli, constantes digitis duobus anticis æqualibus, nisi quod interior paulo minor; posticus unicus est, nec duo, ut in reliquis, hicque longior & crassior.

Upupa.

85. UPUPA.

Bell. ic. 72. a. Upupa.

Gesn. av. 776. Upupa.

Aldr. orn. 17. c. 11. Upupa.

Charl. onom. 92. t. 93. Upupa.

Will. orn. 100. t. 24. Upupa.

Raj. av. 48. n. 6. Upupa.

Jonst. orn. t. 42. 27. Epops, Upupa.

Alb. orn. 2. p. 39. t. 42. 43. Upupa.

Suecis Hårfogel. Scanis Popp.

Habitat in vastissimis sylvis, sono proprium nomen recitans, unde facile dignoscitur; rusticis nostratibus Bellonæ omen. Ova ponit in cavis arboribus duo cinerea.

DESCR. Rostrum nigricans, erectiusculum, compressum, angulatum, acutum. *Crista* duplex e pennis rostro longioribus, testacea, apicibus nigris. *Collum & pectus* flavescens. *remiges* 1-10 nigrae, versus basin albæ. *Dorsum* nigro flavoque mixtum. *uvropygium* album. *Cauda* nigra lineâ transversa alba. *Abdomen* albidum. *Pedes* subpurpurascens.

Ispida.

86. ISPIDA.

Bell. observ. 16. Merops.

Gesn. av. 599. Merops.

Aldr. orn. l. 12. c. 45. Merops.

Charl. onom. 87. t. 87. Merops.

Will.

Will. orn. 102. t. 24. Merops f. Apiaster
Raj. av. 49. n. 3. Merops f. Apiaster.
Alb. orn. 2. p. 40. t. 44. Merops f. Apiaster.
 Habitat ad littora maris rarius.

DESCR. Dorsum virefcit. Venter ex albo & cæruleo tinctus. Mentum ad aures ulque macula flava. Iris oculorum rubra. Cauda integra. Mas macula longa, oculum tegente a fœmina distinguitur.

IV. ANSERES.

Anas.

87. ANAS rostro plano, apice dilatato rotundatoque.

Gesn. av. 666. Pelecanus f. Platea.

Aldr. orn. l. 20. c. 13. Leucoradios f. Platea, Pelecanus ornithologi.

Worm. mus. 1. f. 2. n. 10. t. 11. f. 10. Platea ciceroni.

Anon. orn. 134. f. 89. Spoonbill.

Olear. mus. 23. t. 13. f. 4. Platina f. Cochlearia.

Jonst. orn. t. 46. Platea f. Pelecanus.

Merr. pin. 181. Platea f. Pelecanus.

Marf. danub. 5. p. 28. t. 12. Platea f. Pelecanus.

Will. orn. 212. t. 52. Platea f. Pelecanus, Leucoradius f. Albardeola.

Raj. av. 102. n. 1. Platea f. Pelecanus.

Suecis Pelekan.

Habitat in *Westrobotnia* & *Lapponia* æstate rarius.

DESCR. Tota alba est; collum longissimum, rostrum longum supra & infra omnino planum uti lamella, versus apicem dilatatum in figuram subrotundam.

88. ANAS rostro semicylindrico; cera flava; corpore albo.

Bell. ic. 30. ♀. Cygnus, Cycnus.

Gesn. av. 372. Cygnus.

Aldr. orn. l. 19. c. 1. Cycnus.

Will. orn. 212. Cygnus ferus.

Raj. av. 136. n. 2. Cygnus ferus.

Alb. orn. 3. p. 31. t. 91. Cygnus.

B Will.

β *Will. orn.* 271. t. 69. *Cygnus mansuetus.*
Raj. av. 136. n. 1. *Cygnus mansuetus.*
Suecis Swan.

Habitat in *Scania*, uti prope *Malmogiam* copiose,
 passim in *Lapponia* fluviis æstate.

89. ANAS rostro semicylindrico, basi gibbo.

Raj. av. 138. *Anser cygneus guineensis.*

Will. orn. 275. *Anser hispanicus* an. potius *guineensis.*

Suecis *Turckisk Gås*, *Siberisk Gås.*

Habitat tantum culta apud nos, ab exteris regionibus allata.

DESCR. Color variat. Anser domesticus major, gutture crassiore & rauriore.

90. ANAS rostro semicylindrico; corpore supra cinereo, subtus albido; rectricibus margine albis.

Gesn. av. 158. *Anser ferus.*

Aldr. orn. l. 19. c. 18. *Anser ferus.*

Will. orn. 274. t. 69. *Anser ferus.*

Raj. av. 136. n. 4. *Anser.*

Suecis *Willgås.*

β *Gesn. av.* 141. *Anser domesticus.*

Will. orn. 273. t. 75. *Anser domesticus.*

Raj. av. 136. n. 3. *Anser domesticus.*

Suecis *Gås.*

Habitat in *Lapponia* præsertim, avis migratoria vere accedens, hyeme discedens.

DESCR. Tota cinerea, dorso magis fusco margine pennarum exteriore pallidiore; collum, pectus, latera cinerea margine albidiore. Pone femora & sub cauda albida. caput griseo-cinereum immaculatum. Omnes rectrices cinereæ apice & margine albo, sed extimæ rectrices omnino albæ.

91. ANAS capite colloque nigris.

Gesn. av. 110. *Branta* s. *Bernicla.*

Aldr. orn. l. 19. c. 33. *Branta* s. *Bernicla.*

Jonst. orn. t. 49. *Bernicla*, *Brenta.*

Will. orn. 274. *Bernicla* s. *Bernacla.*

275. f. 10. *Branta.*

Raj. av. 137. *Bernicla* s. *Bernacla.*

Val.

- Val. mus.* 495. Anser scoticus verus Bernicla;
Alb. orn. 89. t. 93. Brenta.
Belgis Ratgans.
 Habitat in *Scania*.
92. ANAS cinerea; fronte alba.
Rudb. pict. Anser cinereus ferus, torque inter oculos & rostrum albo, erythropes.
 Habitat in *Helsingia*.
DESCR. FÆMINA. Rostrum sordide carneum; frons alba: Caput, collum; dorsum, cauda cinerea; pectus & abdomeri candida; maculae in sterno nigrescentes: Pedes sanguinei.
93. ANAS albo-variegata, pectoris lateribus ferrugineis, abdomine longitudinaliter cinereo maculato.
Will. orn. 278. t. 70. 71. Tadorna.
Alb. orn. 90. t. 94. Vulpanser.
Raj. av. 140. n. 1. Tadorna bellonii, Vulpanser quibusdam.
Gotlandis Jugås.
 Habitatem reperimus in sola *Gotlandia*.
 Plumæ mollissimæ, ut in sequenti.
DESCR. Anseris domestico paulo minor. *Fæmina* alba: Pectus superne ferrugineum; Venter longitudinaliter cinereo-maculatus. Caput & colli superior pars subcinerea. *Remiges* versus apices ferrugineæ: hinc macula alarum transversalis lata ferruginea. Rostrum anseris domestici, sed magis simum.
Marem non vidi; dicebatur ab incolis aliter coloratum & pulchriorem esse cum caruncula s. crista carnea ad basin rostri.
94. ANAS rostro semicylindrico: ungue obtuso; cera superne bifida rugosa.
Barth. act. 1. p. 90. Anas plumis mollissimis, vulgo Eider.
Worm. mus. 310. Anas plumis mollissimis.
Will. orn. 277. Anas plumis mollissimis.
 278. Anas cuberti s. farnensis.
Raj. av. 141. n. 3. Anas cuberti s. farnensis.
Suecis Åda, Eider, Gudunge.
 Habitat in mari, nidificat in maritimis præsertim *Gotlandiæ*; ova 5 vel 6; sub juniperis sæpius nidificans.

Plumæ e nido collectæ omnium mollissimæ, maxime elasticæ & pretiosissimæ.

DESCR. MARIS Corpus maxima ex parte album, excepto pileo capitis nigro: pone bipartito, antice tripartito, angulos versus sinus ceræ maxillæ superioris, emittente. *Sternum*, *abdomen*, tota pars postica atra; femora, urrhopygium, *rectrices* & *remiges* nigra. Capitis postica pars juxta pileum virefcit. *Pectoris* antica pars ex albo incarnata. Magnitudo fere anseris. **FEMINÆ** Corpus totum Scolopacis f. cinereum maculis testaceis & nigris undulatum. Linea alarum transversa angustissima alba.

95. ANAS cauda cuneiformi forcipata.

Rudb. pitt. Anas cauda longa forcipata.

Suecis Winter-and.

Habitat in Borealibus Sueciæ provinciis, hyeme intensissima ad nos accedit, nescio unde.

DESCR. Corpus fuscum; *macula* nigra, longa, ad insertionem alarum. *Pectus* nigrum. *Cauda* pedibus longior bifurca. *Rostrum* nigrum, medio rubrum: Collum & caput fere alba. *Mas* maxilla fusca infra sordide lutescente distinguitur a *fæmina*, cui maxilla tantum fusca est.

96. ANAS cauda cuneiformi acuta.

Gesn. av. 121. Anas cauda acuta.

Will. orn. 289. t. 73. Anas cauda acuta.

290. Anas cauda acuta islandica, Havel-
da ipfis dicta.

Raj. av. 145. n. 14. Anas cauda acuta.

Worm. mus. 302. Anas islandica.

Suecis Aler, Ahlfogel.

Habitat in maritimis frequens per Sueciam.

DESCR. MAS. Caput & collum album, macula capitis utrinque magna nigricante. *Dorsum* nigrum. Sterni regio nigra, quæ nigredo conjungitur cum dorsi nigredine. *Alæ* nigre absque macula, subte cinereæ. *Cauda* cuneiformis, supra nigra, subte alba, *rectricibus* acutis, lateralibus quibusdam albis; intermedia *rectrice* duplo longiore reliquis. *Pedes* plumbei. *Rostrum* convexum, semicylindraceum, obtusum, nigrum medio incarnatum. *Nares* oblongæ. Maxillarum margo squamis patulis dentatus. *Faux* dentata. *Lingua* apice trilobo obtuso; lateralibus brevioribus, margine ciliato.

FEMINA. Corpus totum cinereo-nebulosum, ventre toto exalbido. *Cauda* cuneiformis, *rectrice* intermedia reliquis longiore, non vero duplo longiore.

97. ANAS caudæ *rectricibus* intermediis recurvis.

Gesn. av. 114. Anas fera torquata minor. (mas)

115. Anas fera torquata major. (fæmina)

Aldr. orn. l. 19. c. 35. *Boschas* major f. Anas torquata minor.

Jonst.

Jonst. orn. t. 49. Anas fera Spiegel Endte.

Will. orn. 284. t. 72. Boschas major.

Raj. av. 145. n. 1. Anas torquata minor.

Alb. orn. 2. p. 89. t. 100. Boschas major.

Suecis Gräs-and, Blånacke.

β *Will. orn. 293. t. 75.* Anas domestica vulgaris.

Raj. av. 150. n. 1. Anas domestica vulgaris.

Jonst. orn. 143. t. 49. Anas domesticus.

Gesn. av. 96. Anas cicur.

Aldr. orn. l. 19. c. 25. Anas domesticus mas.

Suecis Ancka.

Habitat in lacubus & fluviis frequentissima, mansuetata etiam ubique habetur.

DESCR. MAS. Caput azureum. dorsum ferrugineo-fuscum: *orthopygius* virescenti-sericeum; *Rectrices* 8 utrinque laterales cinereo-albescentes; at 4 intermediae nigrae recurvae. *Pectus* & abdomen cinereum ex albo striis undulatis minutissimis confertis. Alæ supra subfusca, subtrus alba. *Remiges* primores 1-10 cineræ, secundariæ 11-24 supra subfusca, quantum 11-21 apice alba, at 12-20 in medio violaceæ exterius nigra, apicibus vero albis. *sectrices* harum 12-20 cineræ in medio alba, apice nigra.

98. ANAS facie nuda papillosa.

Raj. av. 150. n. 3. Anas moschata.

Gesn. av. 122. Anas indica mas.

Aldr. orn. l. 19. c. 26. Anas indica.

Will. orn. 294. Anas libyca bellonii.

Alb. orn. 3. p. 92. t. 97. 98. Anas moschata.

Habitat in prædiis Magnatum culta, nullibi spontanea per Sueciam.

DESCR. Anate domestica proxime præcedenti duplo major; ex albo & nigro variegata; tota moschum olens. Mas pone collum s. in medio collo a tergo, papillis rubris nudis notatur.

99. ANAS crista dependente; corpore nigro; ventre maculaque alarum albis.

Gesn. av. 107. Anas fuligula prima.

Aldr. orn. l. 19. c. 34. Querquedula cristata s. Colymbus bellonii.

Will. orn. 280. t. 73. Anas fuligula prima.

Raj. av. 142. n. 7. Anas cristata.

Alb. orn. 1. p. 91. t. 95. Anas fuligula.

C 2

Sue-

Succis Wigge.

Habitat in mari.

DESCR. Corpus totum nigrum, excepto abdomine a pectore caudam versus albo. *macula transversalis alarum itidem alba. Rostrum & pedes nigro-canescentes.*

100. ANAS nigro alboque variegata; capite nigro viridi; sinu oris alba macula.

Gesn. av. 119. Clangula.

Aldr. orn. l. 19. c. 42. p. 224. Clangula gesneri. p. 225. Anas platyrhynchos mas.

Will. orn. 282. t. 73. Anas platyrhynchos mas.

Raj. av. 142. n. 8. Anas platyrhynchos mas.

Alb. orn. 1. p. 92. t. 96. Clangula.

It. oel. 49. Anas clangula.

Succis Knipa. Scanis Dopping.

Habitat in cavis arborum.

DESCR. MAS. Caput magnum, fere cristatum, violaceo-nigrum, macula subrotunda alba ad sinus oris. *Dorsum nigrum. Alæ nigrae, apice medio parum albæ, macula magna alba subtus cinereo-nigra. Cauda obtusa utrinque nigra. Collum, pectus, abdomen & omnia subtus (excepto capite) alba. Femora nigricantia. Linea alba dorsum ab alis distinguit. Rostrum nigrum. Pedes rubri, membrana nigra.*

FÆMINA. Caput cæsius-rufescens, *dorsum, latera, cauda fusca sunt. Alæ albo-cinereæ. abdomen album. pectus antice & ad latera cinereum canis marginibus seu lineolis transversis; Remiges priores nigricantes; secundariæ parum apice albæ, intermediæ niveæ immaculatæ, ultima alba latere exteriori nigro. testrices temigum posteriorum albo nigroque variæ.*

101. ANAS macula alarum rufa nigra alba.

Gesn. av. 121. Anas strepera.

Aldr. orn. l. 19. c. 32. p. 233. Anas platyrhynchos, rostro nigro & plano.

Raj. av. 145. n. 2. Anas platyrhynchos, rostro nigro & plano.

Will. orn. 287. t. 72. The godwall or gray.

Habitat in aquis dulcibus.

DESCR. Dorsum fuscum. *Caput caruleo-nigricans. pectus albet, venter sordescit maculis transversis nigris. latera lineolis albis nigrisque variegata. Rectrices albæ maxima ex parte. Remiges 1-10 fusca; 11-13 apicibus albis; 14-17 pinnula ad scapum anteriorem nigra apicibus albis. 18-20 exterior tela a scapo. 21-25 rufo-fusca.*

102. ANAS rostri extremo dilatato rotundatoque: ungue incurvo. *It. gotl. 167.*

Gesn. av. 120. Anas latirostra major.

Aldr.

Aldr. orn. 3. p. 227. *Anas latirostra major.*

p. 224. *Anas latirostra Taschenmaul.*

Will. orn. 283. t. 74. *Anas platyrhynchos altera f. clypeata germanica.*

Raj. av. 143. *Anas platyrhynchos altera f. clypeata germanica.*

Alb. orn. 1. p. 93. t. 97. 98. *Anas clypeata germanica.*

Habitat in Scania, Gotlandia.

DESCR. MAS. Caput nigro-cæruleum, nitens. *Pectus* album. *Abdomina* brunneo. *Alæ* albo cæruleoque variegatæ: *macula* viridi-sericea. *Pedes* crocei.

FEMINA. corpore toto scolopacino-colore. *macula* alarum viridi ænea inter duas lineas albas transversas. *Rostrum* utriusque sexus ampliatum extorsum rotundatum, apice aduncè obtusè. maxillarum marginibus ciliatis denticulis paleaceis.

103. *ANAS macula alarum purpurea utrinque nigra albaque; pectore rufescente.*

Aldr. orn. 1. 19. c. 32. p. 232. *Anas platyrhynchos, pedibus luteis.*

Will. orn. 284. *Anas platyrhynchos, pedibus luteis.*

Raj. av. 144. n. 13. *Anas platyrhynchos, pedibus luteis.*

Rudb. pict. *Anas fluviatilis rufa mas, rostro superius virefcente, inferius flavefcente. (Mas)*

Rudb. pict. *Anas fluviatilis rufa, rostro sub-viridi, pedibus minimeis.*

Habitat in fluviis.

DESCR. MAS. *macula* alarum violacea, nickla, utrinque nigra, extra nigredinem utrinque alba.

FEMINA. *macula* alarum ut in mare, sed in medio magis cærulea. *pectus* in utroque rufescit; *basis* & *apex* alarum cinerea. *Cauda* alba. *Dorsum* fuscum totum margine ferrugineo. subtus tota ferruginea maculis obsolete fuscis. *Gula* pallide ferruginea immaculata. *Alæ* cinereo-fuscæ; *pennæ* primores 10 immaculatæ, longiores; secundariæ 11-20 fuscæ, apice albæ, latere exteriori violaceo nitido. harum (11-20) *rectrices* fuscæ versus apicem albæ, ipso apice nigra. *Rectrices* fuscæ lineolis serpentinis inæquali flexu pallidis. *Pedes* rufescentes.

104. *ANAS oculorum iridibus flavis; capite griseo; collari albo.*

Bell. ic. 33. 6. *Glaucion, Glaucus.*

Aldr. orn. 1. 13. c. 38. *Glaucion bellonii.*

C 3.

Will.

Will. orn. 281. *Glaucium bellonii.*

Suecis Brunnacke.

Habitat in maritimis, frequens.

DESCR. MAS. Caput sordide nigrum. Oculorum iridibus flavis. macula alarum alba.

FÆMINA. Caput sordide fuscum, in alis loco maculae pennae & distinctae albæ. Rostrum nigricat; iris oculorum glauca. collare album; pectus ad sternum usque nebulosum. Cauda & Alæ nigrae. dorsum fusco-nigrum. Pedes & tibiae sordida. palmae atræ.

105. ANAS capite brunneo, fronte alba, cauda subtus nigra.

Gesn. av. 108. Penelope.

Aldr. orn. l. 19. c. 39. Penelope.

Will. orn. 288. t. 72. Penelope.

Jonst. orn. t. 49. Penelope.

Raj. av. 143. n. 3. Penelope.

Alb. orn. 2. p. 88. t. 99. Anas fistularis.

Suecis Wriand.

DESCR. MAS. Caput & collum brunneum. frons alba. Macula alarum alba magna ad basin alæ, dein nigra, tum azurea, demum nigra. Rostrum & pedes nigri. Dorsum cinereo nigroque undulatum, collum interne griseum. Cauda acutiuscula, brevis, subtus nigra. denticuli squamosi transversif; Lingua utrinque ciliata.

FÆMINA cinereo-nebulosa excepto pectore ventreque albo. rostrum & pedes cinerei. Macula alarum nulla.

106. ANAS corpore obscuro: macula pone oculos lineaque alarum alba,

Jonst. orn. t. 49. Anas fera fusca.

Rudb. pict. Anas fera nigra.

Will. orn. 278. t. 70. Anas niger.

Raj. av. 141. n. 4. Anas niger.

Suecis Swårta.

Habitat in mari.

DESCR. MAS. magnitudo circiter minoris anseris. Rostrum anserinum incarnatum, ad basin vero nigrum & gibbum est. macula alba sub oculis. Corpus totum nigrum. Remiges primores nigrae, secundariae vel testrices albæ. Cauda brevis. Pedes rubri membrana nigra.

FÆMINA. Rostrum fuscum absque gibbo, marginibus maxillarum lamellato-dentatis: Lingua ad latera ciliata. Corpus fuscum pennarum apicibus pallidioribus. Remiges 1-10 primores atræ; 11 nigra; 12-20 albæ apicibus fere nigricantibus, 21 undecimæ simillima. Pedes rubri membrana nigra palmata. cauda brevis; pone oculos macula alba rotunda; tempora exalbida.

107. ANAS alis cinereis immaculatis; urrhopygio nigro.

Gesn. av. 116. Anas fera fusca vel media.

Aldr. orn. l. 19. c. 40. Anas fera fusca.

Will. orn. 288. t. 72. Anas fera fusca.

Raj. av. 143. n. 10. Anas fera fusca.

Alb. orn. 2. p. 87. t. 80. Anas fera fusca.

Habitat in aquis dulcibus.

DESCR. Mandibula superior plumbea ungue nigro, inferior nigra. *irides* oculorum rutilæ. *Pedes* plumbei. *caput* & collum fulva. media pectoris pars alba fimbriis flavescens, inferior lineolis fuscis. *Remiges* 14 nigro-cinereæ. *Rectrices* unicolores cinereo-fuscae. Nigra sunt urrhopygium, podex & ima pars colli. *Dorsum* lineolis fuscis cinereisque undulatum. *Willugb.*

108. ANAS macula alarum viridi; linea alba supra oculos,

Gesn. orn. 107. Kernell.

Aldr. orn. l. 19. c. 33. Kernell argentoratensis generi.

Will. orn. 291. Querquedula prima.

t. 74. Querquedula altera.

Raj. av. 148. n. 9. Querquedula prima.

Habitat in lacubus.

DESCR. Magnitudo fere sequentis. *Rostrum* nigrum. *Pedes* lividi, *vertex* nigricat; a cantho interiori oculi linea alba supra oculos auresque ad medium cervicis. *gula* nigra. *Pectus* nigro cinereoque undulatum. *Dorsum* purpureo-fuscum. *Femora* nigro alboque undulata. *Remiges* 1-10 latere anteriore fuscae, interiore murini coloris. 11-21 apicibus albis, cæterum anteriori viridi nitentes. *Rectrices* 14 fuscae, verum extimo maculis alborufis. *FÆMINA* magis decolor, gula nigra caret. *Willugb.*

109. ANAS macula alarum viridi: linea alba supra infraque oculos.

Gesn. av. 105. Querquedula.

Aldr. orn. l. 19. c. 31. Phalcas s. Querquedula minor.

Will. orn. 290. Querquedula secunda.

t. 74. Querquedula.

Raj. av. 147. n. 6. Querquedula secunda.

Alb. orn. 1. p. 95. t. 100. Querquedula francica.

2. p. 91. t. 102. Querquedula francica fœmina.

Suecis Årta.

Habitat in lacubus & fluviis, sapore præstantissima.

DESCR. Corpus inter anates minimum. *caput* ferrugineum: linea a rostro ad oculos extenditur, ubi bifurcatur & ramo altero oculum super-ascendit, altero vero infra oculum descendit, intra quam bifurcationem macula

cula cærulea nitens descendit ab oculis versus collum & a tergo cærulescens coadunatur. *Corpus* totum supra lineis nigris albisque undulatum. *Remiges* 1-10 fusca. 11-18 apicibus albis, latere anteriore nigro. 16-19 viridi-nitentes anteriore latere; 20 anteriore latere nigra. sub urrhopygio macula nigra lateribus alba in mare. macula alarum viridisericea supra & infra nigra, ante & postea alba. *Rostrum* simum, nigrum. *pedes* nigri unguibus acutis. *Testrices* alarum fusca; infima alba. *Pectus* albicans maculis rotundis nigris. *abdomen* albidum. *Testrices* fusca; margine albo.

110. ANAS cauda longitudine pedum, vertice fusco, pectore exalbido nebuloso.

Rudb. pict. Anas varia minor.

Habitat in Norlandia rarius.

DESCR. MAS. Pectus album, nebulosum: vertex capitis fuscus; cauda longitudine pedum: converit in reliquis multis notis eum anate 95.

FEMINA macula nulla ad alarum exortum. *pectus* fordidum. *rostrum* virefcens.

111. ANAS testaceo-nebulosa, superciliis albidis, rostro pedibusque cinereis.

Rudb. pict. Anas fusca media, rostro & pedibus cinereis.

Will. orn. 291. Anas circia Gesneri. an?

Ab. orn. 2. p. 92. t. 103. 104. Anas circia.

Habitat

DESCR. Ad sternum fordide nebulosa. Ala variegata, macula alarum cærulea supra infraque nigra, ante & post alba.

112. ANAS rufa, rostro pedibusque cinereis.

Rudb. pict. Anas fluviatilis rufa, rostro & pedibus cinereis.

Habitat in fluviis rarior.

Mergus.

113. MERGUS crista dependente, capite nigro cærulescente, collari albo.

Aldr. orn. 1. 19. c. 63.

Merganser.

Will. orn. 253. t. 64.

Merganser.

Raj. av. 134. n. 1. Mer-

ganser.

Gesn. av. 134. Mergus circatus. s. longirostra major.

Will. orn. 253. Merganser femina.

Raj. av. 134. n. 2. Mergan-

Marf.

Marf. danub. 78. t. 37. | *ser cirratus longiroster*
Merganser. | *major.*
Scheff. lapp. 348. Knipa. | *Alb. orn.* 1. p. 83. t. 87. *Merganser.*

Suecis Wrakfogel, Kjölfogel. *Gotlandis* Ard, *Uplandis* Skraka.

Habitat in lacubus & fluviis.

DESCR. MAS. *Rostrum* teres denticulis recurvis subulatis. *Maxilla* superior apice elongato. *Caput* nigro-subcærulescens, crista longa dependente. *Collum* albicans. *Venter* albus. *Pectus* testaceum. *dorsum* cinereo-nigrum. *Remiges* primores nigrae, secundariae albæ, lineis duabus transversis nigris. *Rectrices* 1-10 nigrae. 11-14 nigrae apicibus albis; 15-19 albæ fando nigro; 20-26 albæ apicibus nigris. *Regio* urrhopygii cinerea undulata. *Cauda* nigra. *Pedes* & *Rostrum* rubra.

FEMINA supra cinerea, capite griseo cristato; gula, collum, pectus, abdomen subrus alba.

114. MERGUS crista dependente, capite nigro maculis ferrugineis.

Gesn. av. 133. *Anas longirostra.*

Aldr. orn. 1. p. 19. t. 60. *Anas longirostra gesneri.*

Will. orn. t. 64. *Mergus cirratus minor.*

P. 255. *Mergus cirratus fuscus.*

Raj. av. 135. n. 4. *Mergus cirratus fuscus.*

Gotlandis Pracka.

Habitat ubique in aquis.

DESCR. MAS. *Caput* nigrum maculis ferrugineis. *Pectus* griseum, nigris punctis; *venter* albus lateribus albo nigroque undulatis. *Dorsum* nigrum. *Remiges* nigrae, *rectrices* alarum albæ, inferiores s. proximæ versus basin nigrae, hinc macula alarum alba linea transversa fit. *Cauda* fusca. crista dependens. *rostrum* denticulis subulatis recurvis.

115. MERGUS capite griseo crista destituito.

Will. orn. 261. t. 59. *Mergus melanoleucos*, rostro acuto brevi.

Raj. av. 125. n. 5. *Mergus melanoleucos*, rostro acuto brevi.

Rudb. pist. *Mergus minimus cinereus*, capite semirufo.

Habitat in maritimis.

DESCR. *Caput* sordidum: *maxilla* inferior & gula alba. *Venter* & *pectus* alba. *Dorsum* cinereo-nigricans. *Pedes* sordidi. *macula* alarum nigra ante & pone alba.

Pelecanus.

116. PELECANUS subtus albicans; reſtrixibus quatuordecim.

Gefn. av. 137. Carbo aquaticus.

Aldr. orn. l. 19. c. 55. Corvus aquaticus.

Jonſt. orn. t. 47. Carbo aquaticus.

Will. orn. 248. t. 63. Corvus aquaticus.

Raj. av. 122. n. 3. Corvus aquaticus.

Marf. dan. 16. t. 36. Corvus aquaticus.

Suecis Haſs - Tjäder.

Habitat in maris ſcopulis, arboribusque inſidet.

DESCR. Magnitudo anſeris. *Corpus* totum atrum. ſinciput lineolis albicanibus longitudinalibus; regio oculi & gulæ cinerea. *Roſtrum* albicans, absque dentibus, rectum, teſtaceo-nigrum, apice aduncæ acuto. *Pedes* nigri, tetradaſtyli digitis omnibus in unum connexis.

117. PELECANUS subtus fuscus; reſtrixibus duodecim.

Aldr. orn. l. 19. c. 58. Graculus palmipes aristotelis ſ. Corvus aquaticus minor.

Will. orn. 249. t. 63. Corvus aquaticus minor ſ. Graculus palmipes.

Raj. av. 123. Corvus aquaticus minor, Graculus palmipes dictus.

Alb. orn. 2. p. 74. t. 81. Corvus aquaticus.

Habitat in maritimis: nidificat in arboribus.

DESCR. *Corpus* totum, uti gula, roſtrum, pedes antecedentis; ſed a gula ad femora uſque ſubtus maculis teſtaceis albidis pingitur.

Alca.

118. ALCA roſtri ſulcis quatuor, oculorum regione temporibusque albis.

Gefn. av. 725. Puphinus anglicus.

Aldr. orn. l. 19. c. 37. Fratercula marina ſ. Pica marina.

Alb. orn. 2. p. 73. t. 78. 79. Pica marina.

Mart. ſpitzb. 53. t. k. f. c. Avis glacialis.

Cluſ. exot. 104. Anas arctica.

Olear. muſ. t. 15. f. 5. Anas arctica.

Will. orn. 244. t. 65. Anas arctica.

Raj. av. 120. n. 5. Anas arctica.

Worm. muſ. 302. Anas arctica cluſii.

Bar-

Barthol. act. 1. p. 68. Lunda avis.

Oelig. mus. 2. f. 11. n. 21. t. 11. f. 21. Avis marina Lunda dicta.

Ferroensibus Lunda.

Habitat in rupibus & præcipitiis montium maris atlantici, præsertim in insulis, cum non nisi pacato mari piscari possit; uti sequentes nidificat in nudo scopulo, unico, semper in hoc genere, ovo.

Obs. *Rostrum* magis quam in *Alca hoyeri* compressum, maxilla superior non adunca; & maxillarum margo non excurrit infra oculos longiusculo processu ut in illa.

119. ALCA rostri sulcis octo; macula alba ante oculum.

Barthol. act. 1. p. 91. Avis garfahl.

Will. orn. 242. t. 65. Penguin nautis nostratibus dicta, quæ goisfugel hoyeri videtur.

Clus. exot. 101. Anser magellanicus.

Worm. mus. 300. t. 301. Anser magellanicus s. Pinquin.

Raj. av. 118. n. 1. Penguin.

Habitat in mari Norvegico rarius.

120. ALCA rostri sulcis quatuor; linea utrinque alba a rostro ad oculos.

Will. orn. 243. t. 64. f. 1. t. 65. f. 2. Alca.

Worm. mus. 363. Alca.

Raj. av. 119. Alca hoyeri.

Alb. orn. 3. p. 90. t. 95. Alca hoyeri.

Gotlandis Tord. *Angermannis* Tordmule.

Habitat in insulis *Carolinis* Gotlandiæ, in insula *Bonden* Angermanniæ. ovum 1.

DESCR. Magnitudine *Cornicis*. colore toto corpore prono nigro; subtus vero pectore, abdomine, tectricibus inferioribus alarum albis. *Remiges* XI primores nigre; secundariæ XV nigre apicibus albis. Ad oculos ad summum marginem rostri linea alba utrinque decurrit. *Pedes* nigri tri-dactyli palmati. *Rostrum* cultratum obtusissimum, nigrum sulcis 4 (in superiori maxilla, at 2 in inferiori) transversis exaratum, quorum secundus albus est. maxilla superioris apex incurvus.

Colymbus.

121. COLYMBUS pedibus palmatis indivisis.

Clus. exot. 102. *Mergus maximus* Farrensis s. arcticus.

Worm.

Worm. mus. 304. t. 305. *Colymbus arcticus* Lümme dictus.

Will. orn. 259. t. 62. *Colymbus arcticus.*

Raj. av. 125. n. 7. *Colymbus arcticus* Lümme wormio dictus.

n. 4. *Colymbus maximus caudatus.*

26. n. 8. *Colymbus maximus* gesneri.

Nieremb. natur. 216. *Mergus maximus* Farrensis f. arcticus.

Merr. pin. 180. Razorbill.

Oelig. mus. 1. f. II. n. 2. t. 1. f. 2. *Colymbus a norvegis* Lümme.

Barth. act. 1. p. 90. *Avis aquatica.*

Best. gaz. *Hirundinis aquaticæ exoticæ singularis species.*

Scheff. lapp. 348. Lom.

Suæcis Lomim.

Habitat in lacubus Sueciæ ubique vulgaris, nidificat in littore; ponit ova duo.

DESCR. Magnitudo fere Anseris; Corpus totum subras album; supra nigrum punctis albis & nigris undulatum. Caput & collum canum. a gula ad iterum usque macula scutiformis nigro-purpurascens. *Costis* avis tenacissimum est, hinc pro Sclopeti regmento usurpatur, nec non ad cingendum pileum hyemale. Vidi corium præparatum, quod pulchre insertiones pennarum exhibet perforatis poris; ubi pennæ per quincuncem, uti arbores in campo quo minimum spatium repleant, & circum singulam pennam in quadrato ordine plumæ 12. *Varietas.* Alia nobis visa, cui caput & latera colli cinerea; tergum colli albis nigrisque lineolis. dorsum fulcum absque punctis albis. Pectus antice cinereo atque maculatum.

122. **COLYMBUS** pedibus lobato-divisis; capite nigro.

Gesn. av. 139. *Colymbus major.*

Aldr. orn. l. 19. c. 52. p. 254. 255. *Colymbus major cristatus.*

Will. orn. 257. t. 61. *Colymbus cristatus & cornutus.*

Raj. av. 124. n. 2. *Colymbus major cristatus & cornutus.*

Merr. pin. 180. *Colymbus cristatus & cornutus.*

Marf. danub. 80. t. 38. *Colymbus major cristatus.*

Habitat in mari.

DESCR.

DESCR. Crista bifida: caput eroceum, collum acutum eminens extra reliquas pennas. macula in singula ala alba unciniformi seu bifurca.

123. COLYMBUS pedibus lobato-divisis; capite rufo.

Gesn. av. 140. Trapazorola vel Mergulus.

Aldr. orn. l. 19. c. 52. t. 258. 252. Colymbus minor.

Will. orn. 258. t. 61. Colymbus f. Podiceps minor.

Raj. av. 125. n. 3. Colymbus f. Podiceps minor.

Sloan. hist. 2. p. 322. t. 271. f. 1. Colymbus f. Podiceps minor.

Marsf. danub. 82. t. 39. Colymbus minor.

Ostro-Bohniensibus Fiorna.

Habitat in mari. Ova 4. 5.

DESCR. Auritus est auribus brunneis. Caput nigrum. Collum brunneum.

Rostrum acutum. Iris rubra. Crista duplex e plumis nigris angustis. Col-

lare expansum sed a tergo contractum, ad latera majus, sub gula bifidum nigricans marginibus, alias ferrugineum: pedes extra æquilibrium.

Tibia pone margine duplici serrato. Digiti tres semipalmati fissi præter

posticum minorem absque ungue. Vertex capitis fuscus. gula fusta, ut &

pars corporis superior fusca. Alba sunt abdomen, gula, aures, oculi ver-

sus rostrum. Remiges 12 - 26 albæ. Collum antice flavescens.

MAS. niger capite & collo; ab oculis deorsum versus collum linea e pen-

nis longioribus descendit ferruginea. Dorsum nigricans. Remiges primores

nigræ, quo magis interiores eo magis latere interiore albæ: remiges secunda-

riæ albæ. Corpus sub alis ferrugineum. Cauda fere nulla. Rostrum nigrum.

FEMINA tota grisea rostro, collo, dorso: remiges paulo magis nigrican-

tes, secundariæ vix albæ.

ALIA. Caput supra nigricans. gula sub oculis & colli initio alba. Collum

& pectus antice ferruginea. Dorsum fuscum. cauda nulla. remiges secunda-

riæ albæ. Pedes tridactyli: tibiæ postice duplicato serratæ.

Nidum conficit natantem in ipsa aqua marina (tamen in sinibus maris)

& incubat ovis natante nido, ut me certiorẽm fecit Rud. Hafl.

124. COLYMBUS pedibus tridactylis palmatis.

Mart. spitzb. 56. t. L. f. B. Columba.

Will. orn. 245. Columba groenlandica.

Raj. orn. 121. n. 6. Columba groenlandica.

Rudb. pict. Colymbus minimus.

Alb. orn. 1. p. 81. t. 85. Columba groenlandica.

2. p. 73. t. 80. Columba groenlandica mas.

Suecis Sjö-otre, Grisla. Gotlandis Grylle, Grautle.

Olandis Alle.

Habitat in Gotlandiæ maritimis, nidificat in petris, non alto loco. Ova duo ponit.

DESCR. Magnitudo gallina domestica minor, colore toto atrò, exceptis tectri-

cibus alarum albis, hinc macula alarum alba magna: Rostrum subulatum mo-

dice

dice compressum, fere gallinæ, nigrum, maxilla superiore longiore apice incurvo. *Cauda* brevis. *Pedes* rubri, tridactyli, palmati, pone æquilibrium positi: tibiis ancipitibus. Incedit erecta. *Communic. G. Wallerius.*

Larus.

125. LARUS albus, dorso cano.

Alb. orn. 2. p. 77. t. 84. Larus albus.

Suecis Homåka. *Gotlandis* Mave. *Lappis* Straule.

Habitat in mari & lacubus.

DESCR. Corpus totum album, sed dorsum & alæ supra dilute cinerea, uti & remiges, quarum primores 1, 2, 3, (interdum plures) versus apicem nigre, macula alba in medio nigredinis notatæ, omnes extimo margine (exceptis primis) albæ. *Cauda* integra, alba. *Pedes* flavi, palmati, postico brevi. *Femora* seminuda. *Iris* oculorum cinerea. *Palpebrarum* margo nudus, coccineus; rostri maxilla superior fere corvi, convexa, cultrata, arcuata; inferior gibba. Canthus oris nudus, coccineus. *Lingua* sagittata, apice bifido. *Rostrum* flavum. palatum denticulatum. *Magnitudo* fere gallinæ. *MAS*erat, quem descripsi. Ova 3 ponit femina.

126. LARUS albus, dorso cinereo - fusco.

Raj. av. 127. n. 2. Larus cinereus maximus.

Habitat in mari & lacubus præcedenti mixtus.

DESCR. Omnia ut in præcedenti excepto quod dorsum & alæ supra fusco-cinerea. *Remiges* secundariæ (10-30) inclusive nigre apicibus albis. *Remiges* primores vero eo magis versus apicem albi, quo principio propiores, nam prima penna alæ nec albo apice in hac ave notatur. *Mandibula* inferior, ubi subtus gibba, croceo colore tingitur. *Hujus Pulli* colore diversissimi, non nisi peracta prima hyeme colores mutant, patrumque vestitum induunt, quorum itaque descriptionem lubet subijcere: Corpus totum scolopacino colore s. cinereo exalbido pallido, maculatum. *Pedes* cinerei, non flavi ut in præcedentibus: *Rostrum* nigrum absque cantho oris ullo coccineo, nec palpebrarum annulo coccineo gaudet. *Collum* & pectus cinerea. *Remiges* cinereæ apicibus nigris, sed extrema nulla macula alba infra apicem scætet. *Rectrices* albæ maculis fuscis, versus apicem nigre, summo margine albæ.

Sterna.

127. STERNA reſtricibus extimis maximis dimidiato-albis nigrisque.

Gesn. av. 53. Sterna.

Aldr. orn. l. 19. c. 7. Sterna.

Will. orn. 268. Hirundo marina, Sterna turneri.
t. 68. Hirundo marina major.

Jonst. av. 130. t. 46. Larus minor, Sterna.

Raj. av. 131. n. 1. Hirundo marina, Sterna turneri.

Alb. orn. 2. p. 79. t. 90. Hirundo marina minor.

Suec.

Suecis Tårna.

Habitat ubique ad lacus & stagna.

DESCR. *Caput* superne atrum. *Dorsum* cum alis superne incanum. *Pectus* adhuc dilurius incanum. *venter*, *cauda*, *alæ* subtus albæ. *Cauda* forcipata alba, *rectricibus* utrinque duabus extimis exteriori margine superne fuscis, quorum extima longissima. *Remiges*, quo apice alæ propiores eo longiores. *Rostrum* subulatum, versus apicem compressum, rectum, coccineum uti & pedes. *Nares* oblongæ, lineares: *femora* seminuda. *pedes* palmati. Ova 3.

118. STERNA supra cana, capite rostroque nigro, pedibus rubris.

Habitat ultunæ prope Upsaliam in minimarum insularum carectis.

DESCR. *Facies* & *terme* magnitudo Sternæ. *Caput* atrum, modice convexum, parum compressum, acuminatum. *Nares* oblongæ, perviæ, nudæ. *Color* totius avis supra canus una cum gula, pectore, abdomine. *Rectrices* alarum inferiores una cum *rectricibus* inferioribus *caudæ* nivæ. *Remiges* primores 1-10 acuminatæ, secundariæ 11-25 obtusæ. *Cauda* parum forisipata *rectricibus* 12, quarum exteriores interioribus paulo longiores, nec extimæ longissimæ sunt ut in (127) præcedente. *Remiges* & *Rectrices* omnes unicolores & subtus albifcentes rachi nivæ. *Pedes* semipalmati, tetradactyli, rubri, postico libero digito interiore paulo brevioribus quam extimus. ungues nigri, horum intermedius introrsum marginatus.

119. STERNA *rectricibus* maximis nigris.

Mus. dan. 1. f. 11. n. 20. Avis Norvagica Kyuffwa vel Tjufva.

Mart. spitzb. 63. t. L. f. D. Struntjager.

Bart. alt. 1. p. 91. Truen f. Fur.

Raj. av. 127. n. 2. Struntjager i. c. Coprotherus.

Suecis Swartlasse. *Angermannis* Labben.

Habitat in Angermannia, Finmarkia & alibi ad mare.

DESCR. *Caput* supra oculos nigrum: *pectus* albicans. *dorsum* fuscum. *Cauda* duæ pennæ longissimæ nigra.

Fulica.

130. FULICA fronte calva æquali.

Bell. ic. 36. b. Fulica.

Gesn. av. 390. Fulica recentiorum.

Aldr. orn. l. 19. c. 13. Fulica.

Lonic. 337. a. Fulica.

Will. orn. 239. t. 59. Fulica.

Raj. av. 116. n. 1. Fulica.

Anon. angl. Hoopoc.

Marsf.

Marsf. danub. 70. t. 33. Fulica.

Alb. orn. 1. p. 79. t. 83. Fulica.

Suecis Blås-klacka.

Habitat in aquis.

DESCR. *Corpus* supra nigrum, subtus nigro-cinereum. *pectus* undulata canitie pictum. *Rostrum* carneum. *Frons* calva albo incarnata. *rostrum* breve, nares oblongæ; *maxilla* superiore longiore acuta recta. *Cauda* brevissima. *Pedes* longi tetradactyli lateralibus membranis acuti. An ad ordinem gallinaceum rectius referri debeat, judicent, qui copiam habebunt hujus, semel enim & quondam ipse examinavi.

IV. SCOLOPACES.

Ardea.

131. ARDEA vertice papilloso.

Bell. ic. 41. b. Grus.

Gesn. av. 529. Grus.

Aldr. orn. 1. 20. c. 5. Grus.

Fonst. orn. 166. t. 54. Grus.

Blas. anat. t. 41. f. 8. Grus.

Will. orn. 200. t. 48. Grus.

Raj. av. 91. n. 1. Grus.

Marsf. danub. 5. p. 6. t. 1. Grus.

Alb. orn. 2. p. 60. t. 65. Grus.

Suecis Trana.

Habitat passim in campis subhumidis.

DESCR. *Corpus* cinereum. *Remiges* nigrae. *frons* nigra. *occiput* nigrum. *vers* tex papillis coccineis coronatus. *cauda* nigricans. *Femora* seminuda. *pedibus* nigris. *Rostrum* rectum, viride.

132. ARDEA alba tota; capite lævi.

Raj. av. 99. n. 4. Ardea alba major.

Will. orn. 205. Ardea alba major.

Habitat in Scania, visa ad Araslöf.

DESCR. tota nivea, caret crista. *Rostrum* luteum.

133. ARDEA crista dependente.

Gesn. av. 212. Ardea pulla s. cinerea.

Fonst. orn. 151. t. 50. Ardea cinerea.

Aldr. orn. 1. 20. c. 9. Ardea cinerea major.

Will.

Will. orn. 203. t. 49. *Ardea cinerea major.*

Raj. av. 98. n. 1. *Ardea cinerea major.*

Marf. danub. 5. p. 8. t. 2. *Ardea cinerea major.*

Alb. orn. 1. p. 64. t. 67. *Ardea cinerea major* f. pulla.

Suecis Häger.

Habitat ad aquarum ripas: nidificat in arboribus.

DESCR. *Rostrum* compressum, acutum. *Maxilla* superior nigra, inferior carnea. *crista* parva dependens nigra. macula intra oculos & rostrum utrinque albida *gula* alba. *collum* a tergo & dorsum cæruleo-cana. *collum* subrus albicat maculis nigris longitudinalibus pictum. *Pectus* & *venter* albida. *Femora* flavescientia. *Remiges* 24, nigrae. *Cauda* (12) cana. *Femora* feminuda, cinereo-incarnata. *Pedes* nigricantes, digiti intermedii unguis extrorsum ferratus: extimus digitus adnexus intermedio digito.

134. ARDEA vertice nigro; pectore pallido maculis longitudinalibus nigricantibus.

Gesn. av. 215. *Ardea stellaris minor.*

Aldr. orn. 1. 20. c. 16. *Ardea stellaris minor* f. *Oenus.*

Will. orn. 207. t. 50, 52. *Ardea stellaris.*

Raj. av. 100. n. 11. *Ardea stellaris.*

Marf. danub. 5. p. 16. t. 6. *Ardea stellaris.*

Alb. orn. 1. p. 65. t. 68. *Ardea stellaris.*

Suecis Rördrum.

Habitat ad aquas.

DESCR. *Rostrum* longum, convexum, obsolete nigrum. *Nares* oblongæ valvula f. squama a latere superiore recte, a qua canalis f. sulcus ad apicem rostri excurrit. *Lingua* angusta, acuta, triangularis. *Femora* feminuda, dilute viridia. *ungues* leviter arcuati; postico longiore. *Remiges* in singula ala 22. *Rectrices* 12 obtusæ: *Color* corporis supra rufo-testaceus maculis oblongis transversalibus; subtus vero dilutior maculis pennarum longitudinalibus. *Capitis* color luci objectus a rostro ad collum usque niger.

135. ARDEA nigra; pectore abdomineque albo.

Aldr. orn. 1. 20 c. 2. *Ciconia nigra.*

Will. orn. 211. *Ciconia nigra.*

Raj. av. 97. n. 2. *Ciconia nigra.*

Gesn. av. 273. *Ciconia nigra.*

Alb. orn. 3. p. 77. t. 82. *Ciconia nigra.*

Rudb. pict. *Ardea fusca*, pectore & cauda nigra, rostro & pedibus sub-viridibus.

Suecis Odenfwala.

Habitat in Smolandia rarius.

D

DESCR.

DESCR. magnitudo congenerum. corporis color supra niger, subtus albus est. Nigra sunt caput, collum ad sternum usque, dorsum, alæ, cauda. Alba vero pectus & venter: femora seminuda una cum rostro viridia.

136. ARDEA alba, remigibus nigris.

Bell. ic. 45. a. Ciconia.

Lonic. herb. 341. a. Ciconia.

Gesn. av. 262. Ciconia.

Aldr. orn. l. 20. c. 1. Ciconia.

Fonst. orn. 147. t. 50. Ciconia.

Will. orn. 210. Ciconia alba.

Raj. av. 97. n. 1. Ciconia alba.

Marf. dan. 5. p. 26. t. 11. Ciconia.

Alb. orn. 2. p. 59. t. 64. Ciconia alba.

Suecis Storck.

Habitat in Gothia, præsertim in Scania: nidificat super tectis, turribus, altis decollatis arboribus: edit ranas, serpentes, non vero bufones.

DESCR. Alba sunt caput, collum, venter, cauda. nigrae remiges. Rostrum pedesque rubri. facies magna ex parte alba.

Recurvirostra.

137. RECURVIROSTRA albo nigroque varia. *It. ee-*
land. 89.

Gesn. av. 232. Avosetta, Recurvirostra.

Aldr. orn. v. 3. l. 19. c. 64. Avosetta italis dicta.

Will. orn. 240. t. 60. Recurvirostra, Avosetta italo-
rum.

Raj. av. 117. Recurvirostra, Avosetta italorum.

Marf. danub. 5. p. 72. t. 34. Recurvirostra.

Alb. orn. 1. p. 96. t. 101. Recurvirostra.

Ölandis Skjårflåcka.

Habitat in Ölandiæ extimo apice s. maxime australi
littore prædii Ottenby.

DESCR. Corpus album, sed supra caput, collum, latera dorsi & alas nigrum. urrhopygium breve, nigrum. Remiges versus apicem alarum longiores, versus basin alæ breviores: harum primores octo nigrae, sed versus basin albae, ea proportione, ut quo breviores, eo magis albae, ut octava solo apice sit macula nigra notata, reliquæ remiges omnes albae. Rectrices albae, exceptis primis 5 apice nigris. Rectrices brevissimæ albae. Pedes subcarulei cauda duplo vel triplo longiores, palmati omnino, postico minimo; unguibus nigris. femora seminuda. Macula alba parva sub & supra oculum urin-

utrinque. *Rostrum* nigrum, depresso-planum & fere coriaceum, subulatum, acuminatissimum, recurvum versus superiora, minime rigidum, capite triplo longius, apice membranaceum. *nares* oblongæ, luci perviæ.

138 RECURVIROSTRA pectore croceo.

Rudb. pitt. Scolopax rostro recurvo, pectore rufescente, pedibus nigris.

Habitat in Lapponia.

DESCR. *Rostrum* longum, vix notabile recurvatur. hinc posset ex hoc genere expungi & forte aprius Numeniis inferi. Totâ subtus crocea a rostro ad femora. *dorsum* griseum. *rostrum* & *pedes* fuscis.

Numenius.

139. NUMENIUS rostro arcuato, alis nigris: maculis niveis, pedibus cærulescentibus.

Gesn. av. 222. Numenius f. Arquata.

Aldr. orn. l. 20. c. 21. Numenius.

Will. orn. 216. t. 54. f. 1. 2. Numenius aldr. f. Arquata.

Raj. av. 103. n. 1. Numenius f. Arquata major.

Alb. orn. 1. p. 75. t. 79. Arquata.

Habitat in paludibus.

DESCR. *Pedes* fusco-subcærulescentes. *Rostrum* arcuatum, nigricans, longissimum. *Remiges* primores nigre, secundariæ albo-maculate. Alba sunt *Venter* & *urropygium*. *Pennæ* in corpore nigricantes, sed margine cinereo-rufescente in dorso, albedo in pectore, albo-rufescente in gula. *Arquata* f. *Numenius medius Rudbeckii* est hujus femina, quamvis colore aliam quasi avem sistat, cujus caput, collum, pectus dilute grisea, maculis longitudinalibus fuscis, femora feminauda cærulea; pennæ dorſi nigre maculis griseis.

140. NUMENIUS rostro arcuato, dorso maculis fuscis rhomboïdalibus, pedibus cærulescentibus.

Rudb. pitt. Arquata f. Numenius minor, plumis dorſi fuscis rhomboidalibus.

Habitat in paludibus.

DESCR. *Rostrum* maxime arcuatum, nigrum. *Pedes* cærulescunt. *Caput*, *collum* & *pectus* maculis longitudinalibus acuminatis; inferioribus veluti sinu arcuatis. *Venter* albus; pone femora maculæ distincte. *Cauda* cinerea fasciis fuscis. *Remiges* nigricant.

FEMINA hujus, quam a D. D. Lechio habui, sequentem subministravit descriptionem: *Remiges* 26 nigre, quarum 1 rachi alba. 1-5 apice & latere exteriore nigre, 6 & reliquæ insequentes non tantum a latere exteriore, sed & a latere interiore maculis 7-12 albis. *Rectrices* 14 fasciis 8, pallidioribus, rotidemque obscurioribus alternis. *urropygium* album lineis nigricantibus. *Caput* dilutius cinereum rachidibus obscurioribus, supra vero fusco-cinereum est.

141. NUMENIUS rostri apice lævi; capite linea utrinque nigra; rectricibus nigris apice albis.

Gesn. av. 502. Rusticola f. Perdix rustica major.

Aldr. orn. l. 20. c. 51. Scolopax f. Perdix rustica.

Will. orn. 213. Scolopax.

Raj. av. 104. n. 1. Scolopax, Gallinago maxima.

Alb. orn. l. p. 67. t. 70. Scolopax.

Suecis Morkulla. *Anglis* The Woodcock.

Habitat in appropriatis locis volitans per noctes quasi viam strictissimam in ipso aëre ita redituque continuo. Per hyemes in Anglia habitant, inde matrimonio junctæ vere discedunt.

DESCR. Corpus supra griseum lineolis crassiusculis transversis nigris cum maculis sæpe nigris tenere sparsis; subtus albicat totum, lineis tenuioribus nigris. Cauda brevissima, rectricibus nigris, apicibus supra canis, subtus niveis. Margo lateralis exterior rectricium testaceo-variegatus. a rostro ad oculos linea nigra extenditur. Rostrum rectum, digitis duplo longius, utrinque sulco exaratum; apex glaber, maxilla superior productior. Pedes cinerei, ad genua testis. venter macularus ut reliquum corporis.

142. NUMENIUS pedibus virescentibus, urrhopygio albo, remigibus lineis albis fuscisque undulatis.

Gesn. av. 520. Glottis.

519. Limosa venetorum.

Aldr. orn. l. 20. c. 66. Pluvialis major.

Will. orn. 220. Pluvialis major.

t. 55. Glottis f. Pluvialis major.

Raj. av. 106. n. 8. Pluvialis major.

Sloan. jam. 2. p. 317. Glottis f. Pluvialis major.

Suecis Glutt.

Habitat in paludibus.

DESCR. Pedes plumbei. venter albus. pectus griseum. dorsum permixtis nigris margine griseis apicibus albis testum. Rostrum nigrum, basi inferioris maxille rubra.

143. NUMENIUS capite lineis quatuor fuscis longitudinalibus, rostri apice tuberculoso; femoribus seminudis.

Gesn. av. 503. Gallinago f. Rusticola minor.

Aldr. orn. l. 20. c. 53. Scolopax f. Gallinago minor.

Will. orn. 214. Gallinago minor.

Raj. av. 105. n. 2. Gallinago minor.

Alb.

Alb. orn. 1. p. 68. t. 71. Gallinago minor.

Suecis Waldsnappa.

Habitat in carectis.

DESCR. Caput testaceo-pallidum, lineis quatuor fuscis longitudinalibus, quarum exteriores per oculos ducuntur. Collum griseum maculis fuscis. Siernum & venter alba. Ala nigro-cinereæ pennis nigricantibus; margine exteriori longitudinaliter pallide testaceo; disco punctato. Cauda brevis, introrsum testaceo-variegata, apice albido. Femora seminuda; digito postico unico articulo brevissimo, at intermedio longitudine tibiæ. Rostrum pallidum, longissimum, exterius atrum, apice inæqualibus punctis excavatis. Remiges secundariæ apicibus alben lineæ alba transversali, hinc caulis alis lineæ lateralis alba.

144. NUMENIUS urrhopygio albo; reſtricibus nigris, basi albis; remigibus transversa alba macula: exceptis quatuor primis.

Habitat in carectis.

DESCR. Magnitudo Vanelli. Caput, collum, pectus subflavescentia, transverse fusco-maculata. Rostrum rectum, longissimum, apice glabro. Abdomen albicans maculis cinereo-flavescentibus. Dorsum cinereum maculis fuscis testaceisque, latera cinerea immaculata. tetricæ caudæ superiores & inferiores albæ. Reſtrices nigræ, basi albæ. Pedes tetradactyli, nigricantes, longi, fissipedes. Remiges 1-4 nigricantes latere interiori albæ, 8 &c. nigricantes macula transversa alba. Communicavit D. D. Wallerius.

Tringa.

145. TRINGA facie papillis granulatis minimis carnis; rostro pedibusque rubris.

Aldr. orn. 1. 20. c. 19. f. 1. 8. Avis pugnax.

Fonst. orn. 152. t. 51. 52. Avis pugnax.

Will. orn. 224. t. 56. Avis pugnax.

Raj. av. 107. n. 3. Avis pugnax.

Marsf. danub. 52. t. 24. Avis pugnax.

Alb. orn. 1. p. 69. t. 72. 73. Avis pugnax.

Suecis Brushane.

Habitat ubique per Sueciam, præsertim in Scania.

DESCR. Dorsum testaceum maculis nigris cærulescentibus nitidis. Ala supra cinereæ, subtus albæ. Pectus albicat, pennis nigris maculatum. venter albus. cauda fusca, fasciis pallidis. Remige 5 utrinque nigro alboque variegata. Pedes rubri cum postico. in mare pennæ colli longæ albæ. facies infinitis parvis papillis carnis adpersa. in aliis tres intermediæ reſtrices rufo-maculatæ, reliquæ fuscæ.

146. TRINGA rostri apice punctato; pedibus livido-virescentibus, dorso fusco-viridi nitido.

D 3

Ball.

Bell. av. Cinclus.

Gesn. av. 517. Gallinæ genus, quod nomine ignoto
Samets humbe nomino.

508. Rhodopus.

511. Ochrophus medius.

Aldr. orn. l. 20. c. 39. p. 461. Gallinula Rhodopus
l. Phænicopus.

l. 20. c. 54. p. 481. Tringa.

Will. orn. 222. t. 55. Tringa.

Raj. av. 108. n. 7. Tringa.

Succis Horsgjök.

Habitat ad carceta & ripas.

DESCR. Rostrum nigrum. crura plumbea. Corpus supra fuscum. Ala sub-
tus nigrae lineis albis undulatis. venter albus. collum maculatum. Cauda
maculis transversis. Rectrices 1 1 penitus candidæ. 2 2 macula prope api-
cem alba. 3 3 ductu albo non longe ab apice. 4 4 ductibus duobus 5 5
ductibus duobus cum diuidio. 6 ductibus quatuor.

147. TRINGA rostro lævi, corpore cinereo lituris nigris,
subtus albo.

Gesn. av. 509. Gallinula aquatica hypoleucos.

617. Motacilla cujus iconem Kentmannus,
descriptionem Fabricius ex Misnia dedere.

Aldr. orn. 3. p. 469. Gallinula hypoleucos.

Will. orn. 223. t. 35. Tringa minor.

Raj. av. 108. n. 5. Tringa minor.

Succis Snappa. *Genevensibus* Beccasin.

Habitat ad lacus.

DESCR. cum hac forte eadem est avis *Westmannis* Strandfittare, quæ habi-
tat in litoreis sabulosis (Kallstrander). Rostrum apex levis; pedes & ro-
strum livida, vix capite longiora. Caput, collum pone, dorsum, alæ, urro-
pygium & tota supra cinerea lituris undulisque fuscis. Gula, abdomen, fe-
mora, anus alba. collum subtus album, lineis longitudinalibus subfuscis.
Rectrices 6, 7 cineræ undulis fuscis obsoletis. 3 3 cineræ immaculatæ. 4,
9 apice albæ, alias cineræ obsolete fusco undulatæ, 1 3 10 11 12 albæ.
apicibus, & albis fuscisque fasciis variæ. at 11, 12 toto exteriori latere albæ.
Remiges fuscæ 1 immaculata. 2-10 fuscæ, interiori latere macula fusca.
11-20 fuscæ macula alba, utrinque latus tegens harum 15-20 apice albæ.
nullæ lineolæ undulatæ subtus. extimus digitus medio adnectitur. linea al-
ba supra oculos.

148. TRINGA crista dependente, pectore nigro.

Bell. ic. 49. a. Capra, Capellus, Vanellus.

Gesn. av. 764. Vanellus.

Aldr.

Aldr. orn. l. 20. c. 63. Capella, f. Vanellus.

Jonst. orn. 164. t. 53. 27. Vanellus f. Capella.

Will. orn. 228. t. 57. Capella f. Vanellus.

Raj. av. 110. n. 1. Capella f. Vanellus.

Anonym. 138. t. 95. Lapving.

Alb. orn. 1. p. 70. t. 74. Capella f. Vanellus.

Succis Wipa, Kowipa.

Habitat ubique in pratis depressis.

DESCR. MAS. Caput supra nigrum plumis longis pone reclinato pendulis in cristam. Gula versus collum deorsum nigra. Pectorale nigrum. tempora alba. collum supra cinereum. Dorsum e brunneo, cæruleo, viridi, ferrugineoque splendens. Pectus album. Alæ tectrices collo concolores sed magis cæruleæ. Remiges 24, nigrae, primariae & apicibus albicant, secundariae versus basin albicant. Cauda integra. Rectrices 12 albæ, a medietate exteriore nigrae, apicibus pallidis, quarum remex extima utrinque alba, excepta macula nigra prope apicem. tectrices caudæ extra & subtus ferrugineæ. Rostrum nigrum. Nares oblongæ, perviæ. Pedes rubri. Mas gula nigra: Fœmina gula alba. Maris remex extima alba, macula infra apicem nigra. Fœminæ extimus remex totus albus est.

149. TRINGA rostro nigro, basi rubra: pedibus coccineis.

Gesn. av. Totanus.

Raj. av. 107. n. 1. Totanus.

Alb. orn. 3. p. 82. t. 87. Totanus.

Habitat ad paludes.

DESCR. Femora seminuda, plantis parum palmatis. Cauda albida nigro-undulata transversim. Remiges exteriores nigricantes. 11-21 albæ: dorsum nigro-cinereum maculatum, uti & caput & collum. pectus album nigris maculis. Abdomen album. Rostrum capite longius, subulatum, læve.

150. TRINGA cinerea, remigibus secundariis basi totaliter albis, rectricibus quatuor mediis immaculatis.

Raj. av. 105. n. 5. Canuti avis?

Habitat juxta aquas, ubi currit, caudam motacillæ instar continuo motitans.

DESCR. Magnitudo fere Sturni. Caput, dorsum, collum fusco nigro griseoque undulata. Abdomen, pectus, gula, collum subtus, alba. Remiges 20, fusca, primores in medio pone albæ, secundariae in medio totaliter t. utrinque albæ. apices in his secundariis albæ, in primoribus minus manifeste albæ. Rectrices fuscae 1, 2, 3, 4 albo-variegatae. at 5, 6 (seu quatuor intermediae) omnino albedine expertes & griseo-maculate. rostrum fuscum, capite paulo longius. Pedes cinerascens, tetradactyli, ultimus medio adnexus infimo articulo. femora seminuda. Alæ subrus fascia quadruplici alba pinguntur. tectrices alæ superiores, praesertim primæ, albicant apicibus. Remiges 1 2 3 4 5 6 margine exteriore versus apicem ferratæ sunt. macula supra oculos alba. in linguae basi octo denticuli, & in fauce plures retro spectantes denticuli.

151. **TRINGA** remigibus fuscis, prima rachi nivea.
Rudb. pict. Gallinula aquatica minima, pedibus nigricantibus.
 Habitat in paludibus.
DESCR. rostrum nigrum. maxilla inferior versus basin pallidior. Collum fuscum lineis obliquis albicantibus. Dorsum fuscum, maculis punctisve ferrugineis s. griseis. urrhopygium album, pennis tamen versus basin nigricantibus. rectrices alarum superiores dorso concolores, sed punctis s. maculis dilutioribus. rectrices inferiores alæ exalbidæ lineis transversis cinereis. Pectus & abdomen albidum. Caudæ rectrices inferiores albæ. Remiges nigre, secundariæ apice albescunt. Remex primus rachi nivea gaudet. Rectrices fusco & albo undulato maculatæ, exterioribus maxima parte albis; intermediis maxima parte fuscis. Pedes fusci. Magnitudo Turturis. regio oculorum albicat; linea inter oculos & rostrum fusca.
152. **TRINGA** nigra albo punctata, pectore maculato, abdomine subalbido, pedibus virescentibus.
Rudb. pict. Gallinula aquatica minor, pedibus fordide viridibus.
 Habitat in sylvis uliginosis.
DESCR. Dorsum nigrum punctis albis adpersum; venter fere albus; pectus maculatum.
153. **TRINGA** luteo cinereoque maculata subtus alba, rostro pedibusque rubris.
Rudb. pict. Gallinula aquatica rostro & pedibus rubris.
 Habitat in desertis paludosis.
DESCR. Corpus luteo & cinereo maculatum; pectus albo & cinereo maculatum.
154. **TRINGA** nigro albo ferrugineoque variegata; pectore abdomineque albo.
Gotlandis Tolck.
 Habitat in *Gotlandiæ* insulis Heligholmen & Clasen.
DESCR. Magnitudo Turdi Venter, pectus, cauda subtus, alæ subtus, dorsum pone alba. Caput magna ex parte album maculis griseis adpersum. Collum s. Pectus anterius nigrum lata macula, a qua utrinque versus partem superiorem colli, alia per oculos versus frontem, alia versus maxillæ inferioris latera. Hanc nigredinem distinguit macula alba in gula; alia alba inter rostrum & oculos, alia ad aures, alia in sincipite. Cauda brevis fusca. Rectrices basi apiceque albæ, exceptis intermediis duabus. Alæ superne cinereæ. Remiges nigricantes, versus basin albæ, at secundariæ & apice & basi albæ; dorsum tegunt pennæ longiores latiores nigre maculis ferrugineis. Rostrum breve, subulatum, obtusum, nigrum, longitudine digitorum. Nares oblongæ, perviæ. Pedes sanguinei, fissi, retradaçtylei, unguibus nigris: femoribus seminudis.

155. TRINGA nigro - fusca subtus alba, rostro nigro, pedibus virefcentibus.

Raj. av. III. n. 3. Pluvialis cinerea.

Alb. orn. I. p. 72. t. 76. Pluvialis cinerea.

Lechei Tringa augusti mensis.

Habitat in *Scania*.

DESCR. Rostrum nigrum. Pedes viridi-cinerei, incisuris transversis. Remiges 24, quarum 1 rachi alba; 2-4 nigriores, reliquæ magis fuscæ. omnes margine apicum præsertim albæ. tectrices insuper maculis transversis notantur. Rectrices 12 albæ lineis transversis fuscis distantibus, exceptis intermediis duabus, in quibus lineæ latiores & propiores. Corpus nigro-fuscum, Pectus, abdomen, urrbopygium alba. Caput collumque nigris parvis maculis in cinereo adpersum. D. Leche.

Charadrius.

156. CHARADRIUS nigro lutescente variegatus, pectore nigro.

Rudb. pict. Pluvialis minor nigro - flavus.

It. oel. 72. Alwargrim.

Ölandis Alwargrim. *Suecis* Åkerhøns. *Smolanais* Myrpytta.

Habitat in *Ölandiæ* campis sterilibus.

DESCR. Magnitudo Columbæ. Caput, collum, dorsum, alæ, cauda maculata maculis albis, nigris, luteoque fuscis mixtis, singula penna nigra maculis quibusdam luteo-fuscis ad latera, pallidioribus versus apicem. Iana ad basin singulæ pennæ cinerea. Femora, sub alis, & sub cauda, albicant. latera colli versus thoracem alba. Pectus nigrum. collum subrus nigrum. rostrum, longitudine capitis, nigrum, versus basin gibbum. Femora seminuda. pedes cinerei: digitus extimus adnexus intermedio membrana quoad primum articulum. Remiges nigricantes: primores octo, quarum extrema longissima, reliquæ ordine breviores, acuminatæ, in medio juxta rachin albæ. remiges secundariæ itidem fuscæ, obtusæ, æquales, apicibus albis, uti etiam tectrices. Cauda integra, rectrices 10 fuscæ, lineis lateralibus octo utrinque flavescens.

157. CHARADRIUS nigro lutescenteque variegato, pectore concolore.

Will. orn. 229. t. 57. Pluvialis viridis.

Raj. av. III. n. 7. Pluvialis viridis.

Sloan. hist. 2. p. 313. t. 269. f. 1. Pluvialis viridis.

Alb. orn. I. p. 71. t. 75. Pluvialis viridis.

Dalekarlis Åkerhøna. *Lappis* Hutti.

Habitat juxta alpes *Dalekarlicas* in orientali *Dalekarlia* & in *Ölandiæ* campestribus.

D 5

DESCR.

DESCR. *Magnitudo* Columbæ. *Corpus* supra nigricans maculis parvis ovatis testaceis adpersum, inque singula penna ad marginem delineatis. *Gula* albescens. *Collum* subtus a gula ad sternum e testaceo & fusco maculatum. *Pectus* & *venter* alba, *Cauda* integra, restrictibus 12 fuscis, maculis testaceis variegata. Alarum *remiges* nigro-fuscæ, margine apicum albicantes. *Restrictes* alarum nigro-fuscæ apicibus albis. *Ala* subtus albæ. *Femora* seminuda cinerea. *digitus* extimus adnectitur primo articulo membrana. *Aliam* avem sic descripsimus: *Corpus* viridi-luteum, maculis in dorso nigris, ramosis. *Pectus* ex flavo-viridi variegatum. *venter* albus. *Remiges* fuscæ 1-9 medio scapo albicantes; 5- &c. basi extrorsum albicant.

158. CHARADRIUS pectore ferrugineo: linea alba transversa collum pectusque distinguente.

Alb. orn. 2. p. 57. t. 61. 62. Morinellus.

Habitat ad Sernam orientalis *Dalekarliæ*.

DESCR. *Collum*, *dorsum* dilute cinerea. *Pectus* ferrugineum, ad basin sterni linea transversalis alba lineæ nigre superinducta. *venter* nigricat; singula tamen penna interius albicat. *gula* alba. *cauda* cinerea albo margine. *Ala* subtus pallidiora. Linea alba a rostro caput cingit. *digitus* extimus medio adfixus membranula. *Restrictes* fuscæ, quarum 1 2 3 apice albæ, reliquæ vix margine apicis albicantes. *Caput* supra nigricans. *Magnitudo* Turdi. *Rostrum pedesque* nigri. Mas versus femora niger est.

159. CHARADRIUS pectore nigro, fronte nigricante lineola alba, vertice fusco.

Jonst. orn. 166. t. 53. Charadrius.

Alar. orn. 1. 20. c. 67. Charadrius f. Hiaticula.

Will. orn. 230. t. 57. Charadrius f. Hiaticula.

Raj. av. 112. n. 6. Charadrius f. Hiaticula.

Marcgr. bras. 199. Mutuiti brasiliensibus.

Sloan. hist. 2. p. 314. t. 169. f. 2.

Alb. orn. 1. p. 76. t. 80. Charadrius.

Rudb. pict. Charadrius f. Hiaticula flavipes.

Suecis Strandpipare. *Lappis* Pago.

Habitat ad ripas ubique, & in alpihus Lapponicis frequens.

DESCR. *Rostrum* croceum, apice nigro. *Caput* cinereo-fuscum, fronte subnigricante linea alba transversa. *tempora* obscuriora. *gula* & *collare* album, dein ad sternum usque nigra magna macula. *Dorsum*, *ala*, *cauda* cinerea. *venter*, *pectusque* alba. *Pedes* flavi, (in altero sexu fulvi.) *Remiges* fuscæ, quarum 1 rachi alba, 5-19 apice albo. *Restrictes* fuscæ, sed 6 6 immaculate; 3 4 5 apice albo, 2 apice & latere exteriori albæ. sed 1 1 omnino albæ macula fusca.

160. CHARADRIUS abdomine rufescente, pectore cinereo, vertice fusco.

Rudb. pict. Charadrius major cinereo-rufus, prona parte flavescente. Habi-

Habitat in *Lapponia*.

DESCR. Magnitudo Turdi majoris. Vertex cinereo-fuscus. Pectus cinereum, venter rufescens. sub cauda albus. dorsum & alæ cinerea maculis rufescentibus picta. digitus posticus ut in reliquis nullus. Rostrum nigrum. pedes cinerei.

Hæmatopus.

161. HÆMATOPUS.

Bell. obs. 18. Hæmatopus.

Gesn. av. 546. (fig. mal.) Himantopus.

Aldr. orn. l. 20. c. 31. Hæmatopus bellonii.

Barth. aët. 1. p. 90. Pica marina s. Kielder.

Will. orn. 220. t. 56. Hæmatopus bellonii.

Raj. av. 105. n. 7. Hæmatopus bellonii.

Alb. orn. 1. p. 74. t. 78. Hæmatopus.

It. oel. jun. 8. Strandskjura.

Gotlandis Marspitt. Ölandis Strandskjura.

Habitat ad littora maris, præsertim Ölandiæ & Gotlandiæ.

DESCR. Rostrum sanguineum, capite longius, compressum præsertim apice cuneo. Nares oblongæ perviæ. palpebra nudæ circulo coccineo. Iris rubra, pupilla nigra. Caput, collum usque ad sternum, dorsum ad medium & alæ superius nigra. Pectus, venter, dorsum posterius, testrices utrinque caudæ albæ. Rectrices albæ, a medio ad extremum nigrae. Remiges vero nigrae, ut in media costa linea alba, & larus interius remigum album. remiges secundariæ nigrae, versus basin albæ & margine albæ. testrices tertiæ albæ. Femora seminuda. Pedes incarnati tridactyli.

Ortygometra.

162. ORTYGOMETRA alis rufo-ferrugineis.

Turn. Crex aristotelis.

Aldr. orn. l. 13. c. 23. Ortygometra.

Will. orn. 522. t. 29. Ortygometra aldr.

Raj. syn. 58. Ortygometra.

Alb. orn. 1. p. 31. t. 33. Ortygometra.

Uplandis Ångsnårpa.

Habitat inter gramina in pratis fertilissimis æstate, ubi stridulo gemino sono crex crex continuo auditur: frequentissima Upsaliæ. edit lumbricos.

DESCR. Magnitudo Picæ. Caput ratione corporis minimum. Caput, collum, dorsum, cauda testacea maculis majusculis nigris, nam singula pen-

na nigra est, margine undique testaceo. Alæ remiges & rectrices ferrugineæ supra & infra. *Cornu* sunt gula & macula pone oculos. *pectus* griseum. *abdomen* & latera ferruginea maculis fuscis (color exustus) albo undulata, qualia & cauda subtus. *Femora* supra genua nuda, livida, ingluvies nulla. *Rastrum* utrinque basi sinuatum, lividum. *Nares* oblongæ, perviæ. *Oculi* nigri, pupilla rufescente. pollice vix incedit. *ala* infra magis quam extra rufæ. difficile capitur, licet facile auditur. Character consistit in rostro fere gallinæo, naribus perviis, lingua integra, pedibus tetradactylis rostro longioribus digitis.

V. GALLINÆ.

Pavo.

163. PAVO cauda longa.

Gesn. av. 656. Pavo.

Aldr. orn. l. 13. c. 1. Pavo.

Jonst. orn. 56 t. 22. Pavo.

Valent. mus. 464. Pavo.

Will. orn. 112. t. 27. Pavo.

Ⓑ *Raj. av.* 51. n. 2. Pavo colore albo.

Suecis Pafogel.

Habitat apud nostrates rarius, præsertim in aviariis
Magnatum, non vero sponte.

Meleagris.

164. MELEAGRIS.

Lonic. herb. 337. a. Gallo-pavo.

Gesn. av. 482. Gallo-pavo.

Aldr. orn. l. 13. c. 4. Gallo-pavo.

Bell. ic. 60. a. Meleagris.

Blas. anat. t. 46. f. 11. Gallus africanus.

Jonst. orn. 58. t. 24. Gallo-pavo mas.

Gallina indica.

Will. orn. 113. t. 27. Gallo-pavo f. meleagris & numidica avis.

Raj. av. 51. n. 3. Gallo-pavo f. avis numidica & meleagris quibusdam.

Suecis Kalkon.

Habitat apud nos ubique culta ex America septentrionali, ubi niger semper est.

Ⓔ *OBS.* Mas pectore barbato est.

Gal-

Gallus.

165. GALLUS cauda compressa ascendente.
Aldr. orn. l. 14. c. 1. Gallus gallinaceus & Gallina.
Gesn. av. 395. Gallus gallinaceus.
 340. Gallina.
 427. Capus.
Blas. anat. t. 44. f. 9. Gallus gallinaceus.
 f. 10. Gallina.
Will. orn. 109. t. 26. Gallus gallinaceus.
 Gallina domestica.
Raj. av. 51. n. 1. Gallus gallinaceus.
Suecis Hõns, Tupp & Hõna.
 β *Raj. av. 51. n. 1.* Gallina crista in vertice plumosa
 densissima & undequaque diffusa spectabilis.
Suecis Tofshõns.
 γ *Raj. av. 51. n. 1.* Gallina cauda s. urrhopygio carens.
Will. orn. 110. t. 26. Gallus e Persia.
Suecis Gumphõns.
 δ *Will. orn. 110.* Gallina frilandica.
Raj. av. 51. n. f. Gallina crispa, nostratibus Frilan-
 dica pennis reflexis caput versus & veltur inversis.
Suecis Kroll-Hõna.
 Habitat ubique culta.

Tetrao.

166. TETRAO rectricibus exterioribus sub brevioribus,
 alarum basi alba macula.
Gesn. av. 491. Urogallus.
 495. Grygallus major. (fæmina)
Aldr. orn. l. 13. c. 6. Urogallus f. Tetrao major.
 Urogallus fæmina.
Will. orn. 123. t. 30. Urogallus f. Tetrao major.
Raj. av. 53. n. 1. Urogallus f. Tetrao major.
Nieremb. natur. 235. Tetrao.
Alb. orn. 2. p. 28. t. 29. 30. Mascovian.
Suecis Kjäder.
 MAS. cinereus lineolis minimis fuscis confertis: ala ejusmodi lineolis
 ferrugineæ. Pectus antice viridi nitens, alias nigro alboque varium. Rectri-
 ces 18, quarum laterales sensim breviores, omnes nigra in medio albo ma-
 cularæ. Remiges nigra 2-6 in margine exteriori albæ Ala subtus albæ, quæ
 albedo ad alas prominet, maculam albam causans.

167. TETRAO cauda bifurca subtus albo punctata.
Aët. stockb. 1744. p. 181. Rackelhane rutenfchöldii.
Suecis Racklehane. Roslagis Roslare.
 Habitat in sylvis *Roslagiæ & Smolandie.*
 OBS. Ipse non vidi; de hac ave multa venatores nostri, qui sono facile eam distinguunt; dubia avis mihi visa fuisset, ni Nobiliss D. Carolus de Geer, Cubic. Reg. ipse eam vidisset & delineasset. an species hybrida a præcedenti & sequenti specie. Magnitudo faminæ præcedentis: colli color & caudæ structura ut in præcedenti. præcedenti longe rarior, timidior & lingua s. sono diversus.
168. TETRAO remigibus secundariis a medio basin versus albis, cauda bifurca.
Gesn. av. 494. Urogallus minor.
496. Grygallus minor.
Aldr. orn. l. 13. c. 7. Urogallus s. Tetrao minor.
Grygallus minor s. Tetrix nemefiani.
Will. orn. 124. t. 31. Tetrao s. urogallus minor.
Raj. av. 53. n. 2. Tetrao s. urogallus minor.
Scheff. lapp. 350. Orrar.
Alb. orn. l. p. 22. t. 22. Tetrao s. urogallus minor.
Suecis Orre.
 Habitat ubique in sylvis, præsertim Norlandiæ; in campis ericeticisque vere fæminas provocat.
 OBS. Mavis *rectrices* nigre, quarum 3 utrinque exteriores extorsum recurvatæ, & sic cauda bifurca. *Remiges* nigricantes, sed secundariæ a basi ad medium albæ, ut & apices harum. *rectrices* inferiores remigum & *rectricium* albæ. *dorsum* nigrum.
169. TETRAO rectricibus albis: intermediis nigris apice albis.
Gesn. av. 577. Lagopus.
578. Lagopus varia.
Aldr. orn. l. 13. c. 21. Perdix alba s. Lagopus.
Will. orn. 127. t. 32. Lagopus avis,
127. Lagopus.
Raj. av. 55. n. 5. Lagopus avis.
54. n. 3. Lagopus altera.
Scheff. lapp. 351. t. 352. Lagopus.
Suecis Snöripa. Lappis Cheruna.
 Habitat in sylvis *Norlandie*, præsertim *Laponie.*
 OBS.

OBS. Variat magnitudine: in alpidibus longe minor. variat colore: hyeme alba, æstate flavescens. *Rectrices* albæ, at 8 9 omnino nigræ apice albo. *remiges* albæ.

170. TETRAO *rectricibus cinereis punctis nigris fascia lata nigra exceptis intermediis duabus.*

Gesn. av. 229. l. 13. c. 11. Gallina corylorum f. Bonasia alberti.

Aldr. orn. l. 13. c. 11. Gallina corylorum.

Will. orn. 126. t. 21. Gallina corylorum.

Raj. av. 55. n. 6. Gallina corylorum.

Suecis Hjärpe.

Habitat inter *Betulas præcipue*, *cujus amentis vitat.*

MAS. *Caput, collum cinereum lineolis transversis fuscis. gula nigra; sub oculis versus aures a rostro alba macula oblonga. ala extra ferrugineæ maculis nigris. dorsum cinereum punctis nigris. abdomen album maculis magnis cordatis fusco-ferrugineis. Rectrices duodecim cinereæ nigro punctate: scilicet 3, 4, 5, 6, 7, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16 versus apicem lata fascia nigra, apice albæ; at 8, 9, absque macula & fascia.*

FEMINA. *Tergum canum maculis longitudinalibus nigris, reliquum anterius dorsi a capite cinereum, lineis transversis fuscis, ala supra versus basim ferrugineo & nigro maculatæ. Remiges primores cinereæ 10, quarum 1-7 margine anteriore griseæ, reliquæ non. remiges secundariæ 10 cinereæ, a latere anteriore dilutis ferrugineis maculis adspersæ, at remiges 8, 9, 10-immaculatæ. gula nigra, tempora albicant: Rectrices 16 cinereo & nigro maculatæ transversim; versus apicem has omnes fascia nigra ambit, exceptis duabus intermediis.*

171. TETRAO *rectricibus cinereis superiore medieta- te hinc inde rufis.*

Gesn. av. 682. f. mal. Perdix major.

Aldr. orn. l. 13. c. 18. Perdix rufa f. major.

Fonst. orn. 68. t. 27. f. Perdix major.

Will. orn. 118. t. 29. Perdix rufa.

Raj. av. 57. n. 2. Perdix rufa.

Alb. orn. 1. p. 29. t. 29. Perdix rufa.

Suecis Åker-höna.

Habitat in cultis.

DESCR. *Rostrum & pedes rubri, Cinerea sunt caput, collum, dorsum; urrhopygium, femora. colore vinaceo tingitur collum infimum. gula alba. macula nigra in infimo maxillæ inferioris angulo. Torquis niger a naribus supra oculos productus hanc albedinem cingit. ingluviæ infra linguam cinerea. Pectus e flavo rufum. Rectrices 1-5 hinc inde superiore medieta- te rufæ, inferiore cinereæ. 6 6 cinereæ. Will.*

172. TETRAO macula nuda coccinea pone oculos, re-
 tricibus ferrugineis.

Adr. orn. l. 13. c. 19. Perdix minor cinerea.

Jonst. av. 68. t. 27. f. 1. bona. Perdix cinerea.

Will. orn. 119. t. 29. Perdix cinerea.

Raj. av. 57. n. 2. Perdix cinerea.

Alb. orn. 1. p. 25. t. 27. Perdix.

Suecis Rapphöna.

Habitat in cultis.

DESCR. *Femina* Caput superius griseum punctis oblongis albidis adper-
 sum. nares squama tectæ. macula pone oculum coccinea papillosa. pal-
 pebra inferior albida. Pectus cinereum lineis tenuissimis undulatum. *dorsum*
 griseum maculis linearibus undulatis brunneis. Alarum tectrices griseæ ma-
 culis fusco-brunneis rachi alba. *Remiges* 22 cinereo nigra-fasciis pallidis.
 Macula magna brunnea ad sternum. *Venter* albus. *Rectrices* 16 ferrugineæ.
Tibia flavæ. *Gula*, regio superciliarum & frontis ruffa. Mas macula nigra
 in sterno a Femina differt.

173. TETRAO pedibus nudis, corpore griseo macula-
 to, linea superciliarum alba.

Gesn. av. 353. Coturnix.

Aldr. orn. l. 13. c. 22. Coturnix latinorum.

Jonst. orn. 69. t. 28. Coturnix.

Raj. av. 58. n. 6. Coturnix.

Alb. orn. 1. p. 28. t. 30. Coturnix.

Suecis Wachtel.

Habitat in arvis.

DESCR. Palpebræ rubræ. pedes pallide flavi. totum corpus tegitur pennis
 rachi flava linea notatis, iisque apice testaceis punctis nigris. Linea pal-
 lida longitudinalis supra oculos. *pectus* & collum pallide testacea maculis
 obtusis in singula penna utrinque solitariis. *abdomen* albidum. *Remiges* ex-
 teriores fuscæ, interiores magis pallidæ a latere exteriori maculis dilute
 testaceis. *Rectrices* fuscæ, rachi alba, adpersæ punctis testaceis transver-
 sis. *Area* lata longa nigricans sub mandibula inferiore.

VI. PASSERES.

Columba,

174. COLUMBA cærulescens, collo nitido, macula du-
 plici alarum nigricante.

Aldr. orn. l. 15. c. 7. Oenas f. Vinago.

Will. orn. 136. t. 35. Oenas f. Vinago.

Raj.

- Raj. av. 62. n. 10. Oenas f. Vinago.*
Alb. orn. 3. p. 39. t. 46. Columba vulgaris.
Suecis Skogsdufwa.
 β *Will. orn. 130. t. 32. Columba domestica f. vulgaris.*
Raj. av. 59. n. 1. Columba domestica.
Suecis Dufwa, Hemdufwa.
 γ *Will. orn. 121. t. 34. Columba gutturosa.*
Raj. av. 60. n. 2. Columba gutturosa.
Suecis Kroppdufwa.
 δ *Will. orn. 132. Columba Turbita dicta.*
Raj. av. 60. n. 7. Turbitæ.
 ε *Will. orn. 133. t. 34. Columba barbarica f. numidica.*
Raj. av. 60. n. 8. Barbaricæ seu Numidicæ.
 ζ *Raj. av. 60. n. 6. Columba cucullata f. Jacobeæ.*
Gesn. av. 279. Columba anglica vel ruffica.
 η *Raj. av. 60. Columba percussor.*
 Habitat in sylvis agros frequentans; at varietates omnes cultæ & domesticæ sunt; nec dubito quin omnes, β. γ. δ. ε. ζ. η. ex hac ortæ sint.

175. COLUMBA collo utrinque albo, pone macula fusca.

- Aldr. orn. 1. 15. c. 5. Palumbus major torquatus.*
Will. orn. 135. t. 35. Palumbus torquatus.
Raj. av. 62. n. 2. Palumbus torquatus.
Alb. orn. 2. p. 42. t. 46. Oenas.
Suecis Ringdufwa. Ölandis Siutut.
 α *Will. orn. Turtur.*
Raj. av. 61. Turtur.
Alb. orn. 2. p. 43. t. 47. Turtur.
 Habitat ubique in sylvis, at α culta ubique est; macula a tergo dorsi, magnitudo, facies, sonus suadent eandem speciem.

Loxia.

176. LOXIA lineâ alarum duplici alba.

- Gesn. av. 276. Coccothraustes.*
Aldr. orn. 1. 16. c. 20. Coccothraustes ornithologi.
 E Jonst.

Jonst. orn. t. 37. Coccothraustes.

Charl. onom. 84. f. 85. Coccothraustes vulgaris.

Will. orn. 178. t. 44. Coccothraustes vulgaris generi & aldrouandi.

Raj. av. 85. n. 1. Coccothraustes vulgaris.

Alb. orn. 1. p. 54. t. 56. Coccothraustes vulgaris.

Suecis Swensk Papegoja, Tallbit, Parisfogel.

Habitat in pinetis, edit semina & nucleos durissimos; ut sequens conis Abietis victitat, ita hæc Pini conis delectatur.

DESCR. Dorsum & pectus rubra, ita tamen, ut singulæ pennæ cinereæ sint & extimo margine rubræ. Venter cinereus. Alæ nigræ lineis duabus obliquis albicantibus. Cauda nigricans. Rostrum conicum: maxilla superiore longiore, incurva, ampliore. Lingua integra. plumnæ nigræ nares tegunt. pedes nigri.

177. LOXIA rostro forficato.

Gesn. av. 592. Loxia.

Charl. onom. 68. t. 68. opt. Loxia s. curvirostra.

Will. orn. 181. t. 44. Loxia.

Raj. av. 86. Loxia.

Rudb. lapp. 75. Conirofor.

Alb. orn. 1. p. 58. t. 61. Loxia.

Suecis Korffnäf, Kiägelrifware.

Habitat in sylvis abietinis, victitans conis abietis, ubi conos primo dejicit rostro ab arbore liberatos, quotquot unquam valet, dein singulum per se arripit, pedibus tenet uti Psittacus vel Sciurus, rostri forfice per singulas squamas frangendo semina investigat; & quod singulare, magnitudine & colore omnino abietis conum refert, & structura rostri ad semina hujus sola edenda creata videtur; licet & semina cannabis & juniperi baccas edere queat. Mira fortitudo parvæ avis, utpote quæ bacillos ligneos crassitie digiti brevi mora levique negotio detruncat. Maxilla superior in hac mobilis est, ut in congeneribus.

DESCR. Cinerea sunt cauda & alæ. nigra remiges & rectrices supra. Flava in femina, fulva in mare sunt pectus, latera ventris, lumbi. albicans venter. dorsum & caput & cinereo & sulphureo (in femina) seu fulvo (in mare) nebulosum. Rostri utraque maxilla acuminata, obliqua, cruciatim exserta. Lingua integra.

178. **LOXIA** artubus nigris, tectricibus caudæ remigumque posteriorum albis.

Gesn. av. 733. Rubicilla f. Pyrrhula.

Aldr. orn. l. 17. c. 31. Pyrrhula f. Rubicilla.

Jonst. orn. 122. t. 43. Pyrrhula f. Rubicilla.

Will. orn. 130. t. 43. Rubicilla f. Pyrrhula.

Raj. av. 86. n. 5. Rubicilla f. Pyrrhula.

Alb. orn. 1. p. 59. (*mas*) 60. (*femina*) Rubicilla.

Suecis Domherre.

Habitat in sylvis, edit avide gemmas arborum erumpentes. facile cicuratur, & egregie edocta cantillat. *Mas* accipiens araneam diu tenuit in ore, dein dedit faminæ.

DESCR. MAS. Caput nigrum. Rubra tempora, gula, pectus, venter. Caruleo-cinerea collum, dorsum. Cauda indivisa, nigra, superne cærulescens. regio circa caudam supra & subtus alba. Rostrum nigrum, crassissimum, utrinque gibbum; maxilla utraque mobilis. Lingua integra. Naves parulæ fetis parvis tectæ. Alæ nigræ linea transversali albicante. Remiges 16 nigræ versus marginem interiorem albæ. Rectrices 12 nigræ immaculatæ. tectrices alæ nigricantes, sed 9-16 apice albæ.

FEMINA. Caput ad oculos usque nigrum, gula nigra. Alæ nigræ subtus albæ, ut & cauda. regio pone femora alba. uropygium album, dorsum cinereum. caudæ basis supra & subtus alba. rostrum brevissimum, crassissimum, undique convexum. lingua ovata, carnosæ, apice villis lacerò. ab oculis per collum & pectus ad femora cinerea. remiges rectricesque atræ. remigum posteriorum & caudæ tectrices apice albæ.

Ampelis.

179. **AMPELIS** remigibus quibusdam apice membranaceo terminatis.

Gesn. av. 703. Garrulus Bohemicus.

Jonst. orn. 44. Garrulus Bohemicus gesneri, Ampelis aldr.

t. 43. Picæ glandariæ genus.

t. 17. Picæ glandariæ species alia.

Will. orn. 90. t. 20. Garrulus bohemicus.

Raj. av. 85. Garrulus bohemicus.

Alb. orn. 2. p. 25. t. 26. Garrulus bohemicus.

Suecis Sidenwanz.

Habitat in sylvis.

DESCR. Rostrum nigrum, convexum. Maxilla superior longior, incurva, utraque apice utrinque emarginato. Lingua cartilaginea, cura, bifida. Caput ferrugineum, pennæ longioribus versus nuchant. Linea alba ad canthum

thum oris. Cinereum totum corpus est, at versus caput magis castaneum. Nigra sunt gula, tempora s. oculorum regio, testrices narium, rostrum, pedes, remiges, testrices. Grisea sunt testrices inferiores caudæ (frons & regio sub oculis in quibusdam); pennas longiores capitis dum erigit cristata est. Testrices nigrae, æquales, apice flavæ, costa rubicunda. testrices caudæ croceo-fuscae, vel supra cineræ, subius ferrugineæ. Remiges nigrae, quarum 1 2 3 4 apice antierius albæ, 5 6 7 8 apice antierius albo-flavescentes. 10 11 12 13 14 15 16 apice antierius albæ. 17 18 immaculatæ, at 11 12 13 14 15 16 terminatæ membranula oblonga coccinea. Testrices alarum nigrae, quarum majores antieriores apicibus albis.

180. AMPELIS dorso griseo, macula ad oculos longitudinali.

Will. orn. 54. Lanus tertius.

Raj. av. 18. Lanus minor rufus s. tertius aldr.

Alb. orn. 2. p. 14. t. 14. Lanarius tertius.

Habitat in arboribus pratorum Upsaliæ. ova 6, alba versus extremitatem obtusiolem circulo fusco-rufescente.

DESCR. Rostrum conico-cultratum, maxilla superiore longiore utrinque apice emarginata. Caput & urropygium cana sunt. dorsum griseo-s. rufotestaceum. Venter a gula ad sterni finem ut & latera corporis e dilute rubicundo alba. venter pone sternum albus. Linea a fronte & basi rostri per oculos ad aures nigra & supra hanc linea minor alba. Remiges nigricantes 3 4 5 6 7 8 basi levissime albæ; hinc macula alarum alba. Testrices nigrae, at a basi ad medium, ut & apicibus extimis omnes albæ, exceptis intermediis quatuor omnino nigris. Pedes nigri. rostrum nigrum. testrices narium nigrae. faux alba. Lingua bifida lacera. ergo non ænanthes s. Motacilla species. Magnitudo Loxiæ Pyrrhulæ.

FEMINA hujus diverso colore a mare gaudet & est.

Raj. av. 19. n. 5. Lanus minor.

Alb. orn. 2. p. 14. t. 15. Lanarius tertius femina.

DESCR. Rostrum, magnitudo & facies præcedentis, imò & locus. Caput griseum. dorsum griseo-testaceum lineolis transversis nigris, in singula penna prope apicem singulis. venter & pectus ad gulam usque albicans, manifesta lutei mixtura, lineolis undulatis crebris. Remiges nigricantes immaculatæ. Testrices griseæ margine & apice albæ, exceptis 4 intermediis unicoloribus; pennæ testrices extimæ solitariæ breviores ut in præcedenti. adeoque MAS testricibus nigris basi apiceque albis quatuor intermediis unicoloribus; FEMINA testricibus cinereis margine apiceque albis: intermediis quatuor immaculatis.

181. AMPELIS cærulescens, alis caudaque nigricantibus.

Will. orn. 53. t. 10. Lanus cinereus major.

Raj. av. 18. n. 3. Lanus s. Collurio cinereus major.

Alb. orn. 2. p. 12. t. 13. Lanarius cinereus major.

Aucupibus Warfogel.

Habi-

Habitat in Scania rarius. *D. Leche*. Hæc ad Falcones indigitandos utuntur Falconarii.

DESCR. Magnitudo merula. *Caput & dorsum* cinereo-cærulescens. pallidior in pectore, abdomine & collo subtus; thorax tamen parum undulatus. a rostro per oculos versus aures linea nigra. *cauda nigra; remigibus apice albis: extimis remigibus brevioribus & albidioribus.* Est hæc quasi media inter Accipitres, Corvos & Passeres.

Sitta.

182. SITTA rectricibus fuscis: quatuor margine apiceque albis, quinta apice cana.

Gesn. av. 711. Picus cinereus f. Sitta.

Aldr. orn. l. 12. c. 38. Sitta.

Will. orn. 98. t. 23. Sitta f. Picus cinereus.

Raj. av. 47. n. 4. Sitta f. Picus cinereus.

Alb. orn. 2. p. 27. t. 28. Sitta f. Picus cinereus.

Suecis Nöt wäcka, Nöt packa.

Habitat in tectis, parietibus truncisque arborum.

DESCR. Rostrum subulato-conicum crure æquale. *Lingua* lacero-emarginata. *Caput* cinereum in linea atra latitudine rostri a naribus ad uicam longitudinaliter signatum. *Collum, dorsum, rectricibus alarum superiores & urhopygium* cinerea. *Gula, pectus, abdomen alba, rectricibus inferiores rectricum & latera abdominis maculis ferrugineis & albis tinctæ. Remiges* 17 cinereæ, primæ 6 a basi ad quartam fere partem albæ. *rectrices subalares* albedo-cinereæ macula atra. *Cauda* integra. *Rectrices* 12 quartum quatuor extremæ sunt signatæ macula alba apicem verticaliter ad dimidium partem secans. duæ secundaræ fuscæ, apice solummodo canæ; duæ tamen mediæ totaliter canæ. *Rinnan.*

Sturnus.

183. STURNUS rostro flavescente, corpore nigro punctis albis.

Gesn. av. 747. Sturnus.

Aldr. orn. l. 16. c. 19. Sturnus.

Bell. ic. 81. a. Sturnus.

Jonst. orn. t. 40. Sturnus. (mas)

Sturnus vulgaris. (fæminâ)

Merr. pin. 177. Sturnus cinereus. (mas)

Sturnus vulgaris. (fæminâ)

Will. orn. 144. t. 37. Sturnus.

Raj. av. 67. n. 1. Sturnus.

Alb. orn. 1. p. 38. t. 40. Sturnus.

Suecis Stare.

E 3

Ha-

Habitat in cavis arborum, ubi nidificat, volitat gregatim; discedit post mediam æstatem in Scaniam campestram. Species paucæ hujus generis Europææ sunt, at in India utraque propemodum infinitæ.

DESCR. *Rostrum* rectum, angulato-depressum, obrufusculum, flavescens. *Corpus* nigrum, pennarum apicibus exalbidis. *Nares* squamula semirectæ. *Pedum* unguis pollicis major. *Remiges* nigricantes, margine exteriori obsolete testaceo. *Cauda* integra. *Rectrices* nigre margine exteriori subgriseo; *Lingua* bifida.

Turdus.

184. TURDUS ater, rostro palpebrisque fulvis.

Bell. ic. 30. *b.* Merula nigra.

Gesn. av. 603. Merula.

Aldr. orn. l. 16. *c.* 6. Merula.

Alb. orn. 35. *t.* 37. Merula.

Will. orn. 140. *t.* 37. Merula vulgaris.

Raj. av. 65. *n.* 1. Merula vulgaris.

Suecis Traß, Kohltraß.

Habitat in sylvis densis, nec non in nemoribus juniperetis, imo & in hortis neglectis.

DESCR. *Rostrum* fulvum, *margo palpebrarum* fulvus, *pedes* nigro-fusci. *color* totius ater; sed *remiges* 24 fuscæ.

185. TURDUS nigricans, rostro flavescente, torque albo.

Gesn. av. 607. Merula torquata.

Aldr. orn. l. 16. *c.* 11. Merula torquata.

Jonst. orn. 106. *t.* 39. Merula torquata.

Will. orn. 143. *t.* 37. Merula torquata.

Raj. av. 65. *n.* 2. Merula torquata.

Alb. orn. 1. *p.* 37. *t.* 39. Merula torquata.

Habitat in sylvis montanis.

DESCR. *Rostrum* flavescens apice nigro. *color* corporis niger. *annulus* albus collum cingit. *Remiges* 1 2 3 4 5 6 7 8 lineola alba a latere exteriori. *abdamen*, *femora* & *urthopygium* teguntur pennis albescente lineola cinctis.

186. TURDUS nigricans, rostro flavescente, torque fusco.

Will. orn. 144. *t.* 38. Merula montana.

Raj. av. 65. *n.* 3. Merula saxatilis.

Habitat in montibus sylvaticis,

OBS. Rajus dubitat an specie, vel an sexu tantum a præcedente differat, licet torque albo careat.

187. **TURDUS** reſtricibus rufis, duabus intermediis cinereis fascia nigricante, proxima apice cinerea.

Will. orn. 145. t. 36. Merula faxatilis.

Raj. av. 63. n. 3. Merula faxatilis Sturni generis.

Alb. orn. 3. p. 51. t. 55. Merula faxatilis.

Suecis Lappskata, Olycksfogel.

Habitat in ſylvis acerofis, præſertim Lapponiæ ſylvaticæ, uti audaciſſima avis, quæ nobis prandentibus sæpe coram cibum abripuit.

DESCR. *roſtrum* nigrum, craſſum, breve, ſubtrigonum. *nares* ovate teſtæ ſetis. *Caput* fulcum. *dorſum* pallide cinereum plumis pinnatis, pinnis raris nec contiguis. *Remiges* 18 fuſcæ, baſi teſtaceo-ruſæ. *reſtrices* anteriores teſtaceo-ruſæ. *remiges* tres primæ per gradus breviores. *cauda* longitudine corporis integra teſtaceo-rubra exceptis intermediis duabus cinereis fascia nigricante. proxima utrinque apice cinerea, huic proxima vix apice cinerea. *reſtrices* caudæ teſtaceo-ruſæ. *Latera* teſtacea. *Pedes* nigri, poſtice firmo. ungue majore. *ungues* omnes compreſſi, medio introrſum marginati. Apex *roſtri* utrinque emarginatus. *Lingua* emarginata, lobis bifidis.

188. **TURDUS** reſtricibus nigris, extimis margine inferiore apice albicantibus, capite cano.

Gefn. av. 753. Turdus pilaris.

Aldr. orn. l. 16. c. 1. Turdus pilaris.

Will. orn. 138. t. 37. Turdus pilaris.

Raj. av. 64. n. 3. Turdus pilaris.

Alb. orn. 1. p. 34. t. 36. Turdus pilaris.

Charl. onom. 83. Turdus trichas.

Merr. pin. 76. Trichas.

Suecis Kramsfogel.

Habitat in ſylvis, maximis in arboribus nidificat. edit baccas juniperi; alebatur Holmiæ ab œnopola; bibebat e vitro vinum cum hoſpitibus, capite calveſcebat; at dein per annum caveis incluſa, nec vino pota, plumas in capite recuperabat.

DESCR. *Magnitudo* Turdi primi. *Caput* ſuperne ut & regio urthopygii caena. *dorſum* & *reſtrices* alarum fuſco-ferruginea. *Remiges* & *reſtrices* fuſcæ. *Pectus* a gula ad ſternum ſubterrugiſteum maculis nigris adſperſum, quarum gulæ propiores oblongæ minores, ſterno vero propiores latiores. *venter* albus, maculis fuſcis paucis. *roſtrum* modice convexum: *mandibula* ſuperior vix inferiori longior, apice nigro utrinque emarginato: *maxilla* inferior maxima parte ſlava. *nares* ovate. *Lingua* cartilaginea, ſagittata,

bifida. *Macula nigricans* inter oculos & rostrum. *Cauda bifurea*. alarum *rectrices* subtus albæ. *remiges* nigricantes margine *exteriore* subcinereo. *Rectrices* nigræ, *extimo*, laterali margine *interiore* apicem versus albicante. *Pedes* nigricantes.

189. **TURDUS** alis subtus ferrugineis, linea supra oculos albicante. *musculus fundus iliacus*.

List. apic. 128. Turdus alter minor.

Will. orn. 138. t. 37. Turdus simpliciter dictus f. viscivorus minor.

Raj. av. 64. n. 2. Turdus viscivorus minor f. simpliciter dictus.

Alb. orn. 1. p. 33. t. 35. Turdus iliacus.

Smolandis Klera. *Ostrogobis* Klädra.

Habitat in sylvis acerosis, e quarum summo cacumine tempore veris egregie cantillat, nidificat in mediis arbusculis f. sepibus. Ova 6, cæruleo-viridia maculis nigris variis.

DESCR. Corpus supra totum cinereo-fuscum. Linea alba, a rostro supra oculos ducta, recta. Pectus pallido-flavescentibus maculis fuscis. venter albus paucis maculis. cauda obruta vix forcipata. nares semirectæ. Lingua apice bifido lacero. rostrum nigrum basi flavescentibus. Rectrices fuscæ immaculatæ unicoloribus. rectrices inferiores caudæ albæ. Remiges fuscæ, latere interiore versus basin rufescentes. rectrices alæ inferiores ferrugineæ.

Alauda.

190. **ALAUDA** rectricibus extimis duabus extrorsum longitudinaliter albis, intermediis interiori latere ferrugineis.

Gesn. av. 78. Alauda sine crista.

Aldr. orn. 1. 18. t. 12. Alauda non cristata.

Will. orn. 149. t. 40. Alauda vulgaris.

Raj. av. 69. n. 1. Alauda vulgaris.

Alb. orn. 1. p. 39. t. 46. Alauda vulgaris.

Succis Larka.

Habitat in arvis continuo volatur:

Ece suum tirile tirile, suum tirile tractat.

DESCR. Rostrum convexum, tenue: maxilla subæquales. Lingua sagittata, apice membranacea, acute bifida. unguis posterioris digitorum intermedium longitudine superat, rectius; laterales unguis inflexi; intermedius satis magnus est. Cauda bifurca. rectrices 12. remiges 18, quarum 4 anteriores subæquales. Corpus totum fusco-testaceum pennis fuscis margine extimo testaceo-pallido. Abdomen albicans. remiges fuscæ. Rectrices nigræ, at extrema (1) alba margine interiore fusco; proxima (2) fusca margine exte-

exteriore longitudinaliter albo. *remiges* primores integræ, secundariæ e-marginatæ apicibus obfolere albicantibus. *Rectrices* uti *remiges* fuscæ, sed duæ utrinque longitudinaliter albæ.

191. ALAUDA lineola superciliarum alba, rectricibus duabus extimis introrsum albis.

Aldr. orn. l. 18. c. 15. Alauda pratorum bellonii.

Will. orn. 150. Alauda pratorum aldr.

Raj. av. 69. n. 3. Alauda pratorum.

Habitat in pratis; arboribus etiam insidet.

DESCR. Corpus supra, ut & caput, dorsum, *rectrices* alarum, *pectus* scolopacina s. griseo fusco maculata. *venter* albicans. Lineola alba supra oculos. *Remiges* fuscæ. *Pedes* & *rostrum* pallida. *unguis* posticus longus, rectus. *Rectrices* æquales, nigricantes, exceptis duabus utrinque (1 2) extimis margine interiore longitudinaliter albis.

192. ALAUDA rectricibus fuscis, prima oblique dimidiato-alba, secunda macula cuneiformi alba.

Will. orn. 149. Alauda arborea.

Raj. av. 69. n. 2. Alauda arborea.

Habitat in arboribus, volitat gregatim cantando.

DESCR. *Rostrum* supra nigrum. Tota avis supra cinerea fusco-maculata. *Remiges* & *rectrices* fuscæ. *collum* subtus flavescens maculis fuscis. *pectus* & *abdomen* albicantia. *Rectrices* fuscæ, sed 1 dimidiato alba sed oblique, at apex totus albus, quæ albedo angustior versus marginem exteriorem. *rectrix* 2:da apice alba macula cuneiformi. *calcar* longitudine *digiti*.

193. ALAUDA gula pectoreque flavescente.

Will. orn. 150. Alauda minor campestris.

Raj. av. 70. n. 6. Alauda minor campestris.

DESCR. *Magnitudo* & *facies* Passeris Ligurini dicti. *Corpus* supra, *caput*, *dorsum* grisea maculis nigris s. fuscis more scolopacum. *Gula* *pectus*que flavescunt. Linea flavescens supra oculos versus occiput a rostro ducta. *abdomen* albicans. *rectrices alarum* nigro-fuscæ albo maculatæ. *remiges* fuscæ. *rectrices* æquales, fuscæ, a basi ad medium omnes albæ, exceptis duabus intermediis. *unguis* posticus intermedio paulo longior. *rostrum* & *pedes* nigra.

194. ALAUDA remigibus albis; primoribus extrorsum nigris, rectricibus nigris: lateralibus tribus albis.

Mart. spitzb. 53. t. K. f. B. Avis nivalis.

Acad. stockb. 1740. p. 368. t. 1. f. 9. Alauda remigibus albis, primoribus extrorsum nigris; rectricibus nigris, lateralibus tribus albis.

Art. upf. 1736. p. 11. n. 16. Passer alpino-Lapponicus s. nivalis.

Alb. orn. 2. p. 50. t. 54. Pied Chaffinch.

Suecis Snösparf. *Lapponibus* Alaipg. *Dalekarlis* Illwärsfögel.

Habitat in alpibus Lapponicis æstate, descendit ad nos interdum hyeme. Caro sapidissima. Curfitat, nec arboribus infidet.

DESCR. Caput, pectus, collum alba vel albæ-testacea. corpus fubrus album vel albicans. dorsum nigrum. variat sexu & anni tempore ex albo in testaceo colore. nigredo constans est. alæ complicatæ albæ apicibus versus terram nigræ, nec non macula nigra ad flexuram.

Remiges 1-8 versus basin albæ, versus apicem nigræ, quo magis introrsum, cetera minus nigræ.

9-15-totaliter albæ; 16 tota nigra apice alba vel testacea.

Rectrices 1 2 3 10 11 12 albæ, macula lineari nigra versus apicem rachis. 4 9 longitudinaliter latere exteriori albæ, interiori nigræ. 5 6 7 8 nigræ.

OBS. Rostro cum Fringillis convenit; pollicis ungue longiore & quod per terram curfitat ad alaudas proprius accedit.

β *Alb. orn. 3. p. 67. t. 71.* Fringilla montana.

Gesn. av. 798. Avis ignota a Piperino missa.

Aldr. orn. l. 8. c. 357. t. 15. f. 1. Fringilla albicans;

Will. orn. 187. t. 77. Montifringilla calcaribus alaudæ s. major.

Raj. av. 88. Montifringilla calcaribus alaudæ s. major.

Scanis Siölarcka.

Habitat in campestribus Scaniæ littoribus.

OBS. Præcedenti simillima est, sed minor & magis testacei coloris, uti præcedens æstate. *Locus* dein differt; hinc propono aliis eandem ulterius examinandam. forte præcedentis sola varietas. Hanc eandem cum præcedenti speciem esse statuit *J. Leche*.

Fringilla.

195. FRINGILLA remigibus antrorsum luteis: extima immaculata; reſtricibus duabus extimis toto reliquisque apice albis.

Gesn. av. 242. Carduelis.

Aldr. orn. l. 18. c. 3. Carduelis.

Fonst. orn. 97. t. 37. Carduelis.

Will. orn. 189. t. 46. Carduelis.

Raj. av. 89. n. 1. Carduelis.

Merian. europ. t. 173. Carduelis.

Alb. orn. 1. p. 61. t. 64. Carduelis.

Suec

Suecis Stiglitza.

Habitat in juniperetis.

DESCR. *Rostrum* albicans apice nigro. *Caput* iuxta rostrum sanguineum, vertex niger; tempora testacea *alæ* nigrae, apicibus albis, macula magna flava deflexa in medio alæ. *Remiges* nigrae, quarum 1 tota nigra; 2-10 nigrae antrorsum luteae, 11-13 antrorsum albæ. *Rectrices* nigrae, quarum extrema utrinque medio alba, reliquæ apice albæ.

196. FRINGILLA capite nigricante maculato, macula alba pone oculos.

Alb. orn. 3. p. 59. t. 63.

Rudb. pict. *Carduelis* Lapponica.

Habitat Tornœ.

DESCR. *Rostrum* luteum apice nigro. *Caput* nigrum. linea alba pone oculos orta, descendit incurvata ad collum; *collum* a tergo rufescens. *dorsum*, *alæ*, *cauda* cinerea cum testacei tinctura: *Pectus* albidum macula longitudinali nigra. *Cauda* bifida.

197. FRINGILLA fusca, pectore alarumque basi ruffis, alis nigris macula ruffa.

Rudb. pict. *Carduelis* Lulensis.

Habitat Lulœ in Westrobotnia.

DESCR. *Caput* cinereo-nigrum, ut & *dorsum* & *cauda*. mentum macula alba. *venter* albicans. *Pectus* rufum. *alarum* basis rufa, quam macula nigra transversa, dein rufa, tum iterum nigra, demum alba excipit. *Remiges* nigrescunt. *Rostrum* fuscum.

198. FRINGILLA alarum basi subtus flavissima.

Rudb. pict. *Carduelis* angermannica.

Jonst. orn. 99. t. 38. Montifringilla mas.

Will. orn. 187. t. 45. f. 5. Fringilla montana s. Montifringilla.

Raj. av. 88. Fringilla montana.

Alb. orn. 3. p. 60. t. 64. Montifringilla.

Suecis Norrquint.

Habitat in sylvis acerosis præsertim *Norlandia*.

DESCR. *MAS* supra niger marginibus pennarum obsolete ferrugineis. *Abdomen* album. *Pectus* fulvo-ferrugineum seu aurantium ut & alarum basis extus. alarum basis vero subtus saturatissime flava est. Sub ano obsolete ferruginea. *Remiges* nigrae margine exteriori albedo; 4 & insequentes, versus basin, exteriori latere, dimidiato albæ. *Rectrices* nigrae, sed 1 1 margine exteriori, præsertim basin versus, albæ. *digitus* posticus intermedio vix longior.

FÆMINA fusca ubi ille canus. illa cinerea ubi ille rufus. sub alæ basi etiam illa late flavicat. illa pone anum obsolete ferruginea. *Rectrices* & *Remiges* uti in mare.

199. FRINGILLA artubus nigris; remigibus utrinque albis, tribus primis immaculatis; rectricibus duabus oblique albis.

Gesn. av. 387. Fringilla.

Aldr. orn. l. 13. c. 6. Fringilla.

Will. orn. 186. t. 45. f. 4. Fringilla.

Raj. av. 88. Fringilla.

Alb. orn. 1. p. 60. t. 63. Fringilla.

Suecis Fincke, Bofinck.

Habitat ubique per Sueciam, nidificans in arbusculis. Fœmina migrat per hyemes, mas permanet. 7.

Leche.

DESCR. maculis purpureis a præcedenti differt hæc species. MAS pectore rubicundo a femina differt.

Rostrum plumbeum. Caput canum. dorsi posterior pars cinereo-viridis, anterior vero grisea; at regio oculorum, gula, pectus, latera ferruginea sunt. Collum eadem rubescitæ cingitur. ala nigra macula triplici alba, alia ciliatæ ad flexuram alæ, alia in medio e rectricibus; tertia sub hac in remigibus minima.

Rectrices alarum nigrae apicibus albis; sunt etiam ad basin albæ.

Remiges omnes nigrescentes: latere inferiore, præsertim versus basin, albæ; omnes, tribus primis exceptis, versus basin in latere anteriore alba macula notatæ. secundariæ remiges etiam margine exteriori linea alba aut flavescente supra medium exorata.

Rectrices fere æquales nigrae; harum exteriores 2 macula obliqua alba in penna extrema majore: par intermedium rectricum cinereum est.

FÆMINA, non fallax, est sequens; Rostrum plumbeum. Corpus totum supra cinereo-virescens, subtus albicans. Remiges nigrescentes; omnes (exceptis tribus primis) basi utrinque albæ & margine interiore albescentes. Cauda forcipata, Rectrices nigrescentes, intermedio pari virescente, sed extremis 1, 2 versus apicem macula obliqua cuneiformi alba, quarum exterior major.

200. FRINGILLA artubus, remigibus, rectricibusque nigris: duabus utrinque extremis a medio extrorsum albis.

Habitat in arboribus.

DESCR. Rostrum fuscum. Caput cinereum, temporibus subbrunneis. Cauda nigra, rectricibus duabus utrinque extremis a medio extrorsum albis. alarum basis alba, dein rectrices nigrae, iterum albæ. Remiges nigrae. Dorsum brunneo-cinereum. uropygium viride. venter brunneo-carneus. unguis pollicis reliquis paulo longior.

201. FRINGILLA fusca, crista flammæa. *Rudb. pict.*
Habitat in Norlandia.

202. FRINGILLA remigibus primoribus antice luteis; rectricibus tribus lateralibus basi luteis. *Gesn.*

Gesn. av. 259. Chloris.

Will. orn. 129. t. 44. Chloris.

Raj. av. 85. n. 4. Chloris.

Alb. orn. 1. p. 56. t. 58. Chloris.

Suecis Swenka.

Habitat in sepibus. ova sex maculis sanguineis adspersa.

DESCR. *Rostrum* conicum. *Lingua* integra, cartilaginea. *Corpus* cinereo-testaceum, subtus magis luteum, at maris ætate vitide, abdomine flavo, alæ & cauda nigra. *Remiges* primores 7 antice luteæ, magis versus inferiorem pennarum partem, pone omnes albicantes. *Rectrices* utrinque 1 2 3 a medio basin versus luteæ, apicem versus nigricantes, at 4 5 6 nigricantes margine exteriori flavescente. *nas* pectore flavo.

203. FRINGILLA remigibus medio luteis: primis quatuor immaculatis; rectricibus duabus extimis, reliquisque apice, albis.

Gesn. av. 1. Achantus avicula.

Aldr. orn. 353. t. 14. f. 28. Spinus f. Ligurinus.

Jonst. orn. t. 37. Ligurinus spinus.

Cbarl. 79. Spinus f. Ligurinus.

Will. orn. 192. t. 46. Spinus f. Ligurinus.

Raj. av. 91. n. 1. Spinus f. Ligurinus.

Alb. orn. 3. p. 71. t. 76. Ligurinus.

Suecis Siska, Grönsiska.

Habitat in juniperetis.

DESCR. *Corpus* supra cinereo-luteum, ita ut omnis pennis interius cinerea, exterius lutea macula nigricante. *Corpus* subtus cinereo-album macula in singula penna nigricante. *gula* albo-flavicat. *remiges* nigre circa basin antierius flavæ, posterius albidæ; hinc lutea macula in ala, at primæ pennæ quatuor totæ nigre. *Rectrices* luteæ apicibus nigris, sed singulæ utrinque extimæ & duæ intermediæ totæ nigre.

204. FRINGILLA fusca, rostro flavicante. *Rudb. pict.*

Suecis Riska.

DESCR. *Corpus* cinereo-nigrum, antecius tamen dilutius fuscum. *Pedes* atrii. alæ nigre. *Cauda* bifurca.

205. FRINGILLA rectricibus nigricantibus, extimis duabus latere interiore alba acuminata macula.

Bellon. av. Hortulanus.

Aldr. orn. Luteæ alterum genus.

Turn. hist. Chloris f. Lutea aristotelis.

Gesn. av. 653. Emberiza flava.

Merr.

Merr. pin. 176. Citrinella.

Will. orn. 196. t. 40. Emberiza flava.

Raj. av. 93. n. 2. Emberiza flava.

Alb. orn. 1. p. 63. t. 66. Emberiza flava.

Suecis Gröning. Smolandis Golfpinck.

Habitat ubique apud nos, nidificat in pratis humi.

DESCR. Corpus griseo-flavum. Caput flavum. rectrices nigricantes, quarum duæ laterales utrinque apicibus introrsum albis. *urrhopygium* ferrugineum. Corpus subtus flavum. maxilla superior nigra, inferior pallida.

206. FRINGILLA grisea nigro maculata.

Gesn. av. Emberiza alba.

Aldr. orn. Alaudæ congener.

Raj. av. 93. n. 1. Emberiza alba.

Will. orn. 195. t. 40. Emberiza alba.

Alb. orn. 2. p. 46. t. 50. Emberiza alba.

Suecis Kornlärcka.

Habitat in agris & cultis Scanix. *D. Leche.*

DESCR. Rostrum præcedentis, sed majus. dorsum ferrugineum nigro maculatum, maculis acutis. Remiges nigricantes margine exteriori albescente. Rectrices nigro-fuscæ margine albescente. Collum & pectus albescentia maculis linearibus nigris.

207. FRINGILLA rostro corporeque albicante, rectricibus remigibusque virescentibus.

Gesn. av. 240. Canaria.

Jonst. orn. t. 36. Passer canariensis.

Will. orn. 192. t. 46. Passer canariensis.

Raj. av. 91. n. 6. Passer canariensis.

Alb. orn. 1. p. 62. t. 65. Passer canariensis.

Suecis Canarie - fogel.

Habitat in Canariis s. Fortunatis insulis; in caveis culta, apud nos profapie peregrina avis, victitans phalaridis & cannabis seminibus.

208. FRINGILLA remigibus nigris: primis tribus margine albidis; rectricibus nigris: lateralibus duabus extrorsum albis.

Gesn. av. 567. Hortulana.

Jonst. orn. t. 37. Hortulanus.

Will. orn. 197. t. 40. Hortulanus.

Raj.

Raj. av. 94. n. 6. Hortulanus.

Habitat in Suecia, transmigrans mense martio.

DESCR. Corpus ex nigro & testaceo variegatum. annulus pallidus oculos ambit. collum virescens. venter testaceus. Gula flava. Pectus pallidum. Remiges 16 nigrae, tribus primis margine albidis. Rectrices 12 nigrae: duabus utrinque extrorsum albis.

209. FRINGILLA remigibus nigris: primoribus margine utroque albis; reatricibus nigris utroque margine albis.

Will. orn. 191. t. 46. Linaria rubra major.

Raj. av. 90. n. 2. Linaria rubra major.

Alb. orn. 3. p. 68. t. 72. 73. Linaria rubra major.

Suecis Håmpling.

Habitat in sylvarum nemoribus.

DESCR. Caput cinereum. Dorsum griseum. Corpus subtus pallidum. Pectus & vertex (in mare) sanguinolenta. Remiges nigrae, primores 1-9 margine utroque albæ; secundariæ vero anteriore margine fuscae apice albidæ. Cauda bifurca. Femina caret macula sanguinea verticis & capitis. Rectrices nigrae utroque margine albæ, exceptis 6 6 margine fuscis.

210. FRINGILLA remigibus reatricibusque fuscis margine obsolete pallido, litura alarum albida.

Gesn. av. 591. Linaria rubra.

Aldr. orn. 1. 18. c. 9. Linaria rubra.

Will. orn. 191. Linaria rubra minor.

Raj. av. 91. n. 3. Linaria rubra minor.

Charl. onom. 80. Linaria rubra.

Alb. orn. 3. p. 70. t. 75. Linaria rubra minor.

Suecis Gråsfiska.

Habitat in alnetis.

DESCR. MAS pectorè & vertice sanguineo a Femina differt. Corpus fusco alboque obsolete cinereum. frons coccinea nitens. Rectrices fuscae margine obsolete pallido. Remiges fuscae exteriori margine obsolete pallido: tegetes lituram transversalem alarum albicantem efficiunt.

211. FRINGILLA capite nigro, maxillis rufis, torquæ albæ, corpore ruffo-nigricante.

Gesn. av. 652. Passer aquaticus f. Schoeniclos.

Aldr. orn. 529. Junco f. Passer arundinaceus.

Will. orn. 196. Passer torquatus in arundinetis nidificans.

Raj. av. 93. n. 3. Passer torquatus in arundinetis nidificans.

Sue-

Suecis Sâffparf.

Habitat in arundinetis.

DESCR. *Rostrium* nigrum. *Color* supra caput, oculos & aures, inque gula & pectore niger. latera capitis & circum nigredinem capitis albus color; nucha pallide cinerea; in dorso & supra collum nigro maculata est. *Remiges* nigrae margine exteriori ferrugineo. *Rectrices* nigrae, quarum 66 margine cinereo; sed 1 1 latere exteriori toto, & interiore dimidio alba; 2 2 apice lateris interioris alba est. *urropygium* cinereum, *abdomen* album.

212. FRINGILLA remigibus reëtricibusque fuscis; gula nigra; temporibus ferrugineis.

Gesn. av. 643. Passer.

Will. orn. 182. t. 44. Passer domesticus.

Raj. av. 86. Passer domesticus Struthos.

Alb. orn. 1. p. 59. t. 62. Passer domesticus.

Suecis Tâtting, Grâsparf. *Smolandis* Spinck.

Habitat in hortis & juxta domos.

DESCR. *Dorsum* testaceo-fordidum. *Caput* supra canum. *Gula* nigra, *venter* albicans, *Remiges* fuscaë. *Cauda* bifurca. mas ad aures brunneus? fæmina ibidem incana.

Varietas huius est forte PASSER MONTANUS ALDR. cui

DESCR. *Caput* spadiceum. *dorsum* pallido nigroque varium. *urropygium* viridi-cinereum. *Gula* nigra. *Pectus* & *abdomen* albicantia. *Remiges* fuscaë, margine exteriori lutescentes, subæquales. *Rectrices* caudæ integræ fuscaë. *rectrices* alarum duplici ordine remigibus concolores, apicibus maxima ex parte albidis *pedes* pallidi.

Certhia.

213. CERTHIA

Gesn. av. 251. Certhia.

Aldr. orn. l. 12. c. 44. Certhia.

Jonst. orn. t. 42. Certhia.

Will. orn. 100. t. 23. Certhia.

Raj. av. 47. n. 5. Certhia.

Alb. orn. 3. p. 24. t. 25. Certhia.

Bell. ic. 98. a. Certhias, Certhius, Reptatrix.

Suecis Krypare.

Habitat in arborum truncis.

DESCR. *Rostrium* tenue, arcuatum, compressum. *Corpus*, *dorsum*, *cauda* supra grisea: maculis nigricantibus albidisque, subtus albicans. *Cauda* longa, rigida, angusta, cuneiformis, reëtricibus acutis, cinereo-fuscis. exteriori margine pallidiori. *urropygium* flavescens. *unguis* posticus longitudine digiti & longissimus. *Remiges* fuscaë 4-14 macula in media transversa albidâ. *Remiges* 1 23 sensim breviores. *Lingua* cartilaginea, acuminata, arcuata. *Nares* semirectæ absque vibrizis.

Motacilla.

214. MOTACILLA pectore nigro.

Bell. ic. 88. *b.* Motacilla, Culicilega, Sufurada.
Gesn. av. 618. Motacilla, quam nostri albam cognovimus.
Jonst. orn. 120. *t.* 43. Motacilla alba. (minant.
Anon. angl. 127. Water wagtail.
Will. orn. 171. *t.* 42. Motacilla alba.
Raj. av. 75. *n.* 1. Motacilla alba.
Alb. orn. 1. *p.* 47. *t.* 47. Motacilla alba.
Suecis Årla, Sâdesårla. *Sudermannis* Isfpiârna. *Ostro-*
botniensibus Wâsträckia.

Habitat ubique, ova 6 alba maculis fuscis confertis.

DESCR. Caput nigrum a vertice ad nucham. Frons, latera capitis, gula alba. Collum subtus a gula ad sternum macula magna nigra tegitur. Dorsum canum. Pectus & venter albida cum cinerei mixtura. Alæ fuscæ, quarum 1-5 longiores integræ, at 6-14 fere æquales obtusæ emarginatæ. 15 quæ longior & 16 margine anteriore albæ. Rectrices æquales fuscæ; 1 2 dimidiato albæ oblique versus apicem; 3 4 5 fuscæ immaculatæ; 6 angustior acutior (margine exteriori longitudinaliter albo in quibusdam.) Tibiæ & pedes nigri, ungue postico maximo. Rostrum tenue, nigrum; maxillis subæqualibus, superiore utrinque emarginata. nares oblonge nudæ. Lingua sagittata membranacea apice plurimis setulis lacero.

215. MOTACILLA pectore abdomineque flavo; rectricibus duabus exterioribus dimidiato oblique albis.

Gesn. av. 618. Motacilla flava.
Aldr. orn. 1. 17. *c.* 24. Motacilla flava.
Will. orn. 172. *t.* 68. Motacilla flava.
Raj. av. 75. *n.* 2. Motacilla flava.
Merr. pin. 178. Motacilla flava; rostro longiusculo nigricante.
Alb. orn. 2. *p.* 54. *t.* 58. *f.* 1. 2. Motacilla flava.
Sudermannis Sâdesårla.

Habitat passim apud nos in sepibus. nidificat inter segetes; ova 5 maculis & lineolis fuscis.

DESCR. Gula, postus, abdomen a rostro ad caudam subtus saturate flava. Caput supra canum cum viridi mixtura. irrhopygium viride. linea alba a rostro per oculos ducta. alæ fuscæ. Remiges 1-5 longiores, acutiores, sensim breviores; 6-14 æquales, obtusæ, breviores, emarginatæ, at 15 similis magnitudine & figura 5:æ, sed 16 longitudine 1; mæ margine anteriore alba. Rectrices æquales fusco-nigricantes, quarum 1-2 dimidiato oblique versus apicem albæ; sed 3 vix apice antrosum albicans; reliquæ 4 5 6 immaculatæ nigro-fuscæ. Rostrum subulatum nigrum. Lingua in quatuor vel quinque setas divisa, acuminata. Pedes fusci, ungue postico reliquis omnibus duplo longiore.

216. MOTACILLA pectore albo, corpore nigro.

Gesn. av. 609. Merula aquatica f. Miliaria.

Jonst. orn. t. 53. Merula aquatica.

Will. orn. 104. t. 24. Merula aquatica.

Raj. av. 66. n. 7. Merula aquatica.

Alb. orn. 2. p. 36. t. 39. Merula aquatica.

Suecis Watnflare.

Habitat apud nos per integrum annum, hyemæ ad voragines fluviorum & cataractas degens, ubi fluenta descendit, insectis victitans, adscenditque dexteritate summa licet fissipes.

DESCR. Corpus nigrum: Caput & collum picea: reliquum corpus nigrum: a tergo pallido undulatum, singula enim penna infra apicem nigrum exalbida est. a rostro ad sternum avis nivea. *Remiges* nigræ apice vix manifeste albæ. *Rectrices* æquales, breves. *Tibiæ* antice albidæ. *Rostrum* nigrum. *Cauda* bifurca. *nares* nudæ, squamula testæ.

217. MOTACILLA dorso cano, fronte alba, oculorum regionibus nigris.

Will. orn. 168. t. 41. f. 4. Oenanthe f. Vitiflora?

Jonst. av. 123. t. 45. f. 13. Oenanthe aristoteli & plinio.

Raj. av. 75. n. 1. Oenanthe f. Vitiflora.

Alb. orn. 1. p. 53, t. 57. Oenanthe.

Suecis Stensquetta.

(scis raris.

Habitat inter lapides. ova 6 cærulescentia punctis fu-

DESCR. magnitudo Fringillæ Chlorei; *os*, *vibrizæ*, *pedes*, *ungues*, *faux* nigra. Cinerea f. cana sunt *caput*, *dorsum*, versus urrhopygium tamen virescens. *abdomen* album. *Frons* albicat. a rostro per oculos ad aures linea lata nigra; supra oculos (in mare) macula alba. *Gula* & *collum* subtus albo levissime flavescens. *Remiges* omnes fuscæ, immaculatæ. *Rectrices* a medio apicem versus fuscæ, basin versus albæ; albedo tamen nigredine longior; *atrectrices* 6, 7 (intermediæ) longiore nigredine quam albedine gaudent. *urrohopygium* utrinque album.

vidimus hujus *varietatem* alis atris, remigibus secundariis apice albis.

218. MOTACILLA nigricans, superciliis albis, macula alarum alba, gula flavescente.

Aldr. orn. 735. Muscicapa tertia.

Bellon. av. . . . Rubetra.

Raj. av. 76. n. 4. Oenanthe nostra tertia.

Will. orn. 169. t. 41. f. 5. Muscicapa nostra tertia.

DESCR. *Rostrum* nigrum. *Caput* fuscum; lineâ a naribus per oculos alba, sub qua nigra fascia. *Gula* alba. *Collum* & *Pectus* subtus dilute ferruginea. *abdomen* album. *Dorsum* & *urrohopygium* constat pennis fuscis margine griseis. in alis macula magna alba extrorsum nigra. *remiges* fuscæ; primores

1-8 margine postico & basi albæ. *Rectrices* fuscæ a medio basin versus albæ, exceptis duabus intermediis omnino fuscis. magnitudo Passeris domestici. *rectrix* extrema exteriori margine fere usque ad apicem alba est.
OBS. Raj. av. 76. *Oenanthe secunda nostra* s. *Rubecola* vix ab hac specie differt.

219. MOTACILLA pectore abdomineque pallido, re-
ctricibus extrorsum albis, dorso undulato.

Alb. orn. 3. p. 50. t. 54. Femina *œnanthes* s. *vitifloræ*.
Habitat in sylvis apricis.

DESCR. *Caput & collum* cinereum maculis parvis pallidis adpersum. *Dorsum* cinereo-griseum nigro undulatum. *pectus & abdomen* pallida. *alæ* clausæ ferruginæ maxima ex parte sunt. *Remiges* primariæ nigrae apicibus obsolete ferrugineis; secundariæ margine anteriore & apice ferruginæ. *Rectrices* a medio apicem versus nigrae, ipsis apicibus obsolete ferrugineis; harum remigum par intermedium magis nigrum quam album. *Pedes & rostrum* nigra. an specie diversa ab *œnanthe* 217?

220. MOTACILLA pectore cæruleo macula flavescente
albedine cincta.

Rudb. pict. Avis Carolina mas.

Gesn. av. 796. Wegflecklin.

Aldr. orn. 749. Phœnicuro similis ornithologo.

Will. orn. 160. Rutililla 3. Wegflecklin.

Raj. av. 78. Rutililla wegflecklin.

β *Gesn. av.* 796. Wydengyckerlin.

Rudb. pict. Avis Carolina femina.

Habitat *Tornœ & alibi in Westrobotnia & Lapponia* in
salicetis & alnetis.

DESCR. MAS. Magnitudo Fringillæ Ligurini. *Caput, dorsum, Cauda* cinerea. macula ad canthum oculi majorem alba parva. a rostro ad sternum usque macula cærulea ovata, extremitate angustiore gulam respiciente: margo maculæ hujus undique undulatus est; ad sterni initium terminatur macula luteo-fusca; in maculæ medio macula rotunda, luteo-fusca, albo cincta. *venter & pectus* albicant. sub ano lutescit. *pedes* cinerei.

FÆMINA antecedenti mari similis, sed dilutior, insuper macula non ad canthum oculi, sed loco superciliorum oblonga. a gula ad sternum cinerea, sed in hujus medio alba macula; intra hanc ad sternum velut fusco cinereo nebulosa.

221. MOTACILLA ruffo - cinerea, genuum annulis ci-
nereis.

Gesn. av. 592. Luscinia.

Aldr. orn. l. 18. c. 2. Luscinia.

Jonst. orn. t. 45. Luscinia.

Will. orn. 161. t. 41. Luscinia s. Philomela.

Raj. av. 78. n. 2. Luscinia s. Philomela.

F 2

Alb.

Alb. orn. 3. p. 49. t. 53. Luscinia.

Suecis Näcktergahl.

Habitat in nemoribus *Olandiæ*, *Gotlandiæ*, *Scaniæ*,
Swartfjöländet, *Fullerön*, *Upsaliæ*, *Sigtunæ* & alibi.

Tanta vox? tam parvo in corpore? tantus spiritus?

Spiritu prius deficiente quam cantu. *Plin.*

DESCR. Color supra testaceo-fuscus, qui color magis rufescit in alis, adhuc magis in cauda. *Gula*, *pectus*, *abdomen* cinerea. *Cauda* subtus albicans. *Femora* alba; *genae* quasi annulis cinereis cincta.

OBS. LUSCINIA MINOR. *Aldr. orn.* 754. *Jonst. orn.* t. 45. inter Suecicas aves a Rudbeckio delineatas reperitur, quam non dum observavi.

222. MOTACILLA testaceo-fusca, subtus pallide testacea, capite maculato.

Schænobænus, *D. Leche*.

Habitat inter Scirpos Scaniæ.

DESCR. Magnitudo Reguli. *Iris* nigro-fusca. *Pedes* subfusci. digitus interior intermedio adnexus. *Tibiæ* 17 incisuris. *Cauda* integra. Color *dorsis*, *Capitis*, *urhopygii* testaceo-fuscus, sed maculatus in dorso & præsertim capite. *Gula*, *abdomen*, *Femora*, *Cauda* subtus pallide testacea. *Cauda* fusca. *Alæ* fuscæ margine exteriori testaceo.

223. MOTACILLA supra griseofusca, tectricibus alarum apice albis; pectore cærulescente - cinereo.

Suecis Järnsparf.

Habitat in arundinetis, præsertim Septembri obvius; in caveis egregie cantillat tempore vernali & currit admodum agilis victitans feminibus cannabinis.

DESCR. *Caput* & *Dorsum* maculis nigricantibus acutis adpersa, quarum maculæ minores & confertiores in capite & collo, quam dorso. *oculi* purpurascetes. in *gula* & *pectore* supra oculos & aures color cæruleo-cinereus. *Remiges* fuscæ latere exteriori ferrugineæ; in secundariis macula oblonga albicans ad lateris exterioris apicem. *Rectrices* fuscæ margine testaceo. *urhopygium* testaceo-cinereum. Color sub cauda albus maculis acutis fuscis.

224. MOTACILLA gula nigra, abdomine rufo, capite dorsoque cano.

Raj. av. 78. n. 5. Rusicilla.

Will. orn. 159. Rusicilla, Phænicurus Græc.

Alb. orn. 1. p. 48. t. 50. Rusicilla.

Suecis Rödftjert.

Habitat in arboribus frondiferis, nidificans in cavis arborum & parietum, egregie cantillans.

DESCR. *Pectus*, *urhopygium*, *Cauda* rufa. *Caput*, *collum*, *dorsum* cinerea.

frons

frons alba. Gula & maxillæ sub oculis nigra. Rectrices duæ intermediæ fuscæ. Fœmina capite & collo cinerea, pectore magis pallida. abdomen album, remiges fuscæ.

225. MOTACILLA remigibus cinereis; reëtricibus rubris, intermediis duabus cinereis.

Habitat in pratorum arboribus. ova 9 viridi-cærulea.

DESCR. Caput supra canum. Dorsum, Alæ, Remiges cinereæ. Gula, thorax, abdomen, urrhopygium, reëtrices rufa s. ferruginea. Reëtrices duæ intermediæ cinereæ margine medio exteriori parum rufescentes. Pedes nigri. macula nulla sub gula aut in sincipite; nec supercilia alba. an præcedentis fœmina?

226. MOTACILLA grisea, gula pectoris fulvis.

Alb. orn. 1. p. 49. t. 51. Rubeculus.

Will. orn. 160. t. 38. Rubecula s. Erithacus.

Raj. av. 78. n. 3. Rubecula s. Erithacus.

Suecis Rotgel.

Habitat in arboribus frondiferis ad paludes, optime cantillans.

DESCR. A rostro ad sternum luteo-rufa. Dorsum, Alæ & Cauda grisea: venter albicans. unguis posticus longior. Remiges & Reëtrices cinereo-fuscæ. reëtrices (remigum posteriorum) sex apice maculis ferrugineis. Cauda æqualis. Rostrium & Pedes fuscæ.

227. MOTACILLA cinerea; remigibus nigricantibus; reëtricibus rufis: intermedio pari nigro extrorsum rufescente.

Habitat in arboribus foliosis.

DESCR. Pectus minime rufum: gula cum capite concolor. Cauda rufa. Corpus supra cinereum cum capite, collo, dorso. Pectus ad latera subluteum. abdomen albicans. Remiges nigricantes. Reëtrices æquales, ferrugineo-rufæ, excepto pari intermedio nigricante, latere exteriori rufo. Pedes & rostrum nigra.

228. MOTACILLA supra cinerea, infra alba; reëtrice prima longitudinaliter dimidiato-alba, secunda apice alba.

Suecis Skogsknetter, Mesar.

Habitat in sylvis & nemoribus.

DESCR. Caput, collum, dorsum, alæ, urrhopygium, cauda (verbo tota avis supra) cinerea. Gula, collum, abdomen, pectus, cauda subtrus (i. e. tota avis subtrus) alba. Remiges cinereo-fuscæ. Reëtrices cinereo-fuscæ, sed extrema dimidiato-alba secundum totam longitudinem a latere exteriori. Reëtrix secunda apice alba, reliquæ immaculatæ. vix Regulo 236 major.

229. MOTACILLA testacea, subtrus subcinerea, pileo obscuro.

F 3

Aldr.

Aldr. orn. l. 17. t. 36. Atricapilla f. Ficedula.

Jonst. av. t. 45. Atricapilla f. Ficedula.

Will. orn. 162. t. 41. Atricapilla f. Ficedula.

Raj. av. 79. n. 8. Atricapilla f. Ficedula.

Habitat præsertim in *Scania*.

DESCR. MAS vertice nigricat; dorsum testaceum. subtus cinereus.

FEMINA vertice luteo rufescit; corpore toto etiam luteo rufescit; subtus dilute albicat.

230. MOTACILLA remigibus nigricantibus: extimo dimidiato extrorsum albo; macula alarum alba.

Jonst. av. t. 45. f. ult. Ficedula f. Atricapilla alia.

Habitat in *Scaniæ fagetis*. *D. Leche.*

MAS a femina colore differt, marem depingit Jonstonus.

MAS supra capite, dorso, alis, cauda, rostro, pedibus niger. Infra gula, collum, thorax, abdomen alba. macula magna in medio alarum alba ex remige ultimo & duabus tectricibus exteriore latere albis. Supra rostrum macula parva alba. rectrix extimas latere exteriore albo.

FEMINA fusco-grisea est ubi mas niger; pectus antice subgriseum. macula nulla frontis.

231. MOTACILLA subfusca, subtus alba, pectore cinereo maculato.

Will. orn. 163. Ficedula quarta.

Raj. av. 81. n. 12. Ficedula.

List. apic. 125. Ficedula.

Charl. onom. 81. t. 81. Ficedula.

Alb. orn. 3. p. 25. t. 26. Ficedula cannabina.

Habitat in hortis & cultis rarius.

DESCR. Color supra totus e fusco castaneus. subtus alba aut albo-cinereus.

232. MOTACILLA grisea, alis nigro cinereoque undulatis.

Gesn. av. 651. Passer troglodytes.

Aldr. orn. l. 17. c. 4. Passer troglodytes Bellonii.

Will. orn. 164. t. 42. Passer troglodytes.

Raj. av. 80. Passer troglodytes.

Habitat rarior apud nos; nidificat in terra & sepibus.

DESCR. Avis supra castanei coloris; subtus pallidior. abdomen lineolis transversis fuscis undularum. Cauda integra. alæ cinereo-nigricantes nigro undulatae.

233. MOTACILLA supra fusca, subtus exalbida; macula pone oculos grisea.

Gesn. av. 370. Curruca.

Jonst. av. Hippolais s. Curruca.

Aldr. orn. l. 17. c. 34. Hippolais s. Curruca.

Will. orn. 157. Curruca Eliolæ.

Raj. av. 79. n. 6. Curruca.

Suecis Kruka.

Habitat præsertim in terra argillosa, ova ponens cinerea maculis ferrugineis.

234. MOTACILLA virescente cinerea, artubus fuscis, subtus flavescens, abdomine albido.

Raj. av. 79. n. 7. Ficedula septima aldrovandi.

Habitat in arboribus.

DESCR. forte præcedentis est Fæmina. Corpus supra cinereum, subtus cinereo-albicans. Gula alba, alæ clausæ supra ferrugineæ. Remigis margine exteriori ferrugineæ sunt. Rectrices cœquales vel exteriores paulo breviores, fuscæ omnes, sed 1:na extrorsum pallida, 2:da apice pallida; reliquæ vix manifeste pallidæ.

In altera auctorum, quæ forte mas est, color cinereus magis e cinereo flavescens.

235. MOTACILLA remigibus secundariis exteriori margine flavis, medio nigris.

Gesn. av. 643. Parus sylvaticus.

Aldr. orn. l. 17. c. 1. Regulus.

Jonst. orn. t. 42. Passerculus troglodytes.

Will. orn. 163. t. 41. Regulus cristatus.

Raj. av. 79. n. 9. Regulus cristatus.

Alb. orn. 1. p. 51. t. 53. Regulus cristatus.

Suecis Kongsfogel.

Habitat in arboribus non infrequens minima avis inter nostrates.

DESCR. Corpus supra griseo-virens, subtus dilutius. Remiges fuscæ 1 2 3 4 5 margine exteriori vix flavescens, reliquæ 6-16 in marginis exterioris medio nigræ, a medio extrorsum flavo-virescentes. Remiges omnes posteriore margine albescunt, & harum 12-16 etiam apice. Rostrum subulatum, nigrum. Lingua lacera. unguis posticus major. MAS macula magna verticis flava, in medio fulva, lateribus nigra.

236. MOTACILLA cinereo-virescens, subtus flavescens, superciliis luteis.

F 4

Aldr.

Aldr. orn. l. 17. c. 2. Regulus alius non cristatus.

Will. orn. 164. t. 42. Regulus non cristatus.

Raj. av. 80. n. 10. Regulus non cristatus.

Alb. orn. 2. p. 55. t. 59. Regulus non cristatus.

Habitat in salicetis; ova 5 alba rubris maculis.

DESCR. Corpus fusco-cinereo-virescens. linea sublutea a naribus supra oculos ad occiput. corpus subrus albo lutescens. *Remigum* tectrices inferiores e viridi flavescens. *Remiges* fuscae margine virescente, *Rectrices* similes remigibus. *Will.*

237. MOTACILLA dorso cinereo-virescente, remigibus fuscis: septimo, octavo, nono apicibus albis.

Habitat Upsaliæ.

DESCR. avicula, quam sub hac specie intellectam volo, sequenti gaudet colore. *Rostrum* tenue, flavescens, supra magis obscurum. *naves* ovato-oblongæ: vibrizæ fetis utrinque tribus nigris. *Caput, collum, dorsum, urropygium & alarum* tectrices cinerea levissime in viride transeuntia, ad flexuram alæ, præsertim subtus, viridi flavescens color saturator quam in reliquo corpore. *Gula, pectus, abdomen* alba, sed collum subtus parum viridi flavescit. *Pedes* fusco-pallidi uti rostrum. *Rectrices* fuscae. & *Cauda* forcipata. *Remiges* itidem fuscae, sed pennæ 7 8 9 summis apicibus vix manifeste albæ. *Lingua* fetis duabus instructa. faux flava. Supra oculos a rostri basi summa lineola pallide flavescens utrinque. *Facies* adeoque *Ligurini*, sed duplo minor. inquietissima est in arboribus & semper salic huc illucque.

Parus.

238. PARUS capite nigro, temporibus albis, nucha lutea.

Gesn. av. 640. Parus major.

Bell. ic. 95. a. Parus major.

Aldr. orn. l. 17. c. 13. Parus major.

Merr. pin. 178. Parus major.

Will. orn. 174. Fringillago s. parus major.

Raj. av. 73. n. 3. Fringillago s. parus major.

Alb. orn. 1. p. 44. t. 46. Fringillago s. Parus major.

Suecis Talg-oxe.

Habitat inter alnos.

DESCR. Corpus nigrum, splendens. Tempora infra oculos alba. *mentum* nigrum, quæ nigredo jungitur sub temporibus macula capitis. macula gulae appendicem nigrum versus pectus & ventrem recta demittit. nucha lutea. scapularum regio luteo-viridis. *Pectus & venter* flava. *alæ & cauda*, incana. *Remiges* nigricantes, margine exteriori pallidiori, excepta prima. *Linea* alba transversalis obliqua per alam decurrit. *Rectrix* 1 longitudinally extrorsum alba, at sexta utrinque cærulescens, reliquæ longitudinally extrorsum cærulescentes, introrsum nigricantes.

239. PARUS capite cristato.

Gesn. av. 642. f. med. Parus cristatus.

Aldr. orn. . . . Parus cristatus.

Will. orn. 175. t. 43. Parus cristatus.

Raj. av. 74. n. 6. Parus cristatus.

Alb. orn. 2. p. 53. t. 57. f. 2. Parus cristatus.

Succis Tofsmysla, Tofstita.

DESCR. Dorsum fusco-cinereum. *ala & cauda* nigro-cinerea. *venter* albus plumis introsum nigris. *caput* vertice pennis longioribus & surrectoribus gaudet; estque caput colore mixto ex albo & nigro, plumæ enim nigræ sunt apicibus albis: *cristæ* plumæ reliquis majores. *pone oculos* nigredo. *gula* macula magna nigra. *collare* nigrum. *Pedes* cærulei.

240. PARUS remigibus cærulefcentibus: prima margine exteriori albâ, vertice cæruleo.

Bell. ic. 96. a. Parus cæruleus.

Gesn. av. 641. Parus cæruleus.

Merr. pin. 178. Parus cæruleus minor.

Will. orn. 175. Parus cæruleus.

Aldr. orn. l. 17. c. 17. Parus cæruleus.

Succis Blåmees.

DESCR. *Frons* alba. *vertex* cæruleus. *tempora* alba. *linea* a rostro per oculos versus nuham coit in maculam cærulefcentem, quæ collum ambit, & gulæ maculam nigricantem constituit. *Pectus* & *latera* flavescencia. *Abdomen* pone albicans. *rectrices* alarum cærulefcentes apicibus albis. *remiges* nigricantes, margine exteriori cærulefcentes, quarum 1, 1 margine exteriori albæ. *collum* supra albicans. *dorsum* virefcens. *pedes* nigri.

241. PARUS capite nigro: vertice albo, dorso cinereo, pectore albo.

Gesn. av. 641. Parus ater.

Aldr. orn. l. 17. c. 19. Parus ater.

Merr. pin. 178. Parus ater s. carbonarius.

Will. orn. 175. t. 43. Parus ater.

Raj. av. 73. n. 2. Parus ater.

Habitat in alnetis.

DESCR. *Caput* a rostro ad nuham nigrum, ad verticem album. *sterni* regio nigra. *Pectus* & *abdomen* albida. *Dorsum* & *urvhopygium* cinerea. *Remiges* 17 fuscæ, margine interiori albæ. *Rectrices* 12 fuscæ. *Pedes* cærulefcentes.

242. PARUS capite nigro, temporibus albis, dorso cinereo.

Gesn. av. 642. Parus palustris.

Aldr. orn. . . Parus palustris.

F 5

Will.

Will. orn. 175. t. 43. Parus palustris.

Raj. av. 73. n. 3. Parus palustris.

Alb. orn. 3. p. 54. t. 58.

Suecis Entita, Tomlinge.

Habitat in juniperetis.

DESCR. Caput a rostro ad nucham supra oculos nigrum. tempora infra oculos alba. Corpus supra cinereum, subrus candido-cinereum, plumæ tamen omnes nigræ, apicibus solum colorem exhibentes visibiles. Remiges nigricantes. Rectrices & rectrices dorso concolores. Rostrium nigrum. Pedes plumbei. Rectrix 1, 1 margine exteriori alba,

243. PARUS vertice albo, cauda corpore longiore.

Gesn. av. 642. (non fig.) Parus caudatus.

Aldr. orn. l. 17. c. 15. Parus caudatus s. monticula.

Merr. pin. 178. Parus caudatus.

Gesn. av. 642. f. infim. Parus caudatus.

Will. orn. 176. t. 43. Parus caudatus.

Raj. av. 74. n. 8. Parus caudatus.

Alb. orn. 2. p. 53. t. 57. f. 1. Parus caudatus.

Suecis Ahltita.

Habitat in alnetis.

DESCR. Caput levissime hirsutum una cum pectore album. Venter incarnatus. Cauda longa nigra. Alæ e cæruleo, nigro & albo variegatæ: flexura inter collum & dorsum nigra. Dorsum fuscum maculis nigris. Avis pulcherrima.

Avis in Scania a D. Lecheo visa & depicta minus pulchra erat, cæruleo colore omni destituta. Caput, gula, pectus albicantia. nucha nigra. dorsi color æneo-nigricans. Abdomen æneo-pallidum. Remiges omnes nigricantes, at 12 -- 19 margine exteriori albæ, que tamen albedo in 18 maxime lata. Rectrices nigræ, sed 1 2 3 latere exteriori albæ. an *Parus beardmanicus.* *Alb. orn.* 1. p. 46. t. 48?

Hirundo.

244. HIRUNDO rectricibus, excepto pari intimo, alba macula notatis.

Gesn. av. 548. Hirundo domestica.

Ald. orn. l. 17. c. 6. Hirundo domestica.

Jonst. orn. 115. t. 42. Hirundo.

Merr. pin. 177. Hirundo.

Will. orn. 155. t. 39. Hirundo domestica.

Raj. av. 71. n. 1. Hirundo domestica.

Alb. orn. 1. p. 43. t. 45. Hirundo domestica.

Suecis Ladu - Swala.

Habitat in domibus intra tectum.

DESCR.

DESCR. MAS. *Corpus* supra nigro-cæruleum nitidum. *Venter, pectus*, rectrices alarum inferiores alba. *Frons & gula* brunnea. *Collum* subtrus cærulefcens. *Remiges* nigrae, verae 1-9 sensim longiores quo apici propiores; at secundariae quo corpori propiores eo longiores, hæ-emarginatae sunt. *Cauda* nigra, bifurca. *Rectrices* 12 extimis longissimis; singula rectrice macula alba notata, excepto pari intimo seu sexto. *Rostrum* minimum, depressum. *faux* ampla, flava. *Naves* ovatae, nudae. *Lingua* bifida, acura. *Pedes* nudi.

245. **HIRUNDO** dorso nigro cærulefcente, reetricibus immaculatis.

Gesn. av. 564. Hirundo sylvestris,

Aldr. orn. l. 17. c. 7. Hirundo agrestis f. rustica Plinio dicta.

Merr. pin. 178. Hirundo agrestis f. rustica plinii.

Jonst. orn. 117. Hirundo agrestis.

Will. orn. 155. Hirundo agrestis plinii f. rustica.

Raj. av. 71. n. 2. Hirundo rustica f. sylvestris.

It. Oeland. 41. Hirundo dorso nigro-cærulefcente.

Alb. orn. 2. p. 52. t. 56. f. A. Hirundo agrestis.

Suecis Hus-ſwala,

Habitat sub margine tecti e summo pariete extra domum.

DESCR. *Rostrum* nigrum, breve, depressum. *nares* nudae. *Corpus* supra nigrum, sed caput & dorsum supra nigro-cærulefcens. inter oculos & rostrum atra. *Remiges* fuscae, primores acutae, secundariae vero emarginatae. *Rectrices* 12 fuscae, exteriores sensim longiores. *urropygium, gula, pectus, venter*, rectrices inferiores reetricum alba. *Pedes* alba lana vestiti. *Lingua* marginata.

246. **HIRUNDO** nigra tota, gula albicante.

Bell. ic. 100. a. Apus, Cypselus minor.

Gesn. av. 166. Apus.

Aldr. orn. l. 17. c. 19. Apus.

Jonst. orn. 119. t. 42. Apus.

Merr. pin. 178. Hirundo apus.

Will. orn. 156. t. 39. Hirundo apus.

Raj. av. 72. n. 4. Hirundo apus.

Alb. orn. 2. p. 51. t. 55. Hirundo apus.

Suecis Ring-ſwala.

Habitat in turribus, templis, arcibus, nec non in sylvis cavisque arborum. Cretenses pueri aciculam hami instar incurvatam per mediam Cicadam figunt,

gunt, extremum filum manu tenentes; Cicada sic transfixa nihilo minus in aëre volitat, quam conspicuens Hirundo, impetu in eam ruit & devorat cum acicula, qua retentus capitur. sic & Ispida *Bell. obs.* 16.

247. **HIRUNDO** cinerea, gula abdomineque albis.

Gesn. av. 656. Hirundo riparia f. Drepanis.

Aldr. orn. l. 17. c. 8. Drepanis f. riparia.

Jonst. orn. t. 42. Hirundo riparia.

Merr. pin. 178. Hirundo riparia.

Will. orn. 156. t. 39. Hirundo riparia.

Raj. av. 71. n. 3. Hirundo riparia.

Alb. orn. 2. p. 52. t. 96. f. B. Hirundo riparia.

Suecis Strand - Swala, Back - Swala.

Habitat sub terra in abruptis littoribus vel arenosis præcipitiis, ubi fodit cavitates horizontales profundas.

DESCR. Tota cum *Remigibus* & *Rectricibus* cinerea. *Gula* & *venter* alba.

248. **HIRUNDO** cauda integra, ore setis ciliato.

Bell. ic. 28. a. Strix, Caprimulgus, Fur nocturnus.

Gesn. av. 242. Caprimulgus Ægothelus.

Jonst. orn. 53. t. 20. Caprimulgus.

Will. orn. 70. t. 14. Caprimulgus.

Raj. av. 26. n. 1. Caprimulgus.

Albin. ornith. l. 1. p. 10. t. 10. Caprimulgus.

Suecis Nattskräfwä, Nattskiärra. *Suecis Ostrobotnienfibus* Kiärrgylta.

Habitat ubique in Suecia, nocte sola exit, proditur facile susurro continuo.

DESCR. *Magnitudo* Cuculi. *Corpus* supra canum; ex nigro, albo & fusco tenuissime undulatum mixtis maculatum; huic coloris maculae parvae longitudinales nigrae adspersae. *Abdomen* pallide testaceum undulis crassioribus nigris: *pectus* iisdem undulis, sed minoribus. *Caput* ratione corporis magnum. *Aures* amplae. *Rostrum* tenue, depresso-planum, modice inflexum, nigrum. *Pedes* parvi, hirsuti; digito intermedio duplo longiore. *Cauda* longa, integra. *Rectrices* 10. *Pennae* omnes laxae, molles, aequales. *unguis* intermedius interiori margine squamis pectinatis notatur. *Singularia* in hac Ave: *Myxtaces* in margine maxillae superioris ex 8 radiis s. setis exstantibus rigidis, quo facilius phalensis & insectis victitet. *Faux* amplissima, decies rostri hiatu amphior, ut in congeneribus. *Nares* prominentes cylindricae, elevato. *Lingua* minima, acutissima, integerrima, palato adfixa. *Cranium* pellucidum. *Capite* magno, auri-

auribus magnis, licet non exstantibus, oculis magnis commune huic cum reliquis nocturnis avibus; ungue intermedio squamato. *MAS* gaudet macula magna alba fere in medio Remigis 2 & 3, quibus femina caret & apices Rectricum 1 2 apice albæ sunt in mare.

Procellaria.

249. PROCELLARIA. *Act. stockh. 1745. p. 93.*

Alb. orn. 3. p. 87. t. 92. Petrel.

Dampier voyag. 3. p. 97. Petrel.

Suecis Stormwåders fogelen.

Habitat in mari, undas currens, instante procella proram puppæque navium petens, unde præfugia nautarum de instante tempestate, quam aviculæ evitare conantur.

DESCR. *magnitudo* Hirundinis s. Motacillæ, totas niger, in dorso magis saturate, in pectore & abdomine magis obscure, sed *rectrices* rectricum infra & supra sunt albæ apicibus nigris, hinc urrhopygium album est. *Rectrices* 12 æquales nigrae alis breviores, obtusæ. *Remiges* primores acutiores. *rectrices* alarum 2:di ordinis apice parum alben. *Pedes* nigri palmati; femoribus feminudis. *Pollex* nullus, sed unguis minimus sessilis. *digiti* tres membrana nigra connexi palmati, quorum intimus brevior duobus constans articulis; extimus longior interiore, constans quatuor articulis; intermedius paulo longior exteriori, sed 3 articulis constans. *ungues* cinerei nigri, fere æquales. *Rostrum* nigrum, tenue, compressum, molliusculum, apice nigrum. maxilla superior apice adunca, acuta, inferiore non longior. *nares* in medio rostri, gibbæ prominulæ (ut in hirundine): narium foraminibus tenuissima membrana distinctis. ergo character generis Procellariæ. *Rostrum* tenue compressum; *maxillis* æqualibus: superfore apice adunco. *nares* prominentes: cylindro foraminibus membranula separatis.

Classis

Classis III.

AMPHIBIA.

I. REPTILIA.

Rana.

250. RANA manibus tetradactylis fissis, plantis hexadactylis palmatis, pollice longiore.

Aldr. ovip. 89. Rana.

Raj. quadr. 247. Rana aquatica.

Bell. aquat. 54. Rana.

Charl. onom. 24. Rana temporaria.

Schonef. ichth. 59. Rana.

Bradl. nat. 21. f. 1. Rana.

Gesn. ovip. 46. Rana aquatica sive innoxia.

Jonst. quadr. 130. Rana aquatica.

It. æl. 154. Rana temporaria.

Succis Groda. Smolandis Frö. Ostrobothniensibus Kläffa.
Habitat ubique in aquis & fossis vere, excepta ferme Lapponia.

DESCR. manus tetradactylæ, digito 2 & 4 breviori. Planta hexadactylæ semipalmatæ, digito 1 & 5 longiore. dorsum planum, distinctum, lateribus utrinque linea pallida elevata ab apice rostri per palpebram superiorem, versus caudam. Tempora nigra. maxilla superior alba ad marginem. Corpus cæterum totum livido-cinereum lituris nigris notatum; femora pallida lituris nigris transversis.

251. RANA abdomine fulvo.

Habitat in Scania.

OBS. Cantat uti Cuculus. *f. Leche.*

252. RANA viridis.

Charl. onom. 24. Ranunculus viridis.

Jonst. quadr. 133. Ranunculus viridis.

Raj. quadr. 251. Rana arborea s. Ranunculus viridis.

Aldr. ovip. 434. Rana viridis.

Gesn. ovip. 60. Ranunculus viridis s. Dryopetes.

Habitat in Scania. *f. Leche.*

253.

253. RANA manibus tetradactylis fissis, plantis hexadactylis palmatis: pollice brevior.

Raj. quadr. 252. Bufo f. Rubeta.

Rond. aquat. 2. p. 221. Bufo.

Charl. onom. 24. Bufo.

Bradl. nat. 1. t. 21. f. 2. Bufo.

Jonst. quadr. 131. Bufo.

It. oel. 142. Bufo.

Succis Padda. Smolandis Tassa.

Habitat in locis umbrosis, montosis, acæta aut cotula foetida præsertim luxuriantibus, noctu exiens.

DESCR. Manus tetradactylæ, fissæ, digitis subæqualibus. Palma hexadactylæ, palmatæ, digito primo & ultimo brevissimo. Corpus nigrum, verrucis hispidum. ad aures vesicula quasi inflata. gula flava. abdomen ventricosum, pallidum, maculis nigris adspersum, uti & ipsa femora fusca.

Lacerta.

254. LACERTA pedibus inermibus, manibus tetradactylis, palmis pentadactylis, corpore livido, linea dorsali fusca duplici.

Raj. quadr. 264. Lacertus vulgaris.

Petiv. mus. 19. n. 116. Lacerta vulgaris velox.

Habitat in sylvis.

OBS. pallide livida est, a capite utrinque secundum dorsum linea fusca excurrit abdomen flavescens, interdum nigris maculis punctatum. cauda teretiufcula, longitudine corporis, unguis in pedibus nulli.

255. LACERTA viridis.

Raj. quadr. 264. Lacertus viridis.

Habitat in pratis Scanix & alibi.

OBS. Vidi quondam in Lapponia lulensi ad templum Jockmock Lacertam parvam dorso stellulis pulcherrime pictam, sed fugitivis modo oculis, cum manus nostras evaserit; hæc omnino distincta species erat, sed non sufficienter examinabatur.

256. LACERTA pedibus inermibus fissis, manibus tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda ancipiti.

Raj. quadr. 273. Salamandra aquatica.

Pet. mus. 18. n. 111. Lacerta aquatica major mas f. verrucis albis adspersis membranula ferrata in dorso extante.

Lacerta aquatica major, fæmina, f. verrucis albis adspersis, dorso plano.

Wurff-

Wurffbain. salamandrol. 52. t. 2. f. 3. 3. Salamandra
aquatica.

Charl. onom 26. Salamandra aquatica.

Seb. thes. 1. p. 141. t. 89. f. 4. 5. Lacerta americana.

Dalekarlis Skrot-abborre five Skratt-abborre.

Habitat in fossis, piscinis & aquis stagnantibus.

DESCR. Corpus fuscum. Abdomen fusco-maculatum, albicans five croceum. Rostrum obtusum. Cauda compressa, anceps, acie perpendiculari. dorsum & cauda dentata in mare. genitalia utrisque prominula. gula maris lituris nigrioribus adspersa. Pedes 4 5 fissi, lateralibus brevioribus: horum digiti in plantis (in mare) margine membranaceo laterali instruuntur.

257. LACERTA pedibus inermibus fissis, manibus tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda teretiuscula.

Pet. mus. 18. n. 113. Lacerta aquatica minor mas f.
lævis lituris nigris adspersa.

Lacerta aquatica minor fæmina, f.

lævis flavescens.

Gesn. ovip. 31. Lacertus aquaticus.

Habitat cum antecedente.

II. SERPENTIA.

Anguis.

258. ANGUIS squamis abdominis caudæque CXXX.

Raj. quadr 289. Cæcilia, Typhinus Græcis.

Charl. onom. 31. Cæcilia Typhlos.

Gesn. serp. 60. Cæcilia Typhlos Græcis.

Aldr. serp. 243. Cæcilia.

Merr. pin. 208. Typhlos Cæcilia.

Pet. mus. 17. n. 10. Cæcilia anglica cinerea squamis
parvis mollibus compactis.

Suecis Ormslå, Koppar-orm.

Habitat satis frequens in Suecia

259. ANGUIS scutis abdominalibus CLXXVII, squamis
caudæ LXXXV. *Amph. Gyllenb.*

Raj. quadr. 334. Natrix torquata.

Gesn. serp. 43. Anguis.

Aldr. serp. 287. Natrix torquata.

Charl. onom. 33. Natrix torquata.

Merr. pin. 204. Anguis Coluber.

Pet.

Pet. mus. 17. n. 107. *Anguis vulgaris fuscus*, collo flavecente, ventre albis, maculis distincto.

It. gottl. 226. *Serpens.*

It. oel. 60 194. *Coluber.*

Suecis Tomt-orm. *Scanjs* Snok. *Smolandis* Ring-orm.

DESCR. *Corpus* nigrum. *Latera* ventris notata albis maculis seu squamis ventralibus ad latera albis. *Gula* alba. *aurium* regio flavecens. *tempora* alba lineis nigris transversis. *denticuli* duplici ordine, æquales. *Dorsi* squamæ stria in medio elevata notata (variat color: aliis squamæ dorsi cinereæ apice hinc inde nigricante; aliis squamæ omnes nigre sunt.) *Nares* non prominent. *Aliis* aurium regio convexa, nigricans, macula magna alba. *venter* niger, nitens.

250. **ANGUIS** scutis abdominalibus CXLIV. Squamis caudæ XXXIX. *Amph. gyllenb.*

Gesn. serp. 124. *Vipera;*

Aldr. serp. 108. *Vipera.*

Bell. itin. clus. 123. *Vipera.*

Raj. quad. 285. *Vipera.*

Charl. onom. 30. *Vipera.*

Pet. mus. 17. n. 107. *Vipera* anglica fusca, dorso lineâ undulata nigricante conspicua.

Aff. upf. 1736. p. 11. n. 4. *Anguis* cinerea, macula dorsi fusca longitudinali dentata.

It. oel. 23. *Vipera.*

Suecis Hugg-orm.

Habitat in Suecia, frequens, morfu venenatissimo interdum lethalis.

DESCR. *Corpus* cinereum. *Dorsum* longitudinaliter tegitur macula linearî fusca utrinque dentata; ad latera hujus macula cerulecens singule denticulo dorsalis lineæ interjecta est. *venter* purpurascens cum puncto nigro ad apicem singula squamæ. *Gula* pallida. *Labium* superius secundum marginem album est. *oculorum* iris flammea, pupilla nigra. *angulus* acutus ceruleus. *macula* longitudinalem dorsi a capite distinguit.

261. **ANGUIS** parvus rufescens aspings dictus.

Habitat in Smolandia Salicetis rarius, non dum nobis

visus.

OBS. De hujus dirâ pernicie stupenda narrant Smolandii: dicunt eum reperiri præsertim inter frutices Salicis; quodque vulnera omnino lethalia producatum intumescencia corporis horrenda: dicunt anguem parvum esse, nec spithami longitudinis; esse deinceps rufi seu ferrugini coloris omnino a Cæciliâ diversum.

G

Clas-

Classis. IV.

PISCES.

I. PLAGIURI

Catodon.

262. CATODON fistula in cervice. *Art. gen. 79. syn. 108.*
Clus. exot. l. 6. c. 17. Cete.
Willug. ichth. 41. Cete clusio descriptum.
Raj. pisc. 11. Cete Pot-walfisch batavis maris accor-
lis dictum.
 Habitat in mari norwegico.

Monodon.

263. MONODON. *Art. gen. 78. syn. 108.*
Charl. anom. 168. Monoceros unicornu marinum.
Schonef. ichth. 28. Balænae decimum genus Nahrwal.
Will. ichth. 42. Monoceros piscis.
Raj. Pisc. 11. Monoceros piscis de genere cetaceo.
Dal. pharm. 413. Monoceros unicornu.
 Habitat in mari atlantico.
 OBS. Non datur in natura quadrupes monoceros. Fabula desumpta est ab
 hujus piscis dente, quem veteres crediderant Quadrupedis alberum cornu.

Balæna.

264. BALÆNA fistula in medio capite, dorso caudam
 versus acuminato. *Art. gen. 76. syn. 106. spec. 106.*
Gesn. aqu. 114. Balæna vulgo dicta.
Aldr. cet. 688. Balæna vulgi.
Juss. pisc. 152. Balæna vulgaris.
Rond. pisc. l. p. 475. Balæna vulgo dicta f. Muscu-
lus.
Charl. onom. 46. Balæna vulgaris.
Schonef. ichth. 24. Balæna bellonii.

Will.

Willug. ichtb. 35. *Balæna bellonii.*

Raj. pisc. 6. *Balæna vulgaris edentula*, dorso non pinnato.

Dal. pharm. 414. *Balæna.*

Suecis Grönlands walfisk.

Habitat in mari atlantico vicinans *Medusis.*

265. **BALÆNA** fistula in medio capite, tubero pinniformi in extremo dorso. *Art. gen.* 77. *syn.* 107.

Raj. pisc. 9. 10. *Balæna edentula*, corpore strictiore, dorso pinnato.

Will. ichtb. 41. *Physeter.*

Rond. ichtb. 485. *Physeter.*

Gesn. aquat. 723. 851. *Physalis bellua* s. *Physeter.*

Aldr. cet. 689. *Physeter.*

Jonst. pisc. 216. *Physeter.*

Charl. pisc. 167. *Physeter* s. *Physalus.*

Suecis Finn-fisk.

Habitat in mari norwegico & editur ab incolis, sapit fere ut sturio, qui quotidie ab incolis edebatur, dum per *Finmarkiam* summe septentrionalem *Norwegiæ* peregrinabar.

Delphinus.

266. **DELPHINUS** corpore subconiformi, dorso lato, rostro subacuto. *Art. gen.* 75. *syn.* 104.

Bellon. aqu. 9. *Delphinus.*

Gesn. aqu. 319. *Delphinus.*

Aldr. cet. 703. *Delphinus prior.*

Jonst. pisc. 47. *Delphinus.*

Charl. pisc. 168. *Delphinus.*

Will. ichtb. 28. *Delphinus antiquorum.*

Raj. pisc. 12. *Delphinus antiquorum.*

Dal. pharm. 413. *Delphinus.*

Suecis Marfwin, Tumblare.

Habitat ubique in mari vulgaris, sed a nostris non capitur.

100 PISCES. CHONDROPTERYGII.

267. DELPHINUS rostro sursum repando, dentibus latius ferratis. *Art. gen.* 76. *syn.* 106.

Gesn. aqu. 635. Orca.

Aldr. cet. 698. Orca.

Fonst. pisc. 217. Orca.

Rond. pisc. 483. Orca.

Schonef. ichth. 53. Orca.

Charl. onom. 168. Orca.

Will. ichth. 40. Orca.

Raj. pisc. 10. Orca.

Suecis Löpare.

Habitat in mari occidentali.

OBS. Sunt procul dubio longe plures hujus ordinis Pisces in mari occidentali & septentrionali, quorum notitia nos fugit, cum raro capiuntur, & mortui a solo vulgo observentur & negligantur.

II. CHONDROPTERYGII.

Raja.

268. RAJA aculeata, dentibus tuberculosis, cartilagine transversa in ventre. *Art. gen.* 71. *syn.* 99. *spec.* 103.

Rond. pisc. 353. Raja clavata.

Salv. aquat. 149. Raja.

Gesn. aqu. 795. Raja clavata.

Aldr. pisc. 460. Raja clavata rondeletii.

Fonst. pisc. t. 11. *f.* 2. Raja clavata.

Charl. pisc. 130. Raja clavata.

Schonef. ichth. 57. Raja.

Bell. aqu. 80. Raja.

Will. ichth. 74. Raja clavata.

Raj. pisc. 26. Raja clavata.

Dal. pharm. 411. Raja.

Suecis Råcka.

Habitat ubique in mari occidentali.

Squalus.

269. SQUALUS pinna ani nulla, ambitu corporis subrotundo. *Art. gen.* 66. *syn.* 94. *spec.* 102.

Rond. pisc. 1. *p.* 373. Galeus achantias.

Salv. aquat. 135. *t.* 136. Mustelus spinax.

Gesn.

PISCES. CHONDROPTERYGII, 101

Gesn. aquat. 607. Galeus acanthias.
Aldr. pisc. 399. Galeus acanthias f. spinax.
Jonst. pisc. 27. t. 8. f. 5. Galeus acanthias.
Charl. pisc. 128. Galeus acanthias.
Schonef. icht. 29. Canis marinus aut Galeus.
Bell. aquat. 69. Mustelus spinax.
Will. ichtb. 56. Galeus acanthias f. spinax.
Raj. pisc. 21. Galeus acanthias f. spinax.
Suecis Haj.
Habitat in mari occidentali.

270. SQUALUS rostro longo cuspidato osseo plano utrinque dentato. *Art. gen.* 66. *syn.* 93.

Rond. pisc. 1. p. 487. Pristis.
Gesn. aquat. 930. Serra marina.
Aldr. cet. 693. Pristis f. Serra.
Clus. exot. Pristis f. Serra piscis.
Charl. pisc. 168. Pristis ferra.
Olear. mus. 41. t. 25. f. 1. Pristis f. Serra.
Will. ichtb. 61. Pristis f. Serra piscis.
Raj. pisc. 23. Pristis f. Serra piscis.
Clus. exot. 136. Pristis f. Serra.
Suecis Sägfishk.
Habitat in mari occidentali.

Acipenser.

271. ACIPENSER corpore tuberculis spinosis aspero.

Art. gen. 65. *syn.* 91.
Rond. pisc. 1. p. 410. Acipenser.
Gesn. aqu. 2. Acipenser.
Aldr. pisc. 517. 526. Sturio.
Jonst. pisc. 106. t. 23. f. 89. Sturio.
Schonef. ichtb. 9. Acipenser.
Charl. pisc. 152. Sturio.
Salv. aquat. 113. t. 102. Sturio f. Silurus.
Will. ichtb. 239. Sturio.
Raj. pisc. 112. Sturio.
Suecis Stör.

Habitat in mari tam orientali quam occidentali.

272. ACIPENSER ordinibus quinque longitudinalibus squamarum officarum: intermedio officulis quindecim.

Klein. miss. 4. p. 13. t. 1. & forte Sturio alter gedanensis ejusdem.

Suecis Sterlett.

Habitat in lacu Mælero, quem Potentissimus Rex Sueciæ FRIDERICUS I. ex Russia allatum in hoc lacu plantari curavit.

Q39. ordines officulorum in cute 5 sunt, sed *medius tantum ordo*, qui 15 circiter officulis constat, angulosus est; cuius nimirum singula squama ephippium forma refert, per medium dorsum secundum totam longitudinem in processum tenuem & secantem assurgens, posterius adunco sine terminata. *Lateralia* officula ut & *ventralia* rhomboidea & fere plana sunt, quilibet ordo laterum 60 prope officula continet, ventralium singuli 10 & 11. *J. G. Gmelin.*

Petromyzon.

273. PETROMYZON pinna dorsali secunda angulata. *Art. gen.* 64. *syn.* 89. *spec.* 99. Petromyzon unico ordine denticulorum minimorum in limbo oris, præter inferiores, majores.

Rond. pisc. 2. p. 202. Lampetra parva & fluviatilis.

Salv. aqu. 63. Lampetra minor.

Gesn. aqu. 598. 706. Lampetra parva & fluviatilis.

Aldr. pisc. 581. Lampetra fluviatilis gesneri.

Charl. pisc. 159. Lampetra fluviatilis.

Schonef. ichth. 41. Lampetra fluviatilis.

Jonst. pisc. 1. 28. f. 10. Lampetra fluviatilis.

Wili. ichth. 104. Lampetra parva & fluviatilis.

Mars. danub. 4. p. 2. t. 1. f. 1. Lampetra fluviatilis.

Suecis Nein-õga. *Westrobotniensibus* Nåtting.

Habitat in fluviis Norlandiæ, præsertim Westrobotniæ & Ostrobotniæ.

274. PETROMYZON pinna dorsali secunda lineari, labio oris superiore pone lobato.

Art. gen. 64. *syn.* 90. Petromyzon corpore annuloso, appendicibus utrinque duabus in margine oris.

Will.

Will. ichth. 107. *Lampetra cæca* f. *oculis carens*.

Raj. pisc. 36. *Lampetra cæca* f. *oculis carens*.

Suecis Lin-ähl.

Habitat in fluvio Dahlelfwen, copiose intra Dahlekarliam, sæpe obvius intra Linum, quod aqua maceratur, sæpe inter branchias Gadi 291.

OBS. Crassitie vix Lumbricum superat, longitudine vix ac ne vix *Spithami*. *pinnæ dorsi posterior* nullo modo in angulum dilatatur ut in præcedenti, sed modice convexa est, ad os nulli cirrhi, sed labia utrinque dependent pene in laciniam f. lobum dilatata. Striis infinitis notatur.

III. BRANCHIOSTEGI.

Cyclopterus.

275. CYCLOPTERUS. *Art. gen.* 62. *syn.* 87.

Gesn. paral. 1284. *Lumpus anglorum*.

Aldr. pisc. 479. *Lumpus anglorum*.

Fonst. pisc. 42. t. 13. f. 1. *Lumpus anglorum*.

Charl. pisc. 131. *Lumpus anglorum*.

Schonef. ichth. 41. *Lepus marinus nostras*, orbis species.

Will. ichth. 208. *Lumpus anglorum*.

Raj. pisc. 77. *Lumpus anglorum*.

It. ôland. 110. *Cyclopterus* f. *Lumpus*.

Suecis Sjurygg - Fisk.

Habitat in mari Bothnico frequens satis.

OBS. Pulvis contra Tertianam vulgo adhibetur.

IV. ACANTHOPTERYGII.

Gasterosteus.

276. GASTEROSTEUS aculeis in dorso tribus. *Art. gen.* 52. *syn.* 80. *spec.* 26.

Rond. pisc. 2. p. 206. *Pisciculi aculeati* prius genus.

Gesn. pisc. 8. *Pisciculus aculeatus*: primum genus.

Aldr. ichth. 628. *Pungitius piscis*.

Fonst. pisc. 146. t. 28. f. *dextr.* *Pungitius alberti*.

Will. ichth. 341. *Pisciculus aculeatus*.

Raj. pisc. 145. *Pisciculus aculeatus*.

Suecis Spigg.

Habitat in lacubus *Uplandiae*.

277. GASTEROSTEUS aculeis in dorso decem. *Art.*

gen. 52. *syn.* 80. *spec.* 97.

Rond. pisc. 2. p. 206. Pisciculi aculeati alterum genus.

Gesn. pisc. 8. Pisciculi aculeati alterum genus.

Aldr. ichth. 628. Alterum genus Pungitii.

Fonst. pisc. t. 22. f. *sinist.* alterum genus Pungitii.

Will. ichth. 342. Piscis aculeatus minor.

Raj. pisc. 145. Pisciculus aculeatus minor.

Suecis Benunge.

Habitat ubique in rivulis *Uplandiae*, *Laponiae*, *Dalekarliæ*, *Olandiæ* &c.

Cottus.

278. COTTUS verrucis capitis quatuor offeis.

Cottus scaber, tuberibus quatuor corniformibus in medio capite. *Art. gen.* 48. *spec.* 84.

Suecis Hornsimpa.

Habitat circa *Alandiam* & alibi in mari *Baltico* & *Bothnico*.

279. COTTUS alepidotus glaber, capite diachantho.

Art. gen. 48. *syn.* 76. *spec.* 82.

Rondel. pisc. 2. p. 202. Cottus.

Gesn. pisc. 401. Cottus fluviatilis capitatus.

Aldr. ichth. 613. Cottus fluviatilis f. capitatus.

Fonst. pisc. t. 29. f. 11. Gobius capitatus.

Charl. onom. 157. Gobio capitatus.

Will. ichth. 137. t. H. 3. f. 3. (opt.) Gobio fluviatilis capitatus.

Raj. pisc. 76. Gobius fluviatilis.

Suecis Sten-Simpa. *Fahlunenibus* Slagg-Simpa.

Habitat in mari *Baltico* & *Fahlunæ* in rivulis.

DESCR. Piscis *Slagg-Simpa* qui *Fahlunæ* frequens vix differt ab hac specie; est enim pisciculus *Fahlunenſis* Corpus duos digitos longum cinereum falcis variis fulcis. *Pinna dorsalis* prior radiis 7; posterior 18; *pectorales* 14; *ventrales* 4; *anus* 13; *cauda* 10.

180. **COTTUS** *lepidotus*, capite polyacantho: maxilla superiore paullo longiore. *Art. gen.* 49. *syn.* 77. *spec.* 86. *Aldr. ichth.* 201. *Scorpæna bellonii* similis. *Jonst. pisc.* t. 18. f. 12. *Scorpæna bellonii* similis. t. 47. f. 4. 5. *Scorpius marinus*. *Schonef. ichth.* 67. *Scorpio marinus* i. *Scorpio nostras*. *Will. ichth.* 138. *Scorpæna bellonii* similis. *Raj. pisc.* 145. *Scorpæna bellonii* similis. *Suecis* Rôt-Simpa, Skrabba, Skiälryta, Ulka. *Habitat in mari occidentali* frequens.

Trigla.

181. **TRIGLA** capite aculeato, appendicibus utrinque tribus ad pinnas pectorales. *Art. gen.* 24. *syn.* 73. *Salv. pisc.* 194. *Corvus*. *Aldr. ichth.* 136. *Hirundo aldrovandi* prior. *Jonst. pisc.* t. 17. f. 8. *Hirundo*. *Will. ichth.* 280. *Hirundo*. *Raj. pisc.* 88. *Hirundo*. *Suecis* Knorrhane. *Scanis* Knoding. *Habitat in mari occidentali*.

DESCR. Caput quadratum cinereum punctis scabris varie striatum.

Labium superius emarginatum, superne glabrum, utrinque tribus aculeis armatum; anticus horum longior.

Orbita oculorum superne deliquescentes. *Iris* cæsi coloris.

Cirri intra pinnas ventrales & pectorales tres, truncati; æquales, articulati, inferioribus brevioribus; cum a corpore remouentur, incuruantur.

Abdomen argenteum

Dorsum cinereum. *Latere* infra lineam longitudinalem maculis parvis albicantibus & obsolete rubescentibus adpersum, supra lineam vero punctis & maculis albis virescentibus. *Linea lateralis* punctis ossis prominentibus exasperata albida.

Membrana branchiostega 7 radiis.

Vesica natatoria antice biloba.

Captus in abdomine murmurat, moribundus tremis.

Trachinus.

182. **TRACHINUS** maxilla inferiore longiore: cirrhis destituta. *Art. gen.* 42. *syn.* 70. *Salv. pisc.* 71. *Draco marinus* I. *Dracos*. *Araneus piscis*. *Rond. pisc.* 301. *Draco marinus* s. *Araneus*. *Gesn. pisc.* 77. *Draco* s. *Araneus plinii*. *Aldr. ichth.* 258. *Araneus aldrovandi* alter. *Scho-*

Schonef. ichth. 16. Araneus vel Draco marinus.

Charl. onom. 146. Draco.

Act. bassn. 3. p. 154. Piscis Fösing.

Will. ichth. 288. Draco s. Araneus plinii.

Raj. pisc. 91. Draco s. Araneus plinii.

Suecis Fårsing, Fiåsing.

Habitat in mari occidentali.

OBS. Pinne dorsalis mucrones punctura venenata lædunt.

283. TRACHINUS maxilla superiore longiore, pinna dorsali priori altissima.

Gron. Act. upsal. 1740. p. 121. t. 8. Cottus officulo pinne dorsalis primo longitudine corporis.

Pet. gaz. t. 22. f. 2. Lyra harvicensis, pinna dorsali longissima, maculis cærulescentibus.

Habitat in Fretto Oresund, ad Borsebäck, ubi captus rarissimus piscis 1743.

OBS. De genere nil certi constat, quamdiu nec hujus, nec prioris membrana branchiostega descripta.

Perca.

284. PERCA pinnis dorsalibus distinctis: secunda radiis sedecim.

Art. gen. 39. *syn.* 66. *spec.* 74. Perca lineis utrinque sex nigris, pinnis ventralibus rubris.

Rond. pisc. 2. p. 196. Perca fluviatilis.

Salv. pisc. 226. f. 224. Perca fluviatilis.

Gesn. pisc. 698. Perca fluviatilis.

Fonst. pisc. 146. t. 28. L. 29. f. 8. Perca major.

Schonef. ichth. 55. Perca major.

Charl. onom. 161. Perca major.

Aldr. ichth. 622. Perca fluviatilis major.

Suecis Abborre.

Habitat in mari, lacubus, fluviis vulgatissimus piscis. in stagnis Fahlunæ hujus singularis *varietas* est, quæ spina recurva & corpore omnino gibbo frequens reperitur.

285. PERCA pinnis dorsalibus distinctis: secunda radiis viginti tribus.

Art.

Art. gen. 39. *syn.* 62. *spec.* 76. *Perca pallide maculosa*, duobus dentibus maxillaribus utrinque majoribus.

Gesn. paralip. 28. 1288. Lucio-Perca.

Aldr. ichth. 667. Schilus s. Nagemulus germanorum.

Jonst. pisc. 174. t. 30. f. 15. Schilus.

Schonef. ichth. 43. Lucio-perca.

Charlet. onom. 164. Schilus. Nagemulus.

Will. ichth. 293. Lucio-perca.

Raj. pisc. 98. Lucio-Perca.

Marf. danub. 4. p. 9. t. 22. f. 2. Lucio-perca.

Suecis Giös.

Habitat in lacubus majoribus *Uplandiae*, *Westmanniae*, *Sudermanniae* &c.

286. PERCA pinnis dorsalibus coadunatis radiis viginti septem: aculeatis quindecim.

Art. gen. 40. *syn.* 68. *spec.* 77. *Perca dorso monopterygio*, capite cavernoso.

Gesn. pisc. 191. 226. *Cernua fluviatilis*.

Aldr. ichth. 624. *Perca fluviatilis minor*.

Jonst. pisc. t. 28. f. *Perca fluviatilis minor*.

Charl. onom. 161. 158. *Perca minor*, quibusdam *Cernua*.

Schon. ichth. 56. *Perca minor*, *Porcus*, *Procellus*, *Cernua nonnullorum*,

Will. ichth. 334. *Cernua fluviatilis*.

Raj. pisc. 144. *Cernua fluviatilis*.

Suecis Giers. *Fablunensibus* Snorgers.

Habitat in lacubus passim per *Sueciam*.

Scomber.

287. SCOMBER radiis pectoralium viginti, dorsalium duodecim.

Art. gen. 30. *syn.* 48. *spec.* 68. *Scomber pinnulis quinque in extremo dorso*, spina brevi ad anum.

Rond. pisc. 234. *Scomber*.

Gesn. pisc. 341. 1012. *Scomber*.

Aldr. ichth. 270. *Scomber*.

Jonst.

Fonst. pisc. 92. t. 21. f. 9. 11. Scomber.

Salv. pisc. 241. t. 239. Scombrus.

Schonef. ichth. 66. Scomber.

Charl. onom. 147. Scomber, Scombrus.

Will. ichth. 181. Scomber.

Raj. pisc. 58. Scomber.

Succis Makrill.

Habitat in *mari occidentali* copiose.

OBS. Viscus in abdomine multis infinitisque appendicibus fasciculatis gaudet uti Gadus.

Xiphias.

288. XIPHIAS. *Art. gen.* 30. *syn.* 47.

Rond. pisc. 251. Xiphias.

Gesn. pisc. 379. f. 1049. Xiphias f. Gladius piscis.

Aldr. ichth. 332. Gladius.

Fonst. pisc. l. 4. f. 2. Xiphias f. Gladius.

Salv. pisc. 127. t. 126. Gladius.

Charl. onom. 124. Xiphias.

Schonef. ichth. 35. Gladius 1. Xiphias.

Olear. mus. 40. t. 24. f. 3. Gladius.

Will. ichth. 161. Xiphias piscis, latinis Gladius.

Raj. pisc. 52. Xiphias piscis, latinis Gladius.

Succis Swerd-fisk.

Habitat in mari Baltico rarior.

V. MALACOPTERYGII.

Ophidion.

289. OPHIDION cirrhis carens. *Art. gen.* 25. *syn.* 42.

Act. stockh. 1744. p. 129.

Schonef. ichth. 53. Ophidion flavum & imberbe.

Will. ichth. 113. *Raj. pisc.* 39. Ophidion alterum flavum & imbell.

Habitat in mari *Baltico* & *Oceano*, sæpe intra ostre-
arum testas repertum.

OBS. Facies Murenæ. *Membrana bronch.* 5. *Pinna dorsi* radiis 79 a capite ad caudam extensa, maculis aliquot nigris margine albidis, æquali spatio remotis, aculeosis. *Pector.* 11. *vent.* nullæ. *Ani* 41. *caudæ* circiter 18 vel 20. Possit referri ad Blennios, adfinis speciei maculis decem.

Muræ-

Muraena.

290. MURÆNA unicolor, maxilla longiore. *Art. gen.*

24. *syn.* 39. *spec.* 66.

Rond. pisc. 2. p. 198. Anguilla.

Salv. pisc. 66. Anguilla.

Gesn. pisc. 40. Anguilla.

Aldr. ichth. 544. Anguilla.

Jonst. pisc. 114. t. 24. f. 7. Anguilla.

Schonef. ichth. 14. Anguilla.

Charl. onom. 153. Anguilla.

Will. ichth. 109. Anguilla.

Raj. pisc. 37. Anguilla.

Marsf. danub. 4. p. 4. t. 1. f. 3. Anguilla.

Suecis Ahl.

Habitat ubique in lacubus & fluviis.

Gadus.

291. GADUS dorso monopterygio, cirrhis maxillæ superioris duobus, inferioris quatuor.

Art. gen. 82. *syn.* 110. *spec.* 107. Silurus cirrhis quatuor in mento.

Rond. pisc. 2. p. 180. Silurus.

Salv. pisc. 210. Glanis s. piscis barbatus.

Gesn. pisc. 867. 872. 1047. Silurus.

Aldr. ichth. 569. Glanis.

Jonst. pisc. t. 27. f. 8. Glanis.

Marsf. danub. 4. p. 7. t. 2. Silurus 1. Glanis.

Schonef. 69. Silurus.

Will. ichth. 128. Silurus.

Raj. pisc. 70. Silurus.

Suecis Mahl.

Habitat in lacubus *Smolandie* & *Sudermannie*, rarus piscis & maximus.

Obs. Piscem vivum ipse non vidi, ex facie multa cum sequenti habet, hinc eum ad Gados retuli, donec examen & propria autopsia in vivo admittatur.

292. GADUS dorso dipterygio, ore cirrato, maxillis æqualibus. *Art. gen.* 22. *syn.* 38.

Art.

Art. spec. 107. *Silurus cirro unico* in mento.

Rond. pisc. 2. p. 164. *Lota*.

Gesn. pisc. 599. *Lota Gallis dicta*, *Stinfia* f. *Botariffa*.

Aldr. ichth. 648. *Lota rondeletii*.

577. *Mustela fluviatilis & lacustris*.

Jonst. pisc. 146. t. 28. f. 6. *Mustela fluviatilis & lacustris*.

168. t. 29. f. 10. *Lota gallorum*.

Salv. pisc. 213. *Triscus*. *Bottatriæ*.

Schonef. ichth. 49. *Mustela fluviatilis*.

Charl. onom. 159. *Mustela fluviatilis*.

Will. ichth. 125. *Mustela fluviatilis*. *Lota*.

Raj. pisc. 67. *Mustela fluviatilis*.

68. *Lota*.

Suecis Lake. Smolandis Åhlkuffa.

Habitat in *Lacubus Dalecarliæ* (*Silian*) ubi maximus & præstantissimus, nec non in aliis lacubus majoribus.

Obs. Quem *Sueci Lake* vocant major & sapidior est illo minore *Smolandis Åhlkuffa*, adeoque ab hac specie distinguitur, quo jure nescio.

293. **GADUS** dorso tripterygio, ore cirrato, colore vario, maxilla superiore longiore, cauda æquali. *Art. gen.* 28. *syn.* 35. *spec.* 63.

Jonst. pisc. t. 46. f. 4. *Afellus varius*.

Schonef. ichth. 19. *Afellus varius & striatus*.

Will. ichth. 172. *Afellus varius & striatus*.

Raj. pisc. 57. *Afellus varius & striatus*.

Suecis Torfk. It. 61. 87.

Habitat ubique in mari & *Baltico & occidentali*, circa *Gotlandiam & Oelandiam* copiose.

DESCR. *Dorsum* cinereum maculis griseis; abdomen album punctis minimis nigris.

Pinna dorsi I. radiis 14. II. 19.

anni I. radius 20. II. 16.

ventralis 6, pectoralis 7 radiis.

Sub apice mandibulæ inferioris cirrus lumbriciformis subulatus mollis.

294. **GADUS** dorso tripterygio, ore imberbi, corpore albo, maxilla superiore longiore. *Art. gen.* 19. *syn.* 34. *spec.* 62.

Gesn.

Gesn. pisc. 85, 99. Secunda afe'llorum Species, Merlanas.

Aldr. ichtb. 287. Afellus minor alter.

Jonst. pisc. t. 2. f. 3. Afellus mollis.

Schonef. ichtb. 17. Afellus candidus primus.

Charl. anom. 121. Afellus minor & mollis.

Will. ichtb. 170. Afellus mollis major s. albus.

Suecis Hwitling, Widding.

Habitat in mari *Norwegico*.

295. GADUS dorso tripterygio, ore cirrato, cauda subæquali: radio primo spinoso, *Art. syn.* 35.

Rond. pisc. 280. Molua.

Gesn. pisc. 88, 102. Molua vel Morrhuæ altera minor.

Aldr. ichtb. 289. Morrhuæ s. Molua altera.

Jonst. pisc. t. 2. f. 1. Molua, Morrhuæ.

Schonef. ichtb. 18. Afellus major.

Charl. onom. 121. Afellus major.

Will. ichtb. 165. Afellus major vulgaris, belgis Cabliæ.

Raj. pisc. 53. Afellus major vulgaris.

Suecis Cabliæ.

Habitat in mari *occidentali*.

296. GADUS dorso tripterygio, ore imberbi, dorso virescente.

Schonef. ichtb. Afellus virescens.

Raj. pisc. 53. n. 2. Afellus virescens.

Norwegis Sey.

Habitat in mari atlantico copiosissime, ut ipsum haurum absque sagina arripiat avidissimus.

DESCR. Piscis magnitudine Percæ, glaber, dorso nigro virescente, totus alius albo-argenteus mollis & pinguis, squamæ minutissimæ. *Pinna dorsif. prima* radiis 13, *secunda* 20, *tertia* 19, *ani. prima* 24, *secunda* 20, *ventrales* 5, *pectorales* 17.

297. GADUS dorso tripterygio, ore cirrato, corpore albicante, maxilla superiore longiore, cauda subbifida. *Art. gen.* 20. *syn.* 36.

Art. spec. 64. Gadus cirratus albicans, maxilla superiore longiore, cauda subbifida, *Charl.*

- Charl. onom.* 121. Callaris, Galerida.
Gesn. pisc. 86. Eglefinus tertia afellorum species.
Aldr. ichth. 282. Afellus major.
Schonef. ichth. Afellus minor.
Will. icht. 170. Onos f. afinus antiquorum.
Raj. pisc. 55. Onos f. afinus antiquorum.
Suecis Kolja.
 Habitat in *mari occidentali*.

Pleuronectes.

298. PLEURONECTES oculis a sinistra, corpore aspero. *Art. gen.* 18. *syn.* 32.

Will. ichth. 94. Rhombus maximus asper non squamosus.

Raj. pisc. 31. Rhombus maximus asper non squamosus.

It. gotl. 208. Butta.

Suecis Butta.

Habitat in *mari Baltico*.

DESCR. Oculi a latere sinistro: cutis supra aspera cinerea immaculata, membrana branchiostega radiis VII. (non vero VI.) Pinnae dorsales 6, ventrales 6, Pectorales 11 radiis constant, cauda vero 16.

299. PLEURONECTES oblongus, maxilla superiore longiore, squamis utrinque asperis. - *Art. gen.* 18. *syn.* 32.

Rond. pisc. 320. Buglossus.

Gesn. pisc. 666. 785. Buglossus vel Solea.

Aldr. ichth. 235. Buglossa vel Solea.

Jonst. pisc. 82. Solea.

Charl. onom. 145. Solea.

Schonef. ichth. 63. Solea vel Buglossus.

Will. ichth. 100. Buglossus seu Solea.

Raj. pisc. 33. Buglossus sive Solea.

Suecis Tunga, Sola.

Habitat in *mari occidentali*.

300. PLEURONECTES oculis a dextris, linea laterali aspera, spinulis supine ad radices pinnarum, dentibus obtusis. *Art. gen.* 17. *syn.* 31.

Art.

Art. spec. 39. Pleuronectes linea laterali aspera, spinulis ad radices pinnarum a latere oculato.

Rond. pisc. 319. Passeris tertia species.

Gesn. pisc. 666. 782. 788. Passeris tertia species.

Charl. onom. 145. Passer niger.

Will. ichth. 98. Passer fluviatilis vulgò Flesus.

Raj. pisc. 32. Passer fluviatilis vulgò Flesus.

Suecis Flundra. *Babusiensibus* Slättlkådda.

Habitat in mari occidentali.

301. PLEURONECTES utrinque glaber, tuberculis sex a dextra capitis. *Art. spec.* 57.

Art. gen. 17. *syn.* 30. Pleuronectes oculis & tuberculis sex a dextra capitis, lateribus glabris, spina ad anum.

Rond. pisc. 316. Plateffa.

Gesn. pisc. 664. 670. Plateffa.

Aldr. ichth. 243. Passer lævis.

Jonst. pisc. 1. 22. Passer lævis.

Schonef. ichth. 61. Plateffa.

Charl. onom. 49. Plateffa lævis.

Will. ichth. 96. Plateffa.

Raj. pisc. 31. Plateffa.

Suecis Skålla.

Habitat in mari occidentali.

302. PLEURONECTES oculis a dextris, totus glaber,

Art. gen. 17. *syn.* 31.

Rond. pisc. 325. Hippoglossus.

Gesn. pisc. 667. 787. Hippoglossus.

Aldr. ichth. 238. Hippoglossus ab aldrovando observatus.

Charl. onom. 146. Passer britannicus.

Schonef. ichth. 62. Passerum genus majus.

Will. ichth. 99. Hippoglossus.

Raj. pisc. 33. Hippoglossus.

Suecis Hålg-flundra.

Habitat in mari.

OBS. vidimus in Gorlandia præter hos, duas alias, ni fallor, species: (vide *It. got. lmd.* 186) oculis sinistris radius dorf. 59. pector. 12. ventr. 6. ani 38. caudæ 16. oculis dextris _____ 57. _____ 9. _____ 6. _____ 39. _____ 16. Prior major immaculata scabra posterior maculis ferrugineis: utraque vulgatissima ibi, vix pro distincta specie habenda.

Ammodytes.

303. AMMODYTES; *Art. gen.* 16. *syn.* 29. *spec.* 55.

Salv. pisc. 70. t. 69. Piscis Sandilz dictus.

Gesn. paral. 3. Ammodytes piscis.

Aldr. ichth. 252. Sandilz anglorum.

Fonst. pisc. t. 21. f. 1. Sandilz anglorum.

Schonef. ichth. 76. Tobianus.

Charl. onom. 146. Anguilla de arena.

Will. ichth. 113. Ammodytes gesneri.

Raj. pisc. 38. Ammodytes gesneri.

It. æl. jun. 8.

Suecis Tobis.

Habitat in mari *Baltico*, ad australem *Oelandiæ* angulum copiose, & in *Scania* ad urbem *Cimbrishamn*.

OBS. Numeravimus plures radios in pinnis, quam ichthyologus, sc. dorf. 60. pector. 15. ani 32. caudæ 14.

Esox.

304. ESOX rostro plagioplateo. *Art. gen.* 14. *syn.* 26. *spec.* 53.

Rond. pisc. 2. p. 188. Lucius.

Salv. pisc. 94. Lucius.

Gesn. pisc. 500. Lucius.

Aldr. ichth. 630. Lucius.

Fonst. pisc. t. 29. f. 1. Lucius.

Schonef. ichth. 44. Lucius.

Charl. onom. 162. Lucius.

Will. ichth. 236. Lucius.

Raj. pisc. 12. Lucius.

Marf. danub. 4. p. 63. t. 22. f. 1. Lucius.

Suecis Giädda.

Habitat ubique in lacubus & fluviis, præsertim copiose in *Lapponicis*,

305. ESOX rostro cuspidato gracili subtereti spithamali.

Art. gen. 14. *syn.* 27.

Rond.

- Rond. pisc.* 227. *Acus prima species.*
Salv. pisc. 68. *Acus pilcis.*
Gesn. pisc. 9. *Acus prima species.*
Aldr. ichth. 106. *Acus vulgaris f. oppiani.*
Charl. onom. 136. *Acus.*
Schonef. ichth. 11. *Acus prima species.*
Will. ichth. 231. *Acus vulgaris f. oppiani.*
Raj. pisc. 109. *Acus vulgaris f. oppiani.*
Sæcis Nåbbgiådda. Bahusensibus Horngiåll.
Habitat in mari occidentali frequens.

DESCR. *Caput* quadratum, superne vitide, lateribusque argenteis glabris. *Oculi* albi, pupilla nigra. *Nares* magnæ papilla refertæ. *Os* subulatum capite ipso longius; maxilla inferior longior, sed apice carneo. *Dentes* in margine utriusque maxillæ; pauci in medio palato secundum atœolam longitudinalem minimam. *Membrana branchiostega* ossiculis 12. novæ vero 14. *Corpus* subteres, parum compressum, flexile, superne vitide, sub linea laterali argenteum.

Pinnæ pectorales ad basin capitis, radiis 13, articulatis ramosisque excepta prima indivisa.

Pinnæ ventrales remotissimæ a capite, radiis 7, quorum primus longior indivisus.

Pinna ani longa, falcata, interrupta, radiis 20: quorum tres primi indivisi, horum primus minimus, secundus maximus.

Pinna dorsi exacte opposita pinnæ ani, ejusdemque figuræ & longitudinis, interrupta & falcata, radiis 16: primo minimo indiviso, secundo tertioque maximo.

Lineæ laterales in medio laterum, obsoletæ: Lineæ ventrales tres, quarum laterales duæ oppositæ a gula tendunt ad exteriorem marginem pinnarum ventralium versus caudam; intermedia vero a gula restâ versus anam.

Maxilla utraque mobilis, superior mediate cartilagine, quo cranio annexa est, exierens utrinque extra oris sinum prominentiam ossæam, quæ recipitur a sinu capiti insculpto.

Dentes subulati, distantes, ad oris interioris marginem majores; denticuli acerosi, minimi vix conspicui, spatii citra ordinem maxillæ adnascuntur.

Lingua glabra. *Cranium* pellucidum. *Vertebræ* 79. *Ossa* viridia.

Salmo.

306. SALMO rostro infra inferiorem maxillam sæpe prominente. *Art. gen.* 11. *syn.* 22. *spec.* 48.

Rond. pisc. 2. p. 167. *Salmo.*

Salv. pisc. 100. *Salmo.*

Gesn. pisc. 824. *Salmo.*

Aldr. ichth. 483. *Salmo vulgaris.*

Jonst. pisc. 106. t. 23. f. 1. *Salmo.*

Schonef. ichth. 64. *Salmo nobilis.*

Charl. onom. 150. *Salmo.*

Will. ichtb. 189. Salmo.

Raj. pisc. 63. Salmo.

Suecis Lax.

Habitat in fluviis maximis totius Sueciæ, quos adscendit ova depositurus; & quidem hoc in australioribus Provinciis maturius, at in borealibus serius, in his uti Tornœ & Kemi seu ad apicem maris Botnici copiosissimus est; rarius apud nos hyemes transigit, uti in lacu Siljan Dalekariæ, tumque facie multum mutatur.

OBS. Variat maxilla vix manifeste inflexa, & maxilla inferiore angustata, digiti instar, sursumq. inflexa intra sinum maxillæ superioris; hanc notam credidere nostri speciem distinctam indigitare, at multoties dissecui Pisces, omnes autem maxilla adunca esse mares intellexi, reliquas vero feminas.

Art. spec. 80. SALMO minor vulgari similis. *Suecis* Laxunge. Non inducor, ut credam hunc specie differre a præcedenti, sed tantum ætare.

307. SALMO maculis cinereis, caudæ extremo æquali.

Art. gen. 12. *syn.* 23.

Will. ichtb. 193. The grey i. e. cinereus aut griseus.

Raj. pisc. 63. Salmo cinereus aut griseus.

Suecis Grålax.

Habitat cum præcedente, a quo vix specie differre crediderim.

308. SALMO maculis nigris brunneo cinctis: pinna pectorali punctis sex.

Art. gen. 12. *syn.* 24. *spec.* 51. Salmo latus, maculis rubris nigrisque, cauda æquali.

Charl. onom. 155. Trutta taurina.

Will. ichtb. 193. Trutta salmonata.

Raj. pisc. 63. Trutta salmonata.

Suecis Örlax, Börting.

Habitat in Dalekariæ & Norlandiæ fluviis frequentior quam in aliis provinciis.

DESCR. Color dorsi cinereus, *pinna dorsi* 12 radiis, adspersa nigris punctis. *pectoralis* 13 cinerea: punctis 6 longitudinaliter digestis. *ventralis* 10 cinerea; *ani* 9 vel 10 etiam cinerea; *cauda* 20 integra vix punctata, adiposa, fusca est. *Venter* albus est.

Latera totius piscis, etiam capitis, maculis nigris magnitudine pisi angularis, colore brunneo cinctis adsparguntur.

Dentes maxillarum simplici ordine, lingua duplici; in singulo 5 dentes; palatum tribus ordinibus denticulorum, quorum laterales simplices, at intermedius serie duplici alternata.

309. SALMO maxilla inferiore longiore, maculis rubris.

Art. gen. 12. syn. 23. spec. 51.

Rond. pisc. 2. p. 169. Trutta fluviatilis.

Gesn. pisc. 1002. Trutta fluviatilis rondeletii.

Aldr. ichth. 589. Trutta fluviatilis rondeletii, gesneri.

Fonst. pisc. 1. 26. f. 1. Trutta fluviatilis.

Salv. pisc. 96. Salar & varius.

Charl. onom. 155. Trutta fluviatilis vulgaris.

Schonef. ichth. 77. Truta vel Trutta vulgo, Forina & Forio.

Will. ichth. 199. Trutta fluviatilis.

Raj. pisc. 65. Trutta fluviatilis.

Suecis Laxöring, Forell, Stenbit.

Habitat frequens in fluviis.

DESCR. Præcedens communiter duos pedes, hic tæro pedem unum attingit: Cauda obtusa leviter bifurca, Pinna ani margine anteriore nivea. Pinnae pectorales non punctatae, adposita apicè rufescit. Dorsum etiam maculatum est, licet obscure. Macula supra lineam longitudinalem conferta, nigra, pallido cinctæ colore; infra hanc lineam sunt maculae purpureæ & nigrae mixtae.

310. SALMO dorso nigro, lateribus cæruleis, ventre fulvo.

Art. gen. 13. syn. 25. spec. 52. Salmo vix pedulis, pinnis ventris rubris, maxilla inferiore paullo longiore.

Gesn. pisc. 1201. Umbla minor.

Aldr. ichth. 650. Umbla minor alia.

Charl. onom. 163. Umbla minor.

Will. ichth. 196. Umbla minor.

Raj. pisc. 65. Umbla minor.

Suecis Rödning. Lappombus Raud.

Habitat in lacubus alpium Lapponicarum summis vulgarissimus & fere unicus piscis: quibus cibus vitam sustentet non video, cum nec vermiculis sca- tent aquæ hæc semper gelidæ, nec herbis.

DESCR. Longitudo communiter unciarum 13. Squamæ minutissimæ sunt. Caput glabrum, ovatum, obtusum. Maxillæ dentatæ: Lingua duobus ordinibus dentium, singulo hoc ordine 6 dentibus constante. Palatum ad latera dentatum. Nares parvæ duplici foraminè in singulo latere, altero supra alterum, quorum inferius majus elatum. Oculorum iris grisea pupilla nigra, infra oculos in mala seu ossè carnis vestito puncta 7 excavata longitudine digesta; in eodem ossè posterius puncta 3 perpendiculari ordine collocata. Membrana branchiosæ 10 ossiculis.

Pinnae dorsales radiis 12: quorum 2 priores sensim longiores, tertius & quartus longissimi cum sequentibus divisi.

Color totius Piscis: supra a dorso niger est, ad latera cyanus s. dilute cæruleus:

us: venter vero fulvus s. rubro-luteus: caput & gula alba sunt: *pinnae ventrales* rubrae, exteriori margine albae. puncta lutescentia secundum lineam lateralem longitudinaliter lateribus adpersa sunt. Cauda bifurca colore lateris.

Proportio a rostro ad basin capitis unc. $1\frac{1}{2}$; a capite ad pinnam dorsi unc. $3\frac{1}{2}$; dorsalis pinnae basis unc. $1\frac{1}{2}$, ejusdem altitudo unc. 2; a dorsali pinna ad adiposam unc. 3; a cauda ad adiposam unc. $2\frac{1}{2}$; a cauda ad pinnam ani unc. $1\frac{1}{2}$. Caro omnium sapidissima, ruberrimo pulchro colore:

OBS. De synonymis auctorum haereo, cum descriptiones insufficientes sint; apud nos vix nisi in Lacubus Lapponiae alpinae occurrit, aut in eorum fluviis descendentiibus interdum parce.

Osmerus.

311. OSMERUS radiis pinnae ani septendecim. *Art. gen.*

10. syn. 21.

Art. spec. 45. Osmerus.

Rond. pisc. 2. p. 196. Eperlanus.

Gesn. pisc. 362. 430. Eperlanus.

Aldr. ichth. 536. Eperlanus gesneri.

Jonst. pisc. 1. 24. f. 3. Eperlanus.

1. 47. f. 6. Spirinchus.

Schonef. ichth. 70. Spirinchus.

Charl. onom. 153. Eperlanus.

Will. ichth. 202. Eperlanus.

Raj. pisc. 66. Eperlanus.

Suecis Nors; *Slom.*

Habitat frequens in *Uplandia & Dalekarliae* lacubus ut & alibi.

OBS. Duplex est varietas: alter enim *SLOM* nostris dicitur & major est, nec fetet: alter vero *NORS* nominatur, longe minor, foetidissimas, stercoreis instar, quo fetore implet plateas upsalienses primo vere dum rustici urbem accedunt, ut emanent hunc piscem, tumque *Querquerae* regnant.

Coregonus.

312. COREGONUS maxilla superiore longiore plana, pinna dorsi officulorum quatuordecim. *Art. gen.* 10.

syn. 19. *spec.* 37.

Gesn. pisc. 33. Albula nobilis.

Schonef. ichth. 12. Albula nobilis major s. lautus.

Jonst. pisc. 1. 46. f. 1. Albula nobilis.

Raj. pisc. 60. Albula nobilis.

61. Lavaretus allobrogum.

Will.

Will. ichth. 183. *Lavaretus allobrogum.*

Suecis Sijk, Stor - Sijk.

Habitat in lacubus variis Sueciæ.

313. COREGONUS edentulus, maxilla inferiore longiore, *Art. gen.* 9. *syn.* 13. *spec.* 40.

Gesn. pisc. 34. *Albula minima.*

Aldr. ichth. 660. *Albula minima.*

Jonst. pisc. 173. t. 30. f. 7. *Albula minima.*

Charl. onom. 164. *Albula minima.*

Will. ichth. 186. *Albula minima.*

Raj. pisc. 61. *Albula minima.*

Suecis Sijklöja, Småfijk. *Dalekarlis* Blikta. *Norlandis* Stint. *Fennonibus* Moiku.

Habitat in plurimis lacubus Sueciæ; parit circa initium hyemis.

314. COREGONUS maxilla superiore longiore, pinna dorsi officulorum viginti trium. *Art. gen.* 10. *syn.* 20. *spec.* 41.

Rond. pisc. 2. p. 187. *Thymus.*

Salv. pisc. 81. t. 80. *Thymus* f. *Thymallus.*

Gesn. pisc. 978. *Thymallus* f. *Thymus.*

Aldr. ichth. 594. *Thymallus.*

Jonst. pisc. t. 26. f. 3. 4. 5. & 31. f. 6. *Thymallus.*

Charl. onom. 155. *Thymallus.*

Will. ichth. 187. *Thymallus.*

Raj. pisc. 62. *Thymallus.*

Marf. danub. 4. p. 75. t. 25. f. 2. *Thymallus.*

Suecis Harr.

Habitat in *Angermannia* & variis *Norlandie* partibus.

DESCR. Facies Albula, glabra. Os dentibus utrinque minutissimis, rostrum obtusum; maxillæ fere æquales. Membrana branchioftega radiis 9.

Pinna dorsi in medio dorsi, reliquis major, altitudine & longitudine eadem, radiis 21. mollibus, quorum quinque anteriores sensim breviores simplices, reliqui ramosi: pinna abrupta est; adiposa ut in reliquis absque radiis. *Cauda* bifurca ad medium: radiis multis articulatis multifidis. *Pinna ani* abrupta: radiis 12 dichotomis. *pectorales* radiis 11 dichotomis. *ventrales* radiis 15 multifidis.

Intestina hujus piscis coaguli vices suppleant apud Lappones pro conficiendo caseo e lacte Rhenonum, coagulo cum alio non instruantur.

Clupea.

315. CLUPEA, maxilla inferiore longiore, maculis nigris carens. *Art. gen.* 7. *syn.* 14. *spec.* 37.

a *Rond. pisc.* 222. Harengus.

Gesn. pisc. 408. 486. Harengus.

Aldr. ichth. 294. Harengus flandricus.

Fonst. pisc. t. 1. f. 6. Harengus.

Schonef. ichth. 36. Harengus.

Will. ichth. 219. Harengus.

Raj. pisc. 103. Harengus,

Suecis Sill,

β *Rond. pisc.* 220. Membras,

Gesn. pisc. 74. 85. Membras.

Aldr. ichth. 212. Membras rondeletii.

Fonst. pisc. t. 19. f. 14. Membras,

Charl. onom. 143. Membras,

Suecis Strömming,

Habitat in mari, quarum *a* Sill major plerumque, ex mari occidentali; *β* Strömming vero minor ex mari Botnico.

316. CLUPEA quadriuncialis, maxilla inferiore longiore, ventre acutissimo. *Art. gen.* 7. *syn.* 17. *spec.* 33.

Raj. pisc. Spratti.

Suecis Hwalsbuk.

Habitat in mari.

Cyprinus.

317. CYPRINUS cirrhis quatuor, officulo tertio pinnarum dorsi anique uncinatis. *Art. gen.* 4. *syn.* 3. *spec.* 25.

Rond. pisc. 2. p. 150. Cyprinus.

Salv. pisc. 92. t. 91. Cyprinus rondeletii.

Gesn. pisc. 309. 164. Cyprinus.

Aldr. ichth. 637. Cyprinus.

Fonst. pisc. t. 29. f. 3. 4. 6. Cyprinus.

Schonef. ichth. 32. Cyprinus nobilis, Cyprianus, Carpa.

Petit. act. gall. 1733. p. 274. t. 15. Carpio.

Charl.

Charl. onom. 162. Cyprinus.

Will. ichtb. 245. Cyprinus.

Raj. pisc. 115. Cyprinus.

Suecis Karp.

Habitat in piscinis Magnatum Sueciæ australioris, & e Germania adducti vivi venales prostant Holmiæ, cibus sapidissimus nepotum.

318. CYPRINUS pinna ani radiis viginti septem, pinnis fuscis.

Art. gen. 6. *syn.* 4. *spec.* 22. Cyprinus pinnis omnibus nigrescentibus; pinna ani officulorum viginti septem.

Rond. pisc. 2. p. 154. Cyprinus latus s. Brama.

Gesn. pisc. 316. 317. 165. Cyprinus latus s. Brama.

Aldr. ichtb. 641. Cyprinus latus.

Jonst. pisc. 165. t. 29. f. 5. Cyprinus latus.

Schonef. ichtb. 33. Cyprinus latus vel Brama.

Charl. onom. 162. Abramus, Cyprinus latus.

Will. ichtb. 248. t. 2. 10. Cyprinus latus s. Brama.

Raj. pisc. 116. Cyprinus latus s. Brama.

Suecis Braxen.

Habitat in plerisque lacubus Sueciæ; parit eo tempore, quo Juniperus mas floret farinamque effundit.

319. CYPRINUS pinna ani officulorum quindecim, maxilla inferiore longiore incurva.

Art. gen. 6. *syn.* 14. *spec.* 14. Cyprinus maxilla inferiore longiore cum apice elevato, pinna ani officulorum quindecim.

Suecis Asp.

Habitat in Lacu Mælero *Uplandiae*; fluvium Sahlam Upsaliam usque adscendit primo vere,

320. CYPRINUS pinna ani officulis tredecim rubra.

Art. gen. 5. *syn.* 14. *spec.* 6. Cyprinus iride sublutca, pinnis ventralibus anique rubris,

Suecis Id.

H 5

Habi-

Habitat in lacubus, fluviis & sinubus maris Balthici,
præsertim in *Uplandia* & *Sudermannia*.

321. CYPRINUS pinna ani officulis undecim, cauda integra.

Art. gen. 4. syn. 5. spec. 27. Cyprinus mucosus totus nigrescens, extremitate caudæ æquali.

Rond. pisc. 2. p. 157. Tinca.

Salv. pisc. 90. t. 89. Tinca.

Gesn. pisc. 984. Tinca.

Aldr. ichth. 646. Tinca.

Fonst. pisc. 146. t. 29. f. 7. Tinca.

Charl. onom. 162. Phycis vel Merula fluviatilis.

Schonef. ichth. 76. Tinca.

Will. ichth. 251. Tinca.

Raj. pisc. 117. Tinca.

Succis Sutare, Linnare, Skomakare.

Habitat in lacubus passim lutosis.

322. CYPRINUS pinna ani officulorum viginti, linea laterali recta.

Gesn. pisc. 222. 166. Charax.

Aldr. ichth. 644. Cyprinus latus alius.

Fonst. pisc. 165. t. 27. f. 12. Cyprinus latus alius.

Will. ichth. 249. Carassius simpliciter dictus.

Raj. pisc. 116. Carassius simpliciter dictus.

Succis Ruda.

Habitat in lacubus lutosis passim per Sueciam.

323. CYPRINUS pinna ani officulorum quadraginta.

Art. gen. 3. syn. 12. spec. 23. Cyprinus admodum latus & tenuis, pinna ani officulorum quadraginta.

Rond. pisc. 2. p. 154. Ballerus.

Gesn. pisc. 24. Piscis Blicka germanorum, qui Alburnus lacustris dici potest.

Aldr. ichth. 645. Ballerus rondeletii.

Fonst. pisc. 165. t. 27. f. 7. Ballerus.

Charl. onom. 162. Ballerus aristotelis.

Schonef. ichth. 28. Ballerus.

Raj.

Raj. pisc. 117. Ballerus.

Suecis Blicka; Braxenpancka. *Smolandis* Braxenflicka.
Habitat in omnibus facile Sueciæ lacubus vulgatis-
simus.

324. CYPRINUS pinnæ ani radiis quatuordecim, pin-
nis omnibus rubris.

Art. gen. 3. *syn.* 4. *spec.* 9. Cyprinus iride, pinnis om-
nibus caudaque rubris.

Will. ichth. 249. Rotaug i. e. Erythrophthalmos
germanis dictus; Bramis adfinis.

Raj. pisc. 116. Rotaug.

Suecis Sarf. *Westrobotniensibus* Isarf.

Habitat *Upsaliæ* vulgaris & *Pithoæ Westrobotniæ*.

OBS. Puncta lineæ lateralis 60 elevata.

325. CYPRINUS pinnæ ani radiis undecim, pinnis al-
bentibus.

Art. gen. 5. Cyprinus oblongus, iride argentea, pin-
nis albentibus.

Art. syn. 5. *spec.* 12. Cyprinus oblongus, figura ru-
tili, pinna ani officulorum decem.

Will. ichth. 263. Grislagine augustæ dictus Gobii flu-
viatilis species: germani enim Gobium Gressling
vocant.

Raj. pisc. 123. Grislagine augustæ dictus, Gobii flu-
viatilis species.

Angermannis Stâm.

Habitat in *Angermannia* & *Westrobotnia*.

326. CYPRINUS pinnæ ani radiis viginti quatuor, ro-
stro nasiformi.

Art. gen. 6. *syn.* 14. *spec.* 18. Cyprinus rostro nasiformi,
dorso acuminato, pinna ani officulorum vigin-
ti quatuor.

Suecis Wimba.

Habitat in lacu *Mælero* & amne *Upsaliensi*.

327. CYPRINUS pinnæ ani radiis triginta septem

Art. gen. 3. *syn.* 13. *spec.* 23. Cyprinus iride flava, pin-
na ani officulorum triginta septem. *Sue-*

124. PISCES. MALACOPTERYGII.

Succis Faren.

Habitat in Lacu *Mælero*, præsertim ad pontem *Oere-sundsbro*.

328. CYPRINUS pinnæ ani radiis viginti quinque.

Art. gen. 3. *syn.* 13. *spec.* 20. Cyprinus quincuncialis pinna ani officulorum viginti quinque.

Succis Björcka.

Habitat in *Uplandiæ* lacu *Mælero*.

OBS. In speciei hujus pisce numeravi radios pinnæ ani triginta quinque.

329. CYPRINUS pinnæ ani radiis duodecim rubicundis.

Art. gen. 3. *syn.* 10. *spec.* 10. Cyprinus iride pinnis-que ventris ac ani plerumque rubentibus.

Gesn. pisc. 820. Rutilus f. Rubellus fluviatilis.

Aldr. ichtb. 621. Rutilus gesneri.

Fonst. pisc. 130. t. 26. Rutilus fluviatilis gesneri.

Schonef. ichtb. 63. Rutilus, Rubellio & Rubiculus.

Charl. onom. 158. Rutilus f. Rubellus fluviatilis.

Will. ichtb. 262. Rutilus f. Rubellus fluviatilis.

Raj. pisc. 122. Rutilus f. Rubellus fluviatilis.

Succis Mört.

Habitat in omnibus lacubus Sueciæ omnium vulgatissimus piscis, vulgo ova ponit dum *Caltha* flo-
rescit.

330. CYPRINUS pinnæ ani radiis viginti.

Art. gen. 6. *syn.* 10. *spec.* 17. Cyprinus quincuncialis, pinna ani officulorum viginti.

Rond. pisc. 2. p. 208. Alburnus.

Gesn. pisc. 23. Alburnus aufonii.

Aldr. ichtb. 628. Alburnus aufonii.

Fonst. pisc. 146. t. 29. f. 13. Alburnus aufonii.

Schonef. ichtb. 11. Albula minor.

Charl. onom. 161. Alburnus aufonii.

Will. ichtb. 263. Alburnus aufonii.

Raj. pisc. 123. Alburnus aufonii.

Succis Lōja.

Habitat in Suecia omnium vulgatissimus in omni lacu.

331. **CYPRINUS** pinnae ani radiis novem, iridibus rubris.

Art. gen. 4. syn. 13. spec. 30. Cyprinus biuncialis, iridibus rubris & pinna ani officulorum novem.

Marf. danub. 4. p. 24. t. 9. f. 1. Cobitis fluviatilis? *Suecis* Mudd, Budd. *Dalekarliis* Quidd, Iggling. *Westrobotnienfibus* Glirr, Glirren. *Lappis* Solfensodg.

Habitat in fluviis *Dalekarliæ*, *Laponiæ*, *Uplandiæ*, sæpius in parvis rivulis & lacubus.

OBS. an hic sit idem cum Cyprino tridactylo vario oblongo teretiufculo, pinna ani officulorum VIII *Artd?*

DESCR. Facies Truttæ s. Salmonis; Longitudo digiti: dorso tereti pinguisimo secundum spinam itaque concavus. Color dorfi cæsius, cum maculis fuscis ut in Perca. Iris oculorum alba cum rubedinis mixtura. Pinna dorsalis pone æquilibrium, radiis octo dichotomis, primo simplicissimo. Cauda bifurca radiis 19. pinna ani paulo pone dorsalem radiis 9. ventrales radiis 7. pectorales 11 vel 12 radiis; maxilla inferior superiore paullo brevior. os nasale pedem bovis referens, ut in toto Cyprinaceo genere; Squamæ vix conspicuæ. Dum parit & coit caput variolis adpersum ut in congeneribus. Dorsum fuscum, latera punctis omnium minutissimis nigricantibus veluti per fascias (uti Percæ) pingitur.

OBS. In Dania a Magnatibus educatus fuit *Cyprinus* pinna ani duplici, caudæ trifurca. *Act. stackh. 1740. p. 403. l. 1. f. 3. 4. 5. 6. 7. 8.* unde eundem habuimus & descripsimus loco allegato; vivum tamen adhuc numquam Sueci coluere. Non tamen dubitamus, quin hic Piscis, colores si spectes omnium piscium pulcherrimus, tandem e China in Sueciam introducatur, & toti Europæ fiet æque vulgaris ac Pavo, in Magnatum oblectamentum.

Cobitis.

332. **COBITIS** tota glabra maculosa, corpore subtereti.

Art. gen. 2. syn. 2.

Rond. pisc. 2. p. 204. Cobitis barbatula.

Gesn. pisc. 404. Cobitis fluviatilis barbatula.

Aldr. ichth. 618. Cobitis barbatula.

Jonst. pisc. t. 26. f. 22. Cobitis barbatula.

Charl. onom. 157. Cobitis barbatula.

Schonef. ichth. 31. Cobitis fluviatilis.

Will. ichth. 265. Cobitis fluviatilis barbatula.

Raj. pisc. 124. Cobitis fluviatilis barbatula.

Suecis Grönlung. *Germanis* Grundel.

Habitat in lacu *Mälaren*, istuc adlatus e Germania & fatus a clementissimo Rege nostro **FRIEDERICO I.**

333. COBITIS aculeo bifurco infra utrumque oculum.

*Art. gen. 2. syn. 5. spec. 4.**Rond. pisc. 2. p. 204. Cobitis aculeata f. altera.**Gesn. pisc. 404. 482. Cobitis aculeata.**Aldr. ichth. 617. Cobitis aculeata rondeletii.**Jonst. pisc. t. 26. f. 21. Cobitis aculeata.**t. 46. f. 1. Tænia cornuta.**Charl. onom. 157. Cobitis aculeata.**Schonef. ichth. 74. t. 4. f. 1. Tænia cornuta.**Will. ichth. 205. Cobitis barbatula aculeata.**266. Tænia cornuta.**Raj. pisc. 124. Cobitis barbatula aculeata.**Marsf. danub. 4. p. 3. t. 1. f. 2. Cobitis aculeata.**Suecis Tånglake.**Habitat in Mælero lacu.*

Syngnathus.

334. SYNGNATHUS teres, pinnis pectoralibus caudæque carens. *Art. gen. 1. syn. 2. spec. 1.**Will. ichth. 160. Acus lumbriciformis aut septimus.**Raj. pisc. 47. Acus lumbriciformis f. Ophidion lumbriciforme.**Suecis Hafsnåhl.**Habitat in mari Baltico & Botnico.*335. SYNGNATHUS corpore medio heptagono, cauda pinnata. *Art. gen. 1. syn. 2. spec. 2.**Gesn. pisc. 1625. Typhle.**Will. ichth. 159. Acus aristotelis species altera major.**Raj. pisc. 46. Acus aristotelis species altera major.**Suecis Kantnåhl.**Habitat in mari Baltico.*336. SYNGNATHUS corpore medio hexagono, cauda pinnata. *Art. gen. 1. syn. 1. spec. 3.**Rond.*

Rond. pisc. 229. Acus secunda species f. Acus aristotelis.

Gesn. pisc. 9. 11. Acus secunda species f. Acus aristotelis.

Aldr. ichth. 105. Acus aristotelis.

Jonst. pisc. 52. t. 15. f. 14. Acus aristotelis.

Salv. pisc. 68. f. 2. Piscis septimus.

Will. ichth. 158. Acus aristotelis f. Acus secunda species.

Raj. pisc. 46. Acus aristotelis f. Acus secunda species.

Habitat in mari *Balthico*.

Classis IV.

INSECTA.

I. COLEOPTERA.

Scarabæus.

337. SCARABÆUS cornibus duobus mobilibus æqualibus apice bifurcis: introrsum ramo denticulisque instructis.

Mouff. lat. p. 148. Cervus volans.

Aldr. inf. p. 151. f. 1.

Fonst. inf. t. 14. Scarabæus 2. f. 1. 2.

Imper. alt. p. 694. Cervus volans.

Charl. onom. 46. Cervus volans platyceros.

Hoffm. inf. 1. t. 6, & 2. t. 1.

Merian. europ. gall. t. 168.

Merret. pin. p. 201. Scarabæus Cervus volans dictus.

Wagn. helv. p. 236. Scarabelaphus.

Olear. mus. p. 27. t. 16. f. 5. Taurus volans.

Worm. mus. p. 242. Scarabæus cornutus.

Dal. pharm. p. 398. Scarabæus cornutus.

Raj. inf. p. 74. n. 2. Scarabæus maximus platyceros,
Taurus nonnullis, aliis Cervus volans.

It. oel. 69. Scarabæus Cervus volans dictus.

Suecis Ekoxe, Hornoxe.

Habitat volans animal communiter in Quercubus.

338. SCARABÆUS maxillis lunulatis prominentibus dentatis; thorace inermi.

Raj. inf. p. 75. n. 3. Scarabæus platyceros totus niger, cornibus brevibus unicum tantum ramum emittentibus, corpore oblongo & velut parallelogrammo.

Habitat in pratis *Fraxino* confitis, in cujus ligno putrido nidificat.

DESCR.

DESCR. Magnitudo antecedentis. *Os* prominens maxillis duabus, lunulatis, nigris, angulatis, prominentibus, a latere interiore duplici denticulo armatis, qui denticuli in utraque maxilla duo s. pares, quorum unus inferior, alter superior. *Thorax* lævis, convexus, niger, marginatus, absque ullis elevatis marginibus. *Elytra* lævia, nigro subpurpurascencia, marginata. *Pedes* ferrati. Thoracis margines antici & postici villis cæcis instructi. Hinc a thoracis structura & maxillis, non prioris fœminam esse, ut rustici ferunt, constat, sed propriam speciem, licet antennæ, magnitudo, elytra, pedes, venter eadem videantur.

339. **SCARABÆUS** maxillis lunulatis prominentibus dentatis; thorace utrinque tridentato. *It. oel.* 152.

Habitat in *Oelandia*.

DESCR. Habet hic multa communia cum præcedente, sed non omnia. *Os* maxillis lunulatis acutis, ut in præcedente. *Oculi* reniformes. *Caput*, *thorax*, *elytra*, *abdomen* nigro-testacea, punctis minimis excavata, etiam ut in præcedenti, sed pectus magis hirsutum. Magnitudo eadem, sed teretior. *Thorax* utrinque tribus validis denticulis armatum. *Antennæ* ut in præcedentibus lateraliter lamellatis.

340. **SCARABÆUS** capite unicorni recurvò; thorace gibbo; abdomine hirsuto.

Olear. mus. 27. t. 16. f. 4. Scarabæus nasicornis.

Fonst. inf. t. 15. n. 2. Scarabæus Buceros nasicornis.

Imper. alt. p. 694. Scarabæus Rhinoceros f. 1, 2, 3.

Worm. mus. p. 242. Monoceros.

Jacob. mus. dan. part. 1. f. 5. n. 20. Scarabæus nasicornis.

Barthol. unic. p. 54. Scarabæus monoceros.

Stalpart. obs. p. 468. t. 9. f. 2. mala.

Hoffm. inf. t. 13. f. antepenult. edit. alt. 3. t. 1.

Frisch. germ. v. 3. p. 6. t. 3. f. 1. Scarabæus nasicornis.

Swam. bibl. t. 27. f. 1. 2.

Habitat in ligno putrido & vaporariis Hortulanorum.

341. **SCARABÆUS** capitis clypeo lunato, margine elevato; corniculo emarginato.

Habitat in *Scania*. *D. Leche*.

DESCR. Facies Scarabæi vulgaris stercorearii: *Caput* tegitur clypeo lunato, inagno, margine elevato, antice emarginato, in cuius medio *Corniculum* breve, emarginatum. *Thorax* gibbus, lævis, in medio margine acuto, prominente. *Elytra* lævia, singula 7 f. 8. fulcis minus profundis.

342. **SCARABÆUS** cylindricus; fronte unicorni; thorace antice truncato quinquedentato.

I

Habi-

Habitat ad acidulas *Medewi*, de Geer. in *Scania*, D. Leche.

DESCR. Niger, parvus, fere cylindricus: *Cornu* ex apice rostri reflexum, antice glabrum, pone villis tulvis hirtum. *Thorax* cylindricus, crassus, supra glaber, antice excavato-truncatus, margine quinquedentato, quorum dens intermedius utrinque cavitate distinctus. *Elytra* sulcata, punctis excavatis scabra.

343. SCARABÆUS antennarum lamellis septenis æqualibus, corpore nigro, elytris maculis albis sparsis. *Gharl. onom.* 46. Fullo.

Mouff. lat. p. 160. *f.* 4. Fullo.

Æt. n. cur. dec. 2. ann. 6. obs. 239. Scarabæus pictus.

Hoffn. inf. 2. t. 7.

Frisch. germ. 11. p. 22. t. 1. f. 1. Scarabæus julii albo maculatus.

Raj. inf. p. 93. *n.* 9. Scarabæus Fullo plinii.

Habitat in *Scaniae* campis, ubi radices plantarum consumit; in *Belgiis* dunis omnium frequentissimum insectum legi.

MAS antennis foliaceis oblongis, *FÆMINA* verò subrotundis,

344. SCARABÆUS corpore viridi-æneo.

Hoffn. inf. 3. t. 6. f. prior.

Baub. ballon. p. 211. *f.* 3. Buprestis.

Worm. mus. p. 342. Scarabæus chlorochrysos.

Merret. pin. p. 201. Smaragdulus vel Viridulus.

Frisch. germ. v. 12. p. 25. t. 3. f. 1. Scarabæus arboreus viridis f. Scarabæus auratus dictus.

Raj. inf. p. 76. *n.* 7. Scarabæus major, corpore brevior, alarum elytris & thoracis tegmine crustaceo, colore viridi serici instar splendidibus.

Smolandis Guldsmid.

Habitat sub terra, radicibus plantarum, & ubi plantæ congestæ in hortis; alatus delectatur *Pæoniæ* floribus.

345. SCARABÆUS testaceus; thorace villosa; abdominis incisuris lateralibus albis; cauda inflexa.

Aldr. inf. p. 454. *t. superior. f.* 2.

Mouff. lat. p. 160. *f.* 2. Scarabæus arboreus vulgaris.

Hoffn.

Hoffm. inf. t. i. f. 11.

Merian. lat. v. 1. p. 2. f. 4.

Gæd. belg. v. i. p. 178. f. 78.

List. gæd. p. 265. f. 111.

loqu. p. 379. n. i. Scarabæus maximus rufus, ur-
rhopygio deorsum inflexo,

mut. t. 18. f. 16.

Alb. inf. t. 60.

Lewwenh. arc. 1695. v. 1. p. 14. f. 14. Molitor.

Pet. gaz. p. 29. t. 19. f. 2. Scarabæus arboreus ma-
jor castaneus,

Raj. inf. p. 104. n. 1. Scarabæus arboreus vulgaris
major,

Frisch. germ. 4. p. 20. t. 14. Scarabæus julii f. vi-
tis.

Habitat in *Scania*, ubi *Erica* radices frumenti, vo-
latile sepium arborumque; præsertim *Fagi* folia
confumit.

DESCR. Inter majores habendus est hic *Scarabæus*, cui caput, thorax &
elytra testacei coloris sunt. *Thorax* villosus: *elytra* singula 4 striis elevatis
glabriusculis. *Anus* acuminatus deorsum flexus. *Abdomen* fuscum ad late-
ra subtus macula acuta in singula incisura alba. *Oris* labium superius ob-
tusum.

346. SCARABÆUS testaceus; thorace villoso; elytris
luteo-pallidis: lineis tribus albis longitudinalibus.

Mouff. lat. p. 160. f. 3. Scarabæus lanuginosus arbo-
reus alteri adfinis.

List. mut. t. 18. f. 17.

loqu. p. 380. n. 2. Scarabæus alter ex flavo ci-
nerereus.

It. gotl. 245. Allenborre.

Pet. gaz. p. 36. t. 22. f. 9. Soarabæus pectinatus mi-
nor villosus.

Frisch. germ. 9. p. 30. t. 15. f. 3. Scarabæus junii f.
folstitialis.

Suecis Allenborre.

Habitat frequens circa vesperam æstate in *Roslagia*,
Oelandia, *Gotlandia*. &c.

DESCR. Torus testaceus: *Oculi* nigri: *Antennæ* lamellatæ: *Pectus* & *Abdomen*
bifurca; *Elytra* glabriora; pallidiora lineis albis tribus longitudinalibus.

347. SCARABÆUS clypeo marginato; elytris nigris, fasciis duabus transversis rubris.

Mouff. lat. p. 149. lin. 7. f. 3. ordine perpendic. & app. tab. ult. Cantharus tertius.

Imper. alt. 692. t. 2. f. 2. Cantharis fasciata.

List. mut. 117. f. 5.

loqu. p. 381. n. 2. Scarabæus majusculus niger, duabus luteis fasciis undulatis transversim ductis supra alarum thecas.

Blank. belg. p. 168. t. 14. f. 1.

Frisch. germ. 12. p. 28. t. 2. f. 2. Scarabæus mochichi odore.

Raj. inf. p. 106. Scarabæus foetidus 1 aldrovandi.

Habitat æstate in floribus.

348. SCARABÆUS niger hirsutie flavus; elytris fasciis duabus luteis coadunatis.

Mouff. lat. p. 161. f. 6.

Habitat in floribus præcedente frequentior.

DESCR. Præcedente minor: Caput & Thorax nigricantia pilis densis erectis griseis, uti & Abdomen & Pedes. Elytra pallide grisea fasciis tribus nigris, quarum intermedia in medio angustior, ininterrupta, reliquis latioribus coadunatis & futuris elytrarum perreptantibus. OBS. interdum elytra glabra absque lineola ista intermedia interrupta.

349. SCARABÆUS ater; dorso glabro; elytris fulcatis; capitis clypeo rhomboide centro prominulo.

Mouff. lat. p. 151. Pilularius.

Baub. ballon. p. 212. f. ult.

Wagn. helv. p. 233. Scarabæus pilularius.

List. mut. t. 17. f. 4.

loqu. p. 380. n. 4. Scarabæus magnus ex purpura niger, tibiis omnium pedum ferratis.

Raj. inf. 90. n. 7. Scarabæus major niger vulgatissimus, antennis globosis, elytris lævibus.

Raj. inf. p. 74. n. 1. Scarabæus magnus niger vulgatissimus, antennis articulatis.

Frisch. germ. v. 4. p. 13. t. 6. Scarabæus stercorarius niger major.

Merr. pin. p. 201. Scarabæus stercorarius vel fimarius.

Suecis

Suecis Torndyfwel. *Smolandis* Torbagge.

Habitat in stercore & cloacis vespera præsertim volitans.

DESCR. Niger est a tergo & glaber; subrus ad femora villosus. *Caput* clypeo munitum rhomboide, obtuso, medio elevato, ac si esset testudinis squama. *Antennæ* clavatæ, capitulo trifolio; caule rubicundo, bulbo s. infimo articulo piloso. *Thorax* lævis, non punctatus, in medio versus posteriora sulco-excavatus. *Elytra* atra striis plurimis; subtus est totum animalculum atro cærulescens; in femorum primorum antica parte macula magna ferruginea villosa. *Osi* duabus depressis maxillis, adspersis hirsutie ferruginea.

350. SCARABÆUS cærulescens; dorso elytrisque glabris lævissimisque, capitis clypeo rhomboide centro prominulo.

It. æt. 41. Scarabæus magnus vulgatissimus, antennis articulatis.

Habitat cum præcedente in stercore.

DESCR. loco & facie adeo similis præcedenti, ut facile sola ætate differre crederetur, differt tamen a præcedenti.

1. quod paulo minor.
2. Elytris non sulcatis.
3. colore cyaneo s. cæruleo nitido.
4. tempore solo vernali.
5. antennis totaliter nigris, nec femoribus macula ferruginea.

351. SCARABÆUS capite thoraceque cæruleo piloso; elytris griseis; pedibus nigris.

Æt. upf. 1736. p. 16. n. 3. Scarabæus medius, capite collarique cæruleo, pedibus nigris, elytris pallidis striatis.

Habitat in viis publicis inter animalium stercorea, sed rarus admodum apud nos, at in *Nordenage, Ost-Frisiæ* insula, quondam copiosissimum vidimus.

352. SCARABÆUS ovatus ater glaber.

Æt. upf. 1736. p. 16. n. 4. Scarabæus parvus oblongus ater, elytris striatis.

Habitat in sylvis.

DESCR. Corpus præcedenti majus, totum atrum, glabrum, læve, minus nitidum; *Elytra* oblonga, concolorata, striata sed vix conspicue. *Antennæ* lamellatæ; *Alæ* fuscæ.

353. SCARABÆUS capite thoraceque nigro glabro; elytris griseis; pedibus pallidis. *It. æt.* 41.

I 3

Raj.

Raj. inf. p. 106. *Scarabæus pilularis* 10.

Act. upf. 1736. *p.* 16. *n.* 6. *Scarabæus parvus niger*,
elytris cinereis.

Habitat cum præcedentibus in stercore primo vere,
ubique in viis publicis.

DESCR. Magnitudo feminis *Oryzæ*. *Caput* nigrum, clypeatum, subrotundum. *Thorax* niger, marginatus: lateribus pallidis. *Elytra* grisea novem striis singula notata. *Pedes* griseo-pallidi.

354. *SCARABÆUS* capite thoraceque atro opaco; elytris cinereis nigro-nebulosis. *It. æl.* 41.

Raj. inf. p. 106. *Scarabæus pilularis* 9. willughb.

Act. upf. 1736. *p.* 16. *n.* 2. *Scarabæus parvus*, capite collarique nigro, elytris nebulosis.

List. mut. t. 18. *f.* 18.

Habitat cum præcedentibus, sed rarior, sub stercore primo vere.

355. *SCARABÆUS* capite thoraceque nigro; antennis elytrisque rubris.

Frisch. germ. 4. *p.* 35. *t.* 19. *f.* 3. *Scarabæus equinus medius*, coleoptris rubris, collari nigro.

Act. upf. 1736. *p.* 16. *n.* 5. *Scarabæus parvus niger*, elytris antennisque rubris.

Habitat cum præcedentibus.

356. *SCARABÆUS* ater; antennis pallidis.

Habitat in stercore.

DESCR. Est e parvis, licet non e minimis. *Totus* ater, glaber: *capitis* clypeo obtuso. *Antenna* summo apice præsertim rufa, alias fusco-pallida; *Pedes* extimis articulis rufo-pallidi, *Elytra* striata, nigra, pone obtusa s. inflexa. *Ala* longæ.

357. *SCARABÆUS* piceus.

Habitat in aqua & intra aquam cum *Hydrocantharis* frequens.

DESCR. Magnitudo feminis *Oryzæ* majoris. *Color* torius niger minus saturate, subtus vero totus fuscus. in singulo *Elytro* striæ 10 minutissimæ.

358. *SCARABÆUS* ater; elytris pone ferrugineis; pedibus rufis.

Habitat in fungis & plantis putridis.

DESCR. Magnitudo feminis milii; *totus* ater, lævis. *Elytra* striis excavatis, pone versus marginem rufescentia. *Pedes* & femora obscure rufa.

359. SCARABÆUS nigro-cærulescens.

Habitat in *Scania*. D. Leche.DESCR. Magnitudine pulicem vix attingit, *supra* totus nigro-cærulescens; *subtus* totus ater.

Dermestes.

360. DERMESTES niger, elytris antice cinereis.

Gæd. belg. 2. p. 145. f. 4. Dermestes.*List. gæd.* p. 276. f. 114.*Blank. belg.* p. 95. t. 11. f. K, L, M.*Raj. inf.* p. 107. n. 4. Scarabæus antennis clavatis, clavis in angulos divisis, quartus.*Frisch. germ.* 5. p. 25. t. 9. Scarabæus lardi parvus, fascia transversali elytrorum nigro-fuscorum albida.*Suecis* Ænger.

Habitat in cadaveribus, carnibus, lardo; dilacerat avium exuvias ornithologis inimicum animal.

361. DERMESTES niger; elytris fascia duplici alba undulata.

Habitat *Upsalia* rarius.

DESCR. Magnitudo, figura, facies præcedentis, sed elytra duplici linea transversa alba & undulata notata, quarum altera ab altera valde remota.

362. DERMESTES niger; coleoptris punctis albis binis.

Frisch. germ. v. 5. p. 22. t. 8.*Aff. ups.* 1736. p. 117. n. 11. Dermester niger, elytris puncto albo.*Suecis* Mahl.Habitat in *carnibus, vestimentis, cibis, parietibus.*DESCR. *Corpus* ovarum, atrum: punctum album in singulo Elytro, ut clavis elytris duo puncta alba in dorso appareant. Sunt tamen, si probe adspicias, adhuc 5 alia puncta alba, scilicet unum ad scutum dorsale, unum utrinque ubi pectus adnectitur elytris, & unum lineare in singulo elytro versus ejus basin, quæ quinque puncta minima sunt, & in quibusdam plane absunt, excepto puncto scuti. Venter, pedes & antennæ clavatæ, omnia atra. Tactus, terrefactus, aut ubi periculum vider, contrahit pedes & caput.

363. DERMESTES niger, coleoptris punctis rubris binis.

Act. upf. 1736. p. 17. n. 12. *Dermeſtes niger*, elytris puncto rubro.

Habitat in *Lardo* ſimilibusque.

364. *DERMEſTES niger*; coleoptris punctis rubris quaternis.

Friſch. germ. 9. p. 36. t. 19. *Scarabæus parvus luteo maculatus erucæ lanigeræ.*

Habitat in arboribus, reperitur etiam in fenestris.

DESCR. *Corpus* oblongum, nigrum totum, in ſingulo *Elytro* puncta duo longitudinalia, cubica ſ. quadrata, rubra, ita ut conniventibus elytris quatuor hæc puncta in figuram quadratam diſpoſita ſint.

365. *DERMEſTES lævis niger cinereo - nebulofus*; ſcutello luteo.

Act. upf. 1736. p. 17. n. 9. *Dermeſtes oblongus*, elytris murinis vix ſtriatis.

Friſch. germ. 4. p. 34. t. 18. *Scarabæus erucæ pinguis nigræ glabræ.*

Habitat in *cadaveribus*, *carnibus* & lignis putridis.

DESCR. *Corpus* oblongum, convexum, murini coloris, cinereum ſ. potius nigrum incano-maculatum, læve, non ſtriatum. Superficies (lente viſa) hirsuta. *Scutellum* dorſi flavescens. *Pectus* & abdomen ſubtus alba. *Antennæ* compreſſæ, perfoliatæ. *Caput* non retrahit, ſed peſtore prominere incurvato capite. *Datur* alia duplo major, magis nigricans: an *Fæmina*? complicat pedes miro artificio; complicatus ovatus eſt.

366. *DERMEſTES teſtaceus pilofus*; elytris ſtriatis reſtuſis præmorſo-dentatis. *It. æl.* 26. 195.

Raj. inf. p. 100. n. 10. *Scarabæus antennis clavatis x.*

Act. upf. 1736. p. 17. n. 6. *Dermeſtes pubeſcens*, elytris apice eroſis.

Habitat in truncis *Pini*, inter corticem & lignum, ubi labyrinthos format & charaèteres, pulveremque ſ. farinam producit.

OBS. *Antennæ* clavatæ nec perfoliatæ, nec ſiſſiles ſed apice ovato ſolida compreſſo.

367. *DERMEſTES teſtaceus glaber*; elytris pone villoſis obtuſis.

Habitat in *cadaveribus*, edit etiam inſecta.

DESCR. *Corpus* teres, magnitudine pediculi majoris, totum teſtaceum, glabrum; *Elytra* verſus apicem pilis longis adſperſa.

368. **DERMESTES niger**; elytris griseis margine nigris.

Aët. upf. 1736. p. 17. n. 7. *Dermestes cylindraceus*; collari crasso subhirsuto; elytris testaceis.

Habitat in varia *Supilectili* & in domibus.

DESCR. Corpus parvum, cylindraceum. Pectus crassum, subrotundum, nigrum, subhirsutum. Elytra oblonga, apice obtusa, testacea, margine circumcirca nigra. Ala fusco-albæ. Abdomen & pedes nigri. Antennæ rufescentes; clausis Elytris videntur. Coleoptra grisea, sutura nigra, marginibus lateralibus versus ventrem nigris. regio ani supra elytra nigra. Magnitudo majoris pediculi. Tactus se contrahit, nec sese movet.

369. **DERMESTES niger**; elytris griseis.

Habitat passim inter *quisquillas*.

DESCR. Totum corpus non superat pulicem. facies omnino Scarabæi, sed antennæ horizontaliter perfoliatæ. totum corpus alis, thorace, capite, antennis atrum, glabrum. sola Elytra castanei coloris sunt.

370. **DERMESTES niger oblongus**; abdomine acuto.

Aët. upf. 1736. p. 16. n. 7. *Scarabæus minimus* a-ter florilegus.

Raj. inf. p. 108. *Scarabæus* antennis clavatis, clavis in annulos divisis.

Habitat copiose in floribus, facile volitans, agile currens.

DESCR. Corpus oblongo-ovatum, atrum, magnitudine majoris pediculi. Abdomen planum, apice acuminatum. Antennæ clavatæ (an foliaceæ?) Ala albæ.

371. **DERMESTES ater**; pectore elytrisque subnigris; pedibus rufis.

Habitat in *Brassica subputrida*, per hyemen in cellulis servata.

DESCR. Corpus ovatum, pediculo duplo majus, agile. Caput atrum. Pectus & elytra e rubicundo nigra; elytra secundum marginem dorsalem parum prominent, ubi conjunguntur; femora & pedes nigro-rubri. Pectus non teres: sed fere marginatum cassidæ; cum *Chrysomelis* in multis convenit.

372. **DERMESTES ater**; pedibus rufis.

Habitat in aquis inter Lemnas.

DESCR. Magnitudo dupla pediculi. Caput, thorax, Elytra singula 9 striis, punctata, margine laterali prominulo. Pedes & antennarum basis rufo-feruginea. thorax convexus, non vero teres.

373. **DERMESTES nigro-cæruleus**.

Habitat in *Scania*. D. Leche.

I 5

DESCR.

DESCR. Magnitudo feminis *Oryzæ*, totus *supra* cæruleus, *subtus* nigricans. *thorax* pilosus.

374. **DERMESTES nigro-fuscus**; elytris punctatis nitidis. *D. Geer.*

Habitat in lignis.

DESCR. Magnitudo pediculi majoris, cylindricus, fere glaber. *Elytra* variant fusco & nigro colore; pone non truncatus.

375. **DERMESTES oblongus**, glaber, testaceus; oculis nigris.

Habitat in *stercore equino*, primo vere frequens.

DESCR. *Corpus* magnitudine pediculi, glabrum, læve, testaceum exceptis oculis atris. *Antennæ* clavatæ, perfoliatæ.

376. **DERMESTES fuscus**, thorace subtestaceo.

Habitat in *Scania*. *D. Leche.*

DESCR. Magnitudo fere pediculi. *Corpus* totum fuscum. *Antennæ* clavatæ, perfoliatæ. *thorax* & *elytrorum* basis obscure testacea.

Cassida,

377. **CASSIDA viridis**, ovata, lævis; clypeo caput tegente integro. *It. æl.* 153.

Act. ups. 1736. p. 17. n. 1. *Cassida viridis*, corpore nigro.

Volkam. hesperid. v. 1. p. 166. f. 4. *bona.*

Raj. inf. p. 107. n. 5. *Scarabæus* antennis clavatis, clavis in annulos divisus.

Reaum. gall. v. 3. t. 18. f. *omnes.*

Blank. belg. 89. t. 11. f. *F.* *Testudo viridis.*

Gæd. belg. 1. p. 94. t. 43. *Testudo viridis.*

List. gæd. 286. t. 116.

Merian. eur. t. 115.

Frisch. germ. 13. p. 35. t. 29. *Coccionella* clypeata viridis.

Habitat in hortis in *Lycopo*, *Mentha* & aliis, ubi larva tecta incedit proprio stercore.

DESCR. *Corpus* ovale, superne convexum, inferne planum; convexa superficies constat elytris & clypeo viridibus, levibus & æqualibus, ac si ex unica constarent crusta, futura lambdoidea divisa. *Abdomen* totum nigrum & caput totum sub clypeo reconditum; *antennæ* filiformi-clavatæ, pallidæ, superne fuscæ. *Pedes* pallidi. *Elytra* ad latera marginem prominulum exerunt & cum clypeo simul totum corpus tegunt, ut ne vestigium corporis.

378. CASSIDA nebulosa, pallida, ovalis; clypeo caput tegente integro,

Gæd. belg. 1. p. 96. t. 44.

List. gæd. 287. t. 117.

mut. t. 17. f. 10.

Raj. inf. p. 88. n. 13. Scarabæus minor, fordide fulvus, punctis & maculis aliquot nigris temere sparsis notatus.

Habitat in hortis inter plantas oleraceas. e. g. *melissa*; DESCR. admodum similis est præcedenti, ut forte solo sexu differat; Est enim dimidio minor, colore pallidus, punctis inæqualibus nigris adspersus & inde nebulosus uti testudo. *Clypeus* lunam refert, antice minime emarginatus, totus lævis, nec maculatus, sed pallidus: *Elytra* vero punctis excavatis striata, striis curvis & flexuosis; *Corpus* nigrum, totum clypeo & elytris absconditum. *Antennæ* nigræ, filiformi-clavatæ. margo coleoptorum, in hac, prominet ut in præcedenti.

379. CASSIDA atra; elytris striis quinque punctisque elevatis.

Aët. upf. 1736. p. 17. n. 3. Dermestes niger, punctis elevatis; collari cæcio.

Raj. inf. p. 90. n. 9. Scarabæus inter cadavera frequens depressus parum canaliculatus undique niger.

Habitat in casis *Lapponum*, & in *cadaveribus* ubiquè.

DESCR. *Corpus* ovale, parum oblongum; *Caput* ante clypeum insertum. *Clypeus* convexus, latus, antice truncatus, margine prominulus, superficie in aliis glabra atra; in aliis pubescente lanugine cæcia & punctis prominulis duris tuberculata. *Elytra* striis quinque, elevatis, longitudinalibus (numeratis inclusive striis lateralibus, sine quibus striæ madæ tres), later singulas ordo longitudinalis punctorum elevatorum. *Alæ* nigricantes, ut & torum *Corpus* atrum (excepto in quibusdam cæcio clypeo aut capite), opacum, minimeque nitidum. *Antennæ* clavatæ: articulo ultimo subrotundo, penultimo lenticulari, antepenultimo conico verticali. *Larva* glabra, ovato-oblonga, constans incisuris duodecim excepto capite & cauda, tota atra est; caput parvum. Devastat apud Lappones eorum pelles & carnes, cumque iis habitat communiter in stragulis. consumit cum *Blatta* 2-da *Lapponum* pisces dum exsiccantur, brevi tempore, sæpe omnes. apud nos circa cadavera frequens.

380. CASSIDA atra; elytris lineis tribus elevatis; antennis antice testaceis.

Frisch, germ. 6. p. 12. t. 5. Scarabæus campestris.

Habitat *Aboæ*, communicata a D. Starck, & *Lundini* a D. Leche.

DESCR. Tota nigra. in singulo *Elytra* striæ tres longitudinales, elevatæ, quarum extrema major. *antennarum* tres extimi articuli ferruginei.

381. CASSIDA atra; elytris striis decem elevatis, punctis excavatis striatis.

Habitat interdum in plantarum acervis.

DESCR. Antecedenti simillima est, sed minor, angustior, tota atra, glabra. antennarum clypeique structura ut in præcedenti. *Elytra* singula striis elevatis decem, quas singulas punctorum excavatorum ordo distinguit.

382. CASSIDA nigra; elytris striis quinque utrinque dentatis; clypeo emarginato.

Aff. *upf.* 1736. p. 17. Cassida nigra, clypeo emarginato, elytris punctatis.

Habitat communiter in sabulo & terra sicca.

DESCR. Corpus nigrum, minime nitidum, sed fere cinereo-sordidum. Caput maxima ex parte sub clypeo later; antennæ clavatæ: clypeus antice emarginatus: *Elytra* gaudent striis quinque (inclusive cum marginalibus,) elevatis, obsolete versus latera denticulatis, punctata enim non sunt, sed quasi tubercula s. puncta elevata striis adnata.

383. CASSIDA nigra, elytris striis quinque utrinque lævibus; clypeo emarginato.

Habitat in Drottningholm. B. Kallenberg.

DESCR. Convenit omnino cum præcedenti in omnibus, differt tantum striis *Elytrorum* lævibus, elevatis, acutis, minime dentatis, reliqua ut in præcedenti omnia.

384. CASSIDA nigra; antennis setaceis; corpore tereiusculo.

Aff. *upf.* 1736. p. 17. n. 5. Dermestes corpore oblongo, elytris striatis, capite clypeato.

Habitat in domibus, ubi vestimenta consumit. Mirum animal: cum quis hoc tangat, contrahit caput & pedes, ut caput clypeo muniatur, nec appareat; pedes lepide inflectit, ut femora quasi truncata conspiciantur; in hac ecstasi diutius commoratur, nec vi aut ulla tortura ad fugam vel motum minimæ fibrillæ adigipotest; neque aqua, neque igne, neque corrosivis spiritibus, nec ulla re irritari possunt nervi, quin hæc omnia perferat, licet moriatur. Solis tamen radios minus fert.

DESCR. Insectum teres, oblongum, atrum, opacum. Antennæ omnino setacæ (non ut in cæteris clavatæ). *Elytra* oblonga, flexilia, punctis minutissimis, excavatis, octo striarum. *Clypeus* subrotundus, magis latus quam longus, superne inæqualis margine cruciato prominulo: ad angulos thoracis posticos s. laterales sæpe punctum villis flavum. *Abdomen* nigrum est, certo tamen ad lumen situ albus omnino adparet.

385. CASSIDA nigra; elytris lineis tribus elevatis, lævibus, spatio interjecto punctato; clypeo antice integro.

Habitat in *sylvis*.

DESCR. *Clypeus* parum convexus, antice minime truncatus, sed rotundatus; in singulo *Elytro* striæ tres, æquales, elevatæ, minima dentate, præter marginis striam, quæ major prominere. *Totum* animal supra minutissimis excavatis punctis adpersum, atrum, depressum.

386. CASSIDA nigra; clypeo ferrugineo; elytris linea elevata.

Habitat *Upsalæ*.

DESCR. Reliquis sumillima, tota atra, sed *clypeus* antice truncatus, ferrugineus, pilis luteis. *Elytra* atra, in singulo striâ unica, elevata, acuta, semel interrupta.

387. CASSIDA ferruginea; elytris punctis excavatis, striisque elevatis alternis. *de Geer*.

Habitat in *Rostagia*.

DESCR. Glabra, mediæ magnitudinis; margo thoracis & coleoptorum pallidior.

Coccinella.

388. COCCINELLA coleoptris rubris: punctis duobus nigris.

Merian. europ. 3. p. 58. t. 35. f. infima.

List. loqu. p. 383. n. 8. Scarabæus alter niger exiguus, pennarum crustis miniatulis, in quibus mediis duæ tantum maculæ nigræ.

Raj. inf. p. 86. n. 2. Scarabæus hæmisphæricus minor; elytris e flavo rubentibus, singulis maculis s. punctis nigris media parte notatis.

Petiv. gaz. p. 34. t. 21. f. 4. Coccionella anglica bimaculata s. minor rubra.

Bradl. natur. t. 27. f. 4.

Frisch. germ. 9. p. 33. t. 16. f. 4. Coccinella secundæ magnitudinis, punctis coleoptorum duobus.

Habitat in *Alno*, ubi aphides devorat Larva.

DESCR. Abdomen, antennæ, pedes & omnia terram spectantia nigra. Thorax niger macula laterali alba. *puncta* duo alba minima ad basin Thoracis & toridem similia ad antennarum insertionem, *Elytra* rubra puncto, in utriusque medio, nigræ.

389. COCCINELLA coleoptris rubris: lineis punctisque albis longitudinalibus. *It.*

It. œland. 148. *Coccionella coleoptris rubris*: lineis quatuor albis longitudinalibus.

Habitat in sepibus *Oelandiæ*.

DESCR. Reliquis omnibus, hujus generis, nostris paullo major. *Elytra* & *thorax* rubra, latera *thoracis* utrinque alba. singulum *Elytron* notatur duabus lineolis longitudinalibus albis, quarum interior puncto albedo aucta est, vel, in medio interrupta, duobus punctis oblongis constans.

390. *COCCINELLA coleoptris rubris*: lineis quinque nigris transversis,

Raj. inf. 87. n. 9. *Scarabæus hemisphæricus minor*; *elytris* ex albo liventibus: lineolis nigris in medio dorso pictis,

Habitat in *Laponiæ* desertis.

DESCR. *Thorax* niger lateribus albis: puncta duo alba ad antennarum exortum. *Elytra* rubra lineis tribus transversis latiusculis obrufis nigris, quarum quæ pectori proxima ambo *elytra* conjungit; duæ autem reliquæ posteriores ad marginem internam *elytrorum* non extenduntur, hinc abruptæ in medio dorso.

391. *COCCINELLA coleoptris rubris*: punctis septem

Hollar. inf. t. 7. f. 8.

(nigris,

Alb. inf. t. 61. f. C.

Gæd. belg. 2. p. 58. t. 18.

List. gæd. p. 268. f. 112.

mut. t. 17. f. 2.

Mer. europ. 2. p. 24. t. 11.

Petiv. gaz. p. 33. t. 21. f. 3. *Cochinella anglica vulgarissima* s. *rubra*, septem nigris maculis punctata.

Raj. inf. 86. n. 1. *Scarabæus subrotundus* s. *hemisphæricus rubens major vulgarissimus*,

Frisch, germ. 4. p. 1. t. 1. f. 4. *Coccionella major*.

Suecis Åkerhøns, Nyckelpiga, Jungfru Mariæ Höna.

Habitat in sepibus & agris vulgarissima, aphides devastans,

DESCR. *Caput* nigrum: fronte punctis duobus albis.

Thorax niger, utrinque ad latera albus.

Elytra rubra, in singulo puncta tria nigra æqualiter remota; at ad basin *elytrorum* punctum utraque *elytra* conjungens nigrum antice album.

Antenna minimæ, clavatæ. Animal subtus atrum.

Larva cinerea: maculis nigris & albis adpersa.

Puppa lutea; maculis nigris & quasi deusta, ano adfixa.

392. *COCCINELLA coleoptris rubris*: punctis quinque nigris. Habi-

Habitat in agris inter fegetes.

DESCR. Facies & omnia eadem cum præcedenti; sed magnitudo minor, & in singulo elytro (excepta macula bateos nigro-alba,) duo puncta (non tria), quorum quod in medio majus, quod versus apicem minus: Species diversa est a præcedente, licet thorax & omnia simillima.

393. COCCINELLA coleoptris flavis; maculis quatuor rotundis, tribus oblongis. *De Geer.*

Habitat in sylvis.

DESCR. Oblonga: macula intermedia prima communis utrisque elytris; duæ aliæ transverse longiusculæ.

394. COCCINELLA coleoptris rubris: punctis undecim nigris.

Aët. upf. 1736. p. 18. n. 2. Coccinella punctis undecim.

Habitat in sepibus.

DESCR. Inter minimas hujus generis species hæc est. Puncta in singulo elytro quinque parva, sextum majus est sese extendens ad utrumque elytron. Thorax niger punctis duobus albis.

395. COCCINELLA coleoptris rubris: punctis tredecim nigris.

Aët. upf. 1736. p. 18. n. 3. Coccinella punctis duodecim.

Habitat in sepibus.

DESCR. Corpus magnitudine inter maximas & minimas medium. Thorax niger lateribus utrinque albis cum puncto nigro. Elytra rubra: puncta in singulis sex nigra, quorum duo in medio elytri tere contigua; unicum punctum nigrum ad basin elytri connectit utramque crustam, adeoque impar est.

396. COCCINELLA coleoptris flavis: punctis quatuordecim nigris: quibusdam connatis.

Habitat in *Scania*, D. Leche.

DESCR. est inter parvas sui generis. Elytra flava, quorum in singulo Puncta duo paria oblonga, distincta futura longitudinali nigra, cum qua una in singuli elytri medio, connata quadrangularis, dein alia connata cum opposita in formam trianguli: punctum terminatrix elytri etiam adnexum futura longitudinali. Thorax a tergo postice tectus macula magna nigra anteriorum tetraloba.

397. COCCINELLA coleoptris rubris: punctis quatuordecim albis.

List. loqu. 383. n. 10. Scarabæus subrufus, cui in humeris binæ maculæ, inque singulis alarum thecis septem maculæ albæ sunt.

Aët.

Aët. upf. 1736. p. 18. n. 5. *Coccionella punctis quatuordecim.*

Habitat in nemoribus & hortis.

DESCR. Magnitudo ad medias accedit. *Thorax* ruber lineola alba longitudinali in medio, et macula utrinque alba. *Elytron* singulum notatur VII punctis, eo ordine a thorace versus caudam numerando puncta, ut 1, 3, 2, 1.

398. *COCCINELLA coleoptris rubris: punctis quindecim nigris.*

Habitat in Horto academico rarius.

DESCR. Est inter majusculas sui generis. *Caput* nigrum. *Thorax* niger, utrinque albus, puncto nigro, ut in plerisque; in singulo *Elytro* anterius punctum 1, dein 3, iterum tria, postice nullum. his duplicatis (in binis scil. elytris) faciunt 14, adde unicum nigrum utrumque elytron tangens ad basin elytrorum. *Abdomen* & pedes nigri. in aliis ad apicem in singulo elytro lineola longitudinalis nigra.

399. *COCCINELLA coleoptris rubris: punctis sedecim albis.*

Habitat in *Laponia Lulensi* sylvatica.

DESCR. Magnitudo & facies proxime præcedentis. *Thorax* ruber, puncto utrinque albo, absque ulla linea intermedia. *Elytron* singulum rubrum notatum punctis octo, a thorace numerando 2, 3, 2, 1.

400. *COCCINELLA coleoptris rubris: punctis viginti albis.*

Habitat in arvis.

DESCR. Magnitudine & facie cum præcedentibus duabus convenit. *Thorax* ruber ad marginem lateralem utrinque lineola arcuata alba notatus, inter has lineolas a tergo duo puncta alba minora superiora, & duo alba alia inferiora scil. elytris propiora paulloque majora: in singulo *Elytro*, quod rubrum est, puncta decem sunt alba, quorum duo in medio fere contigua.

401. *COCCINELLA coleoptris flavis: punctis viginti duobus nigris.*

Habitat in sepibus.

DESCR. Inter species minores numerari potest. *Elytra* singula flava punctis novem nigris distantibus, præter duo vix conspicua obsoleta. *Thorax* notatur maculis septem, quarum infima reliquis major, duæ autem primæ, ad antennis, minimæ. Subtus inspecta observatur margo colicoprosum prominens cum puncto nigro in medio utrinque. *Abdomen*, ut in reliquis, nigrum est.

402. *COCCINELLA coleoptris rubris: punctis viginti quatuor nigris, quibusdam connexis.*

Habitat in *Scania*. D. Leche.

DESCR.

DESCR. Inter minimas nostras numeranda. In singulo *Elytro* puncta duo distincta, deinde 4. quorum intermedia coalita; tum 3 coalita omnia, hinc quasi fascia; demum 2 puncta minora distincta.

403. COCCINELLA coleopteris rubris; punctis plurimis nigris, quibusdam connexis futura longitudinali nigra.

Raj. inf. 87. n. 15. Scarabæus hemisphæricus flavus, maculis nigris variæ figuræ depictus.

List. loqu. 383. n. 9. Scarabæus luteus, nigris maculis distinctus.

Frisch. germ. 9. p. 34. t. 17. f. 6.

Habitat in arboribus.

DESCR. *Thorax* antice ruber, pone niger. *Elytra* rubra, maculis s. punctis plurimis (16.) quadratis, artis, connatis inter se cum margine interiore coleopterorum nigro. differt itaque paucis a sequente. *LARVA* hujus hispida est.

404. COCCINELLA coleopteris flavescens, punctis plurimis nigris, omnibus connexis futura longitudinali nigra.

Frisch. germ. 9. t. 17. f. 4. 5.

Habitat in sepibus.

DESCR. Præcedenti magnitudine & facie simillima, sed *thorax*, qui niger, ad latera majoribus albis maculis, & antice macula majori alba, & in medio versus *elytron* albus, includens maculam duobus tribusque punctis nigris notatam. *Elytra* singula rubra notantur cruce, cujus radix (versus caudam) emarginato-bifida; maculæ hic fere nullæ distinctæ, sed omnes in cruce hanc coalitæ.

405. COCCINELLA coleopteris nigris; punctis viginti duobus albidis.

Habitat in *Scania* & *Smolandia*.

DESCR. Mediocris: *Elytra* singula undecim punctis flavescens-albis.

406. COCCINELLA coleopteris nigris; punctis quatuordecim rubris.

Habitat in sepibus.

DESCR. Est inter minores species numeranda. *Elytra* nigra cum tribus paribus punctorum rubrorum & ultimo adhuc impari. *Thorax* nigricat cum puncto utrinque rubro.

407. COCCINELLA coleopteris nigris: punctis sex rubris.

Raj. inf. p. 87. n. 4. Scarabæus hemisphæricus minor,

K

nor, elytris nigris (*non deleatur*) rubris maculis pictis.

Habitat in arboribus sat rara.

DESCR. *Thorax* totus niger. *Elytra* atra, nitida, singula tribus punctis sanguineis, quorum quod thoraci proximum majus est; ultimum punctum versus ipsam apicem elytri situm, at intermedium propius margini interiori, quam exteriore collocatum, varietatem absque tertia macula apud *D. de Geer* vidi.

408. COCCINELLA coleopteris nigris; punctis quatuor rubris.

Habitat in *Urtica* majore, *Rubo*; aliisque.

DESCR. Inter minores est, ovata, nitida, atra. *Caput* attum. *Thorax* ater cum pari punctorum excavatorum a tergo. *Elytra* nigra, singula juxta basin ad marginem exteriorem macula minore rubra cum puncto ferrugineo, & alia minore, in medio elytri, versus marginem interiorem, iidem rubra.

409. COCCINELLA coleopteris nigris; punctis duobus rubris.

Frisch. germ. 9. p. 34. t. 16. f. 6. Coccinella media nigra, punctis duobus rubris dorsalibus.

Habitat in *Sorbo*, mense septembri, Fahlunæ.

DESCR. Est magnitudine mediocris, antecedenti simillima, ambitu fere orbiculata, tota nigra, nitida, margine prominulo. *Thorax* absque maculis. *Elytra* singulum in medio fert maculam s. punctum latum sanguineum. *Abdomen* inferius rufescit, alias tota subtus nigra, tergum sub elytris etiam sanguineum. *PUPPA* hispida est.

410. COCCINELLA atra glabra; elytris abdomine brevioribus margine inflexis.

Aët. upf. 1736. n. 10. Dermestes subrotundus ater nitidus; elytris brevibus.

Habitat in terra, arena, stercore equino passim.

DESCR. *Corpus* quadratum, atrum, nitidum, glaberrimum. *Elytra* abdomine breviora, parum truncata, glaberrima, integerrima, striis aliquot vix manifestis. *Thorax* lævis, non striatus, sed linea excavata ambiente notatus. *Caput* omnium minimum, quod, terrefacta, totum intra thoracem retrahit, ac si decollata esset, nec, ut caput exferat, ullo tormento adigitur. *O.* forcipatum dentibus duobus acutis. *Antennæ* clavate, integræ. Posteriora abdominis truncata, glabra, elytris paulo longiora, obrutissima. facies recedit a reliquis & convenit cum Dermeste vel Scarabæo.

411. COCCINELLA villosa, coleopterorum margine inflexo, thoracis macula bascos utrinque alba.

Habitat cum præcedenti.

DESCR

DESCR. Sequenti adeo similis est, ut pro eadem facile haberi queat, licet triplo minor. *Tota nigra est ex punctis vix conspicuis, fuscis & albis nebulosa facta. thorax* utrinque versus basin maculam albam fert, & duo puncta alba majora in medio elytrorum, in singulo unieum; subtus tota albieat. *Thorax, caput & antennæ nigra.*

412. **COCCINELLA villosa**, coleopterorum margine inflexo, futuris rubris.

Raj. inf. p. 85. n. 37. Scarabæus parvus, corpore subrotundo, collo oblongo, alarum elytris nigris binis punctis albicantibus notatis.

Aët. upf. 1736. p. 18. n. 3. Gyrinus nigricans major. Habitat frequens in *Scrophularia* 520.

DESCR. *Raji* descriptio optima est. *Abdomen* album. *Corpus* ovatum. *Thorax* latus, convexus. *Elytra* nigricantia, albedine adspersa. *Sutura* elytrorum tam inter se, quam illa cum thorace, rubra. *Antennæ* clavatae, integræ, nec fissæ. *Hæc & præcedens a reliquis facie tota recedunt, cum quasi hirsutæ sint, nec margine elytrorum conspicuo aut reflexo notentur.*

Chrysomela.

413. **CHRYSOMELA atra**; punctis excavatis contiguis.

Habitat in *Tanaceto* 666. in insula Gotlandiæ versus austrum *Heligbolmen* dicta, copiose, ut & ad fendas lapideas *Burswiken*, tarde admodum ircedens.

DESCR. Est e majoribus hujus generis. *Tota atra, minime nitida. thorax & Elytra punctis minutissimis confertissimis excavata. Elytra* satis flexilia; mollia & obruta sunt. *Antennæ* undecim articulis. *Margo elytrorum prominens.*

414. **CHRYSOMELA nigra glabra**; antennarum basi subflava.

Habitat in *Roslagia*. de Geer. in *Scania*. D. Leche.

DESCR. media, punctis nec contiguis, nec striatis in elytris. color deitparum ad cæruleum vergit.

415. **CHRYSOMELA nigro-purpurea**, punctis excavatis striata.

Aët. upf. 1736. p. 19. n. 3. *Attelabus* cærulæus nitidus oblongiusculus, subtus niger.

Habitat in *Betula*, cujus foliis pascitur. *Larva* degit sub foliis *Betulæ*, cujus inferior superficies ab ea consumitur, relictis nervis vel vasis foliorum crassioribus durioribusque, nec

non epidermide seu superficie folii superiore cœlum spectante. hocce dum nutritur pabulo Abdomen s. caudam multoties adtollit & erigit. Consumta sic foliorum pulpa, maculam pallidam exfucam ostendit folium; hincque autumnno vel Augusto Betulæ folia sæpe maculantur. Ova plumbea, globosa, numerosa, juxta se invicem collocata, nitida sæpe reperiuntur in inferiore foliorum superficie.

DESCR. Insectum atro-cæruleum ad purpuram vergens, seu proprie violaceum floris violæ martiæ omnino colore; solus venter, pedes & antennæ nigra. *Caput* & *thorax* punctis excavatis minutissimis inordinatis fere contiguis adspersa; at *Elytra* striis vix oculis percipiendis, ex punctorum excavatorum minutissimorum serie, notantur, quibus, ut & parvitate a sequenti differt.

LARVA satis similis facie est Coccinellarum Erucis; incisuræ singulæ in medio verrucarum ordine transversali instructæ, quæ verrucæ apice pilosæ sunt & humorem excernentes. Abdomen pallidius est, etiam verrucosum. Larva degit sub foliis Betulæ.

416. **CHRYSOMELA nigro - purpurea**, punctis excavatis adspersa.

Frisch. germ. v. 7. p. 13. t. 8. Scarabæus alni cæruleus.

Habitat in *Alno* frequens vere, cujus folia consumit.

DESCR. Antecedenti Betulæ Chrysomelæ adeo similis est, ut ovum ovo, modo major, & elytris quidem punctis excavatis, sed sparsis, nec uti Betulinæ in strias longitudinaliter digestis. *Caput* & *thorax* subrus, uti & pedes & antennæ, nigra sunt. Color violæ martiæ odoratæ.

417. **CHRYSOMELA nigro - purpurea**; thorace utrinque luteo: puncto nigro.

Aët. upf. 1736. p. 17. n. 5. Chrysomela violaceo-nigra, collari margine rubro.

Habitat in *Salice*.

DESCR. Magnitudine & facie Chrysomelæ alni simillima; color omnino idem. *Elytra* punctis minutissimis excavatis adspersa; quæ puncta vaga, nec striatim digesta sunt. *Thorax* lævis & glaber est, ad latera ruber, in medio longitudinaliter violaceus, uti elytra, aut paullo magis nigricans in medio. *Caput*, *pedes*, *Abdomen* nigra. Punctum nigrum, in medio coloris lutei ad thoracis latera.

418. **CHRYSOMELA viridis nitida**; thorace æquali; elytris punctis excavatis contiguis: pone dehiscentibus.

Aët.

Aët. upf. 1736. p. 17. n. 2. *Chrysomela viridis nitida*.
Habitat in *Salice*.

DESCR. Insectum sericeo-viride, punctis, si lente observentur, contiguis, seque invicem tangentibus, excavatis; versus anum obrusum est animal; elytra pone dehiscunt. *Thorax* æqualis minus punctatus, *antennæ* & *pedes* nigricantes; sequenti dimidio minor.

419. *CHRYSOMELA viridi-cærulea*.

Aët. upf. 1736. p. 17. n. 1. *Chrysomela viridi-cærulea nitida*,

Habitat copiose in pratis & agrorum marginibus primo vere juxta urbem *Hernösand* Angermanniæ, ubi eandem mense majo 1732 legi.

DESCR. Est animal e majoribus hujus generis, admodum convexum. *Totum* e viridi & cæruleo colore sericeum s. auratum. *Elytra* margine parum prominent & punctis minutissimis excavatis distincta, nec contiguis (ut in antecedenti) adspersa, admodum convexa sunt hæc elytra, & proin subtus magis concava. *Antennæ* & *pedes* virides. *Abdomen* viride.

420. *CHRYSOMELA viridis nitida*; thorace antice excavato. *de Geer*.

Habitat in *Roslavia*.

DESCR. Tota nitida. Thorace antice non æqualiter truncato, sed sinu excavato.

421. *CHRYSOMELA viridis nitida*; thorace antice æquali; elytris pone contiguis. *de Geer*.

Habitat in *Roslavia*.

DESCR. Minor est præcedenti & teretior.

422. *CHRYSOMELA obscure testacea*. *Aët. upf.* 1736. p. 17. n. 3.

Habitat in *ligno putrido* primo vere.

DESCR. Inter majores generis species numeranda est. *Color* totius corporis, elytrorum, thoracis, antennarum, abdominis & pedum unicus idemque obscure testaceus, s. castaneus; sed omnium simillimus est semini *Staphyleæ* s. *Staphylodendri*, nec novi aliud hujus singularis coloris, a quo similitudinem desumam. *Antennarum* extimus articulus ovarus est, reliqui breviores. *Elytra* punctis minutissimis inordinatis excavatis adspersa. *Thorax* utrinque margine crassiusculo notatus, & utrinque macula depressa. *Corpus* ovatum. *oculi* soli nigri. *Antennæ* & *Pedes* magis rubent, plantæ pedum subrus albæ.

423. *CHRYSOMELA pallido-grisea*.

Habitat in *Salice*.

DESCR. *Color* griseus s. testaceus toto corpore; præcedenti simillima, sed paullo minor; plantæ *pedum* subrus exalbescentes; *oculi* nigri; præcipua nota, quæ a præcedenti differt, (præterquam colore longe pallidior) consistit

sistit in singulis elytris punctis per 9 ordines longitudinaliter digestis, cum in præcedente puncta sparsa, nec per strias distributa.

424. **CHRYSOMELA nigra**, thorace elytrisque griseis.
Aët. upf. 1736. p. 12. n. 6. Attelabus subrotundus griseus.

Habitat in *Lilio*,

DESCR. Thorax & Elytra grisea, mollia, flexilia, pellucida, punctis minutissimis confertissimis excavatis adspersa. Caput nigrum, ut & antennæ, pedes & ipsum corpus. magnitudine reliquis plerisque cedit.

425. **CHRYSOMELA rubra**, thorace cylindræco utrinque impresso.

Blank. belg. 91. t. 11. f. 7.

Mer. eur. 71.

Reaum. gall. 3. t. 17. f. 1. 2.

Habitat in *Lilio*, *Convallaria* 273, cujus larva tecta legitur proprio stercore.

DESCR. Inter mediocres magnitudine est collocanda. *Rubra* sunt Thorax, elytra, caput superne, pedes. *Nigra* vero antennæ, oculi, pedum genicula, abdomen, scutellum, caput subrus, ut & thorax subrus. Thorax elytris longe angustior, teres, sed ad utrumque latus cavitate impressa notatus. *Elytra* punctis minutissimis excavatis striata sunt. *VARIAT* capite & pedibus nigris.

426. **CHRYSOMELA ænei coloris**,

Habitat in *Salice* frequens.

DESCR. Hæc mediocris magnitudinis, tota e rubro ænea f. ænei politici coloris.

427. **CHRYSOMELA viridi-ænea**: elytris rubicundis,
de Geer.

Habitat in nemoribus *Roslagiæ*, de Geer. in *Scania*,
 D. Leche.

DESCR. Media. Caput & thorax pulchre nitent. elytra rubro-testacea apicibus immaculatis.

428. **CHRYSOMELA nigro-cærulea**, elytris rubris apice nigris.

It. al. 38. Chrysomela thorace viridi cæruleo, elytris rubris apice nigris.

Habitat in *Populo*, cujus folia consumit, primo vere frequens, unde foliorum sceleta quasi ex retibus facta, folis vasis constantia.

DESCR. Inter maximas hujus generis hæc est. Elytra rubra, punctis minutissimi.

nutissimis excavatis adpersa. apex elytrorum minimam maculam nigram habet. *Thorax* glaber, viridi-nigroque cæruleus, ut & scutellum & abdomen, & Caput & pedes. *antennæ* magis nigricantes. margo thoracis linea impressa distinctus. margo *elytrorum* inflexus corpus arcte ambiens. *alæ* & dorsum nigricantes. variat elytris rubris & flavis, forte sexu?

Antennæ Chrysomelæ hujus non lamellatæ sunt, uti à Listero descriptæ, sed ut in reliquis 11 articulis filiformes, infimo majori.

LARVA rarsa dimittit oleosum quoddam flavescens, fœtidissimaque est, ut nullo modo ferri queat.

429. CHRYSOMELA thorace elytrisque rubris.

Habitat in *Salice* foliis hirsutis 811.

DESCR. Corpus totum nigrum, uti caput, antennæ, abdomen, pectus subus, pedes; at thorax ruber est cum duobus punctis fuscis juxta elytra, & elytra ipsa rubra; in singulo elytro 9 ordinés punctorum minutissimorum vixque conspicuorum.

LARVA nigra est, & valde rugosa.

PUPPA vero flava.

430. CHRYSOMELA thorace rubro cylindræo punctis duobus nigris; coleopteris flavis cruce nigra. *Frisch. germ. 1. p. 27. t. 6. Scarabæus cruciatus, e-rucæ Asparagi.*

Habitat in *Asparagi* 272 ramis, quos consumit *Larva*, apud nos etiamnum rarissima, Hamburgi autem vulgatissima, *Asparagum* devastans, e *Russia* cum eo adlata, ut ab *Hortulanis* creditur.

DESCR. Est præcedentibus & minor & longe angustior. *Caput* nigro-cæruleum. *Antennæ* nigre. *Thorax* angustus, cylindræus, punctis duobus nigris a tergo. *Elytra* oblonga, flava, versus marginem exteriorem secundum totam longitudinem fulva. *macula cruciformis* cærulea tegit coleoptera, cujus truncus incumbit margini elytri utriusque interioris secundum totam longitudinem; at rami breves sunt, nec marginem exteriorem elytrorum attingunt; ad basin elytri macula oblonga cærulea, quæ non conjungitur cum cruce; versus apicem elytri punctum cæruleum rotundatum, quod sæpe adnascitur basi crucis.

LARVA nigro-fusca glabra.

431. CHRYSOMELA thorace viridi; coleopteris rubris, cruce cærulea.

Aët. ups. 1736. p. 17. n. 4. Chrysomela viridi-aurea rubro variegata.

Habitat in *Lapponia* Umenfi.

DESCR. Figura & facie ad Chrysomelam *Populi* quodammodo accedit. *Caput* & *thorax* colore æneo-viridi. *antennæ* nigre, congeneribus simillimæ; *pedes* nigri maxima ex parte. *Elytra* autem maxime singularia & pulcherrima, colore dilute rubra, fasciis æneo-cæruleis picta; ita ut macula ad basin elytri subrotunda, nec connexa cum reliquis, nisi cum thorace. Margo interior elytrorum secundum longitudinem æneo-cæruleus, in

medio elytri fascia linearis transversa, utrinque margine repanda, conficit cum macula longitudinali, secundum marginem anteriorem excurrente, crucein. Inter ramos hujus crucis & apicem elytrorum, seu pone fasciam intermediam est arcus fere circularis, reliquis maculis concolor, cujus alterum crus innascitur maculæ longitudinali ad marginem anteriorem elytrorum, altero crure libero anumque respiciente. Caput, thorax & elytra punctis minutissimis excavatis inordinatis adpersa sunt.

432. **CHRYSOMELA oblonga nigra**; coleopteris rubris, maculis quatuor nigris.

Habitat in sylvis *Lössadiensibus*. de Geer; in *Upsaliensibus*. E. Ekelund.

DESCR. Major reliquis omnibus, teretior, oblongior; in singulo *Elytro* puncta majora duo, quorum prius magis ovatum, posterius majus transversum. *Antennæ* fere pectinatae. *Thorax* brevis.

433. **CHRYSOMELA oblonga fusca**; elytris littera S albo.

Habitat in *Scania*. D. Leche.

DESCR. *Thorax* griseus albidis pilis; *Elytra* griseo-fusca cum macula alba, utrinque acuta, rhombæa, in medio futuræ; mox macula trigona, apice posteriora spectante; tum fascia transversa, & ultimo macula in medio futuræ. omnes hæ maculæ albæ. Magnitudo totius est feminis Carvi.

434. **CHRYSOMELA elytris fuscis pone lividis**.

Habitat in *Scania*.

DESCR. Magnitudine pulicem vix superat. corpus nigrum. thorax & elytra fusca, sed elytra pone magis pallida & livida.

435. **CHRYSOMELA livida**; oculis nigris. de Geer.

Habitat in *Pado* foliis annuis 396.

DESCR. parva: tata pallida s. livida.

436. **CHRYSOMELA supra rufa**; thoracis punctis nigris duobus, elytrorum pluribus. de Geer.

Habitat in *Populo*.

DESCR. Mediæ Magnitudinis. Corpus nigricans: puncta nigra in *Elytris* singulis 3 vel plura.

437. **CHRYSOMELA supra nigro-ænea**; margine coleopterorum luteo.

Raj, inf. 99. Scarabæus antennis clavatis tertius.

Habitat in *Ostrogothia*. de Geer, in *Scania*. J. Leche.

Upsaliæ in *Ranunculo echinato* 470. *Nos.*

DESCR. Mediæ magnitudinis: margo exterior elytrorum & Thoracis flavescens; thorax & caput nigro-ænea; subtus tota atra. corpus oblongum est. pedes nigri.

438. CHRYSOMELA nigro-ænæa, elytrorum lineis duabus luteis.

Habitat Upsaliæ. *P. Kalm.*

DESCR. oblonga admodum est, tota supra nigro-ænæa, thoracis margine laterali flavo & singula elytra in medio & margine exteriori linea longitudinali flava. tibiæ & femorum interior pars flava; antennæ clavatæ.

439. CHRYSOMELA thorace nigro; coleopteris rubris; cruce nigra.

Att. upf. 1736. p. 19. n. 3. *Necydalis collari nigro;* elytris testaceis, fascia nigra.

Habitat - - - -

DESCR. Est inter medias numeranda. Corpore angusto & oblongo. Antennæ, Caput, thorax, abdomen nigra. Alæ albæ. antennæ angustiores quam in reliquis. Thorax punctis scaber. Elytra dilute rubra striis octo vel pluribus, punctis minutissimis exarata. basis & apex elytrorum nigra; fascia transversa nigra margine inæquali in medio elytra ambit. futura elytrorum (seu margo interior) nigra, conficiens cum fascia transversali intermedia crucem.

440. CHRYSOMELA cæruleo-viridis, thorace femoribusque ruffis.

Att. upf. 1736. p. 19. *Attelabus subrotundus cæruleo-nigricans;* collari testaceo.

Habitat frequens ruri, nidificat in *gallis Salicis*.

DESCR. Inter minores est hæc numeranda. Caput & Elytra nitida, viridi-cærulea, punctis sparsis excavatis. Thorax minor viridi-ruber seu testaceo-ruber, crassus, convexus; Antennæ nigrae, subclavatæ. Femora rufa: palmæ nigrae.

OBS. Differt hæc in paucis a Carabo capite elytrisque cæruleis, thorace rubro, quod hæc brevior sit; quod collare non; cordarum, ut in Carabo; quod antennæ subclavatæ, nec, ut in Carabo filiformes; & denique quod infima internodia antennæ in hac nigra sint, in Carabo autem isto testacea seu rubra. Abdomen a tergo flavum, subtus nigro-cæruleo-scens.

441. CHRYSOMELA dilute testacea hemiptera.

Habitat in floribus maxima sæpe in copia.

DESCR. Magnitudo pediculi. Corpus oblongum, læve. Antennæ parum clavatæ. Elytra non striata & truncata, abdominis duobus articulis breviora.

442. CHRYSOMELA testacea oblonga; elytris acuminatis.

Habitat in arboribus.

DESCR. Est inter omnia Coleoptera minima, utpote quæ pediculo quadruplo minor. Tota testacea, antennæ filiformes, minus capitæ quam in præ-

præcedenti. *Elytra* dein non obtusa, sed acuminata caudam tegunt. *thorax marginatus* fere, ut in *Carabis*.

443. **CHRYSOMELA** fusca; capite nigricante.
Habitat in *fenestris* vere.

DESCR. Corpus totum pulice minus est, oblongum, nec obtusis elytris; *pedes* pallidiores ipso corpore. color corporis totus e nigro castaneus, excepto capite nigricante.

444. **CHRYSOMELA** coleopteris fuscis, margine flavo-pallidis. *de Geer*,

Habitat in foliis *Nymphææ* 426. 427; circa 24 Junii in copula frequenter observatur, præsertim in fluvio Upsaliensi, ignavum maxime & tardum animalculum.

DESCR. Est mediæ magnitudinis. *Caput* fuscum: *thorax* subflavus, inæqualis. *Elytra* planiuscula nigra, opaca, punctis excavata, margine laterali & postico (non vero versus suturam) flavo. *Pedes* flavi. *antenna* nigro & flavo alternatæ, corpore dimidio breviores. *alæ* fuscæ, venis nigris. *Abdomen* a tergo flavescens linea transversa, nigra, lata, in singulo segmento, at latere terram spectante nigrum.

LARVA nigra est, glabra, subtus flava.

Curculio.

445. **CURCULIO** fuscus, oblongus; elytris rectis acuminatis.

Act. upf. 1736. p. 16. n. 1. *Curculio acuminatus*, longus, fuscus.

Habitat *Fahlunæ*.

DESCR. Est maximus inter Svecanos nostros. *rostrum* longum, teres. *thorax* punctis excavatis. *Elytra* minus, quam in reliquis, gibba, recta, in apicem seu angulum acutum desinentia, oblonga, singula striis decem longitudinalibus exarata & simul excavato-punctata; hæc striæ cœunt per paria ante apicem in singulo elytro. *Totum Corpus* atrum, villis conspiciis cinereis rectum, hinc totum cinereum. *Antenna* magnæ, infimo articulo longissimo, rufescente.

446. **CURCULIO** subfuscus; elytris fasciis nebulosotestaceis.

It. æl. 26. *Curculio subfuscus*, elytris fasciis duabus testaceis.

List. loqu. p. 393. n. 29. *Scarabæus majusculus scaber* e leucophæo nigroque varius.

Pet. gaz. p. 14. t. 8. f. 6. *Curculio norwegicus* niger, signaturis flavescens adpersus. Habi-

Habitat in *Serratula* 662 (quæ *Carduus* in avena) frequentissimus apud nos in agris; tarde incedit, arcte apprehendit, tenaciter adhæret, ore frustra cutem mordere tentat captivus.

DESCR. Versus anum valde gibbum est abdomen a tergo. Animalculum totum a griseo nigrum; totum corpus, rostrum, thorax, elytra & pedes punctis minutissimis contiguis excavatis. *Signatura* aliqua testaceæ in thorace ex villis tenuissimis, similes etiam in formam fasciarum duarum transversarum linearium, quarum quæ thoraci propior ad suturam elytrorum interrupta est. *antennarum* apices flavescunt.

LARVA rete subglobosum in foliis texit, intra quod muratur.

447. CURCULIO griseus; macula ferruginea elytrorum.

Habitantem reperi in *Salice*.

DESCR. Est præcedenti similis, sed dimidio minor; totus griseus e cano & griseo mixto: *antennæ* nigrae. *Rostrum* thorace fere longius. *thorax* griseus, a tergo in medio pari punctorum alborum & vix conspicuorum. *Elytra* e cano & griseo mixta intime, cum macula magna ferruginea in finguli elytri medio. *Scutellum* seu apex thoracis albus est.

448. CURCULIO albo nigroque varius; proboscide planiusculo carinato thoracis longitudine. *de Geer, Frisch.germ.* II. p. 32. t. 23. f. 3. Curculio brevi-rostris.

Habitat in *Roslagia*.

DESCR. Facies præcedentis, sed color ex niveo & nigro varie mixtus.

449. CURCULIO æneo-fuscus; rostro thorace brevioro.

Aët. upf. 1736. p. 16. n. 2. Curculio acuminatus oblongiusculus æneo-fuscus.

List. loqu. p. 394. n. 31. Scarabæus majusculus e nigro rufescens. *an?*

Habitat apud nos sat frequens.

DESCR. *Rostrum* depressum, capite ipso fere brevius. *Caput* & thorax punctis minutissimis inæqualia. *Elytra* oblonga, striis septem profunde excavata, interjectis striis (fere elevatis) crenatis. Capiti, thoraci & elytris, (quæ omnia nigra) insidet pilus vix conspicuus aureo-igneus. *Pedes* & *antennæ* rufescentes, infimo articulo longissimo. *Femina* marito duplo major.

450. CURCULIO rostro thorace brevioro; corpore griseo; thorace tribus striis pallidioribus.

Habitat in hortis & pratis frequens.

DESCR. Pediculo duplo major. *Corpus* totum griseum. *antennarum* infimus

mus articulus rufescens, *thorax* lateribus & dorso niger, intra quam nigredinem color griseus striarum instar ducitur, unica linea in tergo, & dein unica in utroque latere, hinc thorax quasi fuscus lineis tribus longitudinalibus pallidis s. cinereis exaratus; *oculi nigri*: *elytra* cinerea, singula striis 4 exarata. *rostrum* breve, extra antennas brevissimum & fere nullum.

451. CURCULIO ater; proboscide thoracis longitudine. *de Geer.*

Habitat in *Roslagia*.

DESCR. Mediæ magnitudinis; punctis excavatis striatus.

452. CURCULIO cinereus oblongus; elytris obtusiusculis.

List. loqu. p. 394. n. 30. Scarabæus fuscus, lanugine incanus.

Habitat frequens in herbidis.

DESCR. Est præcedentibus paulo minor, oblongus, ater, sed tenuissimis pilis undique adspersus, hinc cinereus ad nigredinem vergens. *Elytra* oblonga, non acuta, ut in prima specie, striis ad summum octo punctato-concavis. *Pedes* elytris concolores. *antennæ* versus basin rufescunt, infimo articulo longissimo.

453. CURCULIO cinereus, oblongus; pedibus rufis. Habitat - - -

DESCR. Antecedenti adeo similis figura, magnitudine & colore, ut pro eodem haberi possit, sed pedes, tibiæ & femora testaceo-rubra nuda, nec ullis villis cinereis adspersa; *ungulæ* s. duæ squamæ, in omnibus pedibus ad exortum unguium, solæ nigre sunt. *antennarum* infimus articulus longissimus. an præcedentis femina?

454. CURCULIO griseus nigro-nebulosus oblongus; pedibus antennisque subfuscis.

Habitat in Rumice 292 293, folia consumens subtus, unde foliorum maculæ & vitia; delitescit sub foliis & ibi nidum figit reticulare flavum, intra quod mutatur.

DESCR. Mediæ magnitudinis; *Rostrum* fere longitudine thoracis; *Coleoptera* subacuminata; denticulus nullus in femore anteriore, licet crassiore.

LARVA supra fusca: subtus flava, dentis tribus primis segmentis corporis,

455. CURCULIO viridis opacus; pedibus antennisque magis fuscis.

Habitat - - -

DESCR. Mediæ magnitudinis, non nitens, striatus; color dilute viridis antennæ rufescentes.

456. CURCULIO cæruleo-viridis nitens; antennis atris.

Pet. gaz. p. 77. n. 6. Curculio parvus splendide viridis. (*figura Petiveri nobis deest*)?

Frisch. germ. 12. p. 17. t. 8. Scarabæus nasicornis purpureo-auratus.

Habitat Fahlunæ in *Betulis*.

DESCR. Est e mediæ magnitudinis speciebus hic Curculio. Totus capite, thorace, rostro, elytris, abdomine, pedibus cæruleo-viridi-inauratus seu fericeo nitidissimus. versus posteriora admodum obrufus. Torum corpus punctis minutissimis excavatis perfusum. *oculi & antennæ* solæ nigræ; harum infimus articulus reliquis nullo modo longior est, ut in reliquis, clavatæ tamen sunt antennæ, ut in congeneribus. Hic minime salit.

457. CURCULIO purpureus nitens. *de Geer.*

Pet. gaz. 35. t. 22. f. 5. Curculio miniatus minimus.

List. loqu. 394 Scarabæus ex toto coccineus.

Habitat in nemoribus.

DESCR. Minor præcedenti; rostrum longissimum.

458. CURCULIO femoribus anticis denticulo notatis; corpore griseo-nebuloso.

Frisch. germ. 1. p. 32. t. 8. Curculio in floribus arboreis.

Habitat in *floribus arborum*.

DESCR. Pediculo paullo major. Totus nebulosus s. griseo-cinereus, fascia duplici transversa supra elytra, quarum antica ad angulum rectum, in medio, ad juncturas suturarum, pone coit, & alia fascia fusca posterior magis transversa, ad apicem Thoracis a tergo punctum album. *antennæ pedesque* subsulci: in femoris primi paris latere interiore versus apicem *denticulus* robustus, qua nota manifeste differt ab aliis.

459. CURCULIO femoribus omnibus denticulo notatis; corpore viridi oblongo. *de Geer.*

Habitat in *Urtica*.

DESCR. Mediæ magnitudinis. corpore oblongo; *Rostro* thoracis longitudine. *colcopteris* pone acutiusculis.

460. CURCULIO subglobosus, punctis duobus nigris futuræ longitudinalis coleopterorum; thorace exalbido.

Reaum. gall. v. 3. t. 2. f. 12.

At. upf. 1736. p. 16. n. 5. Curculio globosus, proboscide reflexa.

List.

List. loqu. 395. Scarabæus exiguus cinereus, duabus maculis nigris in alarum thecis insignitus.

Habitat in *Scrophulariæ* § 20 peticarpis immaturis, nidum globosum inflatum testaceum inter capsulas, capsulis similem, e vesica testacea formans; nec non in variis speciebus *Scrophulariæ*, licet rarius in reliquis.

DESCR. *Rostrum* nigricans, thorace longius, quod terrefactus sub ventrem maxime inflectit. *Thorax* exalbidus, pilis cinereis vestitus; cum maculis duabus atris a tergo. *Elytra* glabra, fultata, cinereo-testacea: singula striis quinque, interjacentibus lineis elevatis nigris, albis punctis; in medio dorso, clausis elytris, inque ipsa futura, punctum atrum cum puncto albo adnexo a parte postica; pone hunc punctum aliud punctum nigrum in ipsa futura coleopterorum versus anum albedine cinctum. *antennarum* infimus articulus longus. *Pedes* nigri: plantæ ferruginæ.

LARVA livida, gelatina tota oblinita limacis instar; capite nigro.

461. **CURCULIO** subglobosus fusco-nebulosus: macula cordata alba in medio dorso.

Aët. upf. 1736. p. 16. n. 7. Curculio minimus, cinereus, subrotundus, obtusus.

Habitat etiam sæpe in *Scrophularia* § 20.

DESCR. Est magnitudine feminis *Sinapis* albi: totus e nigro & fusco mediis, scaber, striatus, vellere cinereo raro adpersus. ad futuras elytrorum juxta thoracem in medio dorso macula alba, ex lineola in singulo elytro eodem in loco alba. *antennarum* infimus articulus longus: sæpe ante maculam cordatam albam observatur punctum nigrum: sæpe etiam versus caudam propius macula alba.

462. **CURCULIO** rufo-testaceus oblongus; thorace elytrorum fere longitudine.

Raj. inf. 88. Scarabæus parvus fordide s. obscure fulvus, proboscide longa deorsum arcuata.

Habitat in *Segetum* feminibus, quibus vescitur.

DESCR. Totus omnibus partibus concolor, rufo-testaceus; corpus admodum oblongum est, & quod in hac specie singulare est, *thorax* valde longus & magnus, ut fere longitudinem elytrorum (non tamen omnino) attingat. *Thorax* punctis excavatis adpersus; & *Elytra* striis excavata. magnitudo pediculi.

463. **CURCULIO** picetis, abdomine ovato.

Habitat in *Tetradynamiis* frequens.

464. **CURCULIO** piceus; elytris oblongis: femoribus clavatis.

Habitat in *Frumenti* feminibus, quæ devastat.

DESCR

DESCR. Magnitudine majoris pediculi, cylindricus, oblongus, rufo-niger s. piceus; *elytris* striatis; *thorace* oblongo cum capite longitudine corporis: *femora* omnia clavata cum pedibus obscure ferruginea.

465. CURCULIO ater; coleopteris oblongiusculis opacis.

Habitat in *Scania*, D. Leche.

DESCR. Pulice duplo majot. *totus* ater, *elytris* punctis striatis opacis, nec ullo modo nitidiusculis.

466. CURCULIO ater; coleopteris nitidiusculis.

Habitat in *Scania*, D. Leche.

DESCR. Pulice dimidio minor. *totus* ater, sed *elytra* punctis striata, nitidiuscula; præcedenti quadruplo minor. *abdomen* eum *elytris* ovatum.

467. CURCULIO ater; elytris nigro-cærulescentibus, Habitat in sepibus.

DESCR. Magnitudo pulicis. *Caput*, *thorax* & *pedes* atra; punctis minimis excavatis adpersa. *Elytra* violacea s. e nigro cærulescentia, punctorum excavatorum striis exarata. Non salit.

468. CURCULIO nigro-cærulescens.

Habitat in sepibus.

DESCR. Magnitudo pulicis. *Caput*, *thorax*, *femora* nigro-cærulescentia, sed *Elytra* magis saturate, punctorum excavatorum striis exarata. Non salit. præcedenti simillimus, sed paullo majot. Corpus (exceptis *elytris*) non ut in præcedenti atrum. an sexus vel ætatis discrimen?

469. CURCULIO ater, femoribus exalbidis.

Habitat - - - -

DESCR. antecedenti magnitudine ac figura simillimus, sed *Elytra* atra striata, minime cærulescentia. *femora*, sæpe & *tibiæ*, pallida s. ex albedo flavâ; *antennæ* nigrae, infimo articulo pallido, vix reliquis longiore. *Caput* & *thorax* punctis excavatis.

470. CURCULIO cinereus; elytris macula nigra; tibiis pallide flavis.

Habitat in *Salice*.

DESCR. Nec hæc species pediculum magnitudine superat. *Caput* & *rostrum* atrum, glabrum. *thorax* niger villis cinereis vestitus. *Elytra* singula nigra, striata, villis cinereis vestita, singula in medio macula nigra notata. *femora* nigra. *Tibiæ* & *pedes* pallide flavi. *antennæ* flavæ, articulo infimo cæteris non longiore.

471. CURCULIO cinereus; pedibus rufis.

Habitat in terra exarida.

DESCR. Magnitudo pulicis: *totus* cinereus; *elytra* striata, lateribus punctis prominulis scabra. *pedes* parum rufescunt.

472. **CURCULIO cinereus**, fasciis longitudinalibus dilutioribus.

Habitat inter glaream.

DESCR. Magnitudine pediculum superat; totus omnibus partibus obscure cinereus: linea longitudinalis dilute cinerea a rostro ad elytra ducitur in medio dorso, elytra tamen non tangit. Linea alia cinereo exalbida ab oculo per latus thoracis & elytrorum recta ad anum utrinque tendit; subtus totum animal dilutius cinereum est. oculi nigri. antennæ cinereæ, capitæ, infimo articulo longo; ad basin antennarum in capite lineola atra. rostrum breve, non multum productum.

473. **CURCULIO lividus**; coleopteris maculis quatuor obscuris. de Geer.

Habitat intra folia Alni.

DESCR. Saltatrix. magnitudo pediculi; macule in singulo elytro due.

474. **CURCULIO sanguineus**. de Geer.

Leww. arc. 1687. aug. 6. p. 83. f. 1.

Habitat in frumento.

DESCR. Pediculo paullo major.

475. **CURCULIO niger**; elytris in medio rufescentibus.

Att. upf. 1736. p. 16. n. 6. Curculio minimus fuscus, lateribus rufescentibus.

Habitat in floribus.

DESCR. Magnitudo Pulicis. Totus niger vel ex cinereo nigricans, præterim thorace, qui villis cinerascens manifeste adspersitur. Elytra striata, nigra, sed maxima ex parte rufa, excepta parte thoraci & futura longitudinali adjacentem, quæ nigra: hinc clausis elytris latera insecti rufa conspiciuntur. Femora nigra, sed Tibiæ flavæ. Antennæ nigro-fuscæ, infimo articulo non majore.

476. **CURCULIO niger**; elytris rubris; capite pone elongato. It. æl. 153.

Att. upf. 1736. p. 19. n. 4. Necydalis rubra, capite minimo nigro.

Habitat Upsaliæ & alibi non infrequens.

DESCR. Singularis est hæc Species, nec facie ad reliquas accedens. Caput enim, quod totum nigrum & atrum, excoriatæ vulpis caput refert, caret enim rostro elongato, sed brevissimo gaudet, cui antennæ nigre innatæ, articulo infimo reliquis non longiore: Caput pone elongatum, nec thoraci immersum, ut in reliquis. Thorax antice ater est, uti caput; pone vero ruber, ut elytra. Elytra saturate rubra, oblonga, punctis excavatis striata; femora nigra; Scutellum dorsi atrum est.

477. **CURCULIO niger**; elytris nigris: fascia duplici alba, basi rubris. Fonst.

Jonst. inf. t. 15. Scarabæus minor 69 f. ultimus.

Hoffn. inf. t. 16. f. 13.

List. mut. t. 31. f. 1.

Raj. inf. p. 103. n. 29. Cantharis XXIX.

Habitat ubique sat frequens; currit celerrime inter omnes Curculiones.

DESCR. Nescio quam similitudinem habet cum Formica, quamvis in nulla re cum Formicis conveniat; mihi tamen semper se sistit ad normam & formam Formicæ. Caput nigrum est, thoraci immersum, depressum, absque ulla proboscide, ut in congenitibus. Antennæ clavata, ori fere insidentes, nigre, absque infimo articulo elongato. Thorax rufus est & scaber, margine caput spectante nigro. Elytra oblonga, obtusa, planiuscula, nigra, punctis elevatis scabra; sunt hæc basi rubra, fascia transversali lineari alba duplici; quarum thoraci propior supra mediam longitudinem antrorsum flexa; altera vero fascia paullo supra apices elytrorum sita, etiam alba, sed latior, ad suturam longitudinalem antrorsum flexa. Capite subtrondo a reliquis differt.

HÆC cum proxime præcedente e Genere *Curculionum* esse docuit & demonstravit D. Car. de Geer; cujus veritatem durities insecti, pedum tenacitas, unguium antennarumque infertio, mordendique conatus irritus evincunt.

478. CERAMBYX viridi-cærulefcens, antennis corpus subæquantibus.

Aët. upf. 1736. p. 120. n. 1. Cerambyx viridi-æneus.

Mouff. lat. p. 133. f. ult. Cerambyx tertius. p. 134.

List. loqu. p. 384. n. 11. Scarabæus magnus suaviter olens.

Raj. inf. p. 81. n. 17. Scarabæus Capricornus dictus major viridis odoratus.

Frisch. germ. 13. p. 17. t. 11. Scarabæus arboreus cæruleo-viridis.

Habitat in Salice, odorem spargens gratum & fragrantissimum.

DESCR. Quead ipsū corpus inter nostras maxima est hæc species; tota cæruleo-viridis aureo nitens; Abdomen supra cæruleum. Ala nigre. Pedes colore cum reliquo corpore conveniunt; pedum tarsi subtus villosi, glauci; tibia terminatur spina; Thorax utrinque mucrone gaudet, intra hos mucrones tria tubercula paullo minora, elytris propiora, & nonnulla alia tubercula adhuc minora anterius. Elytra minutissimis rugis, fibrisque tribus longitudinalibus parum elevatis notata, oblongo-lanceolata, flexilia. Antennæ vix longitudinem corporis attingunt, harum articuli per gradus versus extremitatem breviores sunt, contrario ac in reliquis modo.

479. CERAMBYX nebulosus; antennis corpore longioribus; thoracis punctis quaternis luteis,

L.

Mouff.

Mouff. lat. in appendice tab. penult. (Mas.)

p. 151. f. 2. Scarabæus VII, ex Russia.

Pet. gaz. 14. t. 8. f. 8. Capricornus rufficus cinereus, cornubus longissimis.

Frisch. germ. 13. p. 18. t. 12. Scarabæus arboreus, antennis longissimis.

Act. upf. 1736. p. 120. n. 2 ♂ 3. Cerambyx fuscus, antennis corpore quater longioribus.

It. æl. 8. Cerambyx nebulosus &c. ut supra.

Smolandis Timberman.

Habitat frequens in linteribus & arborum truncis decorticatis, dum ex his domos extruunt ruricolæ, hinc pueris nostris dicitur Timberman, i. e. Aedilis; omnibus notissima species: vulgus hunc lædere religioni apud nos ducit.

DESCR. Pollicem transversum longum est corpus, totum cinereum. *Elytra* obtusa pilis minutissimis adspersa, inter quos pilos tubercula seu puncta minutissima prominent confertissima. umbra nigricans coleoptera transversim ambit versus posteriora in medio curvata. *Thorax* etiam cinereus, mucrone utrinque prominulo, & punctis quatuor luteis transversalibus a tergo. *oculi* nigri, punctum pone antennis nigrum. *Antennæ* ipso corpore quintuplo longiores, ex 10 articulis cinereis, versis apicem nigris, quo capiti propiores, eo breviores. *Alæ* nigricantes, venis fuscis. *Femina* ano prominet; huic antennæ ipso corpore triplo longiores: *maris* autem cornua quintuplo vel sextuplo corpore longiora.

480. CERAMBYX niger, thorace planiusculo; margine utrinque tridentato, coleopteris piceis. *D. Geer.*

Frisch. germ. 13. p. 15. t. 9. Cerambyx niger, antennis ferratis.

Raj. inf. 95. Cerambyx maxima, cornibus magnis articulatis & reflexis.

Habitat ad *Medevi* acidulas.

DESCR. Corpore maximo, antennis longiore, planiusculo; facies ferme Scarabæi 339.

481. CERAMBYX rufus; coleopterorum lineis tribus nigris longitudinalibus.

Habitat in *Smolandia*, *Scania*, *Dalekarlia*.

DESCR. Est hæc species inter maximas hujus generis. abdomen, pedes, os, frons obscure rubra; sed abdomen pilis canis rectum. *Thorax* aculeis lateralibus majoribus, utrinque solitariis apice rubris; & pluribus minoribus intermediis. Inter antennis duo tubercula rubra. *Elytra* tuberculis elevatis scabra, villisque minimis adspersa. *Elytra* ad basin aggulos formant, e quibus ad apicem fascia seu linea lata nigra excurrit, ut & a

Scu-

Scutella per utrumque elytron, secundum longitudinem futuræ; linea intermedia lata nigra usque ad apicem elytrorum.

482. CERAMBYX ater, elytris punctatis maculis pallidis sparsis; antennis corpore longioribus, thorace spinoso.

Habitat in sylvis.

DESCR. magnus & ater est. oculi nigri pone antennis excurrentes. Thorax utrinque angulo majori armatur macula ferruginea ad basin elytrorum introrsum. Thorax & Elytra atra punctis sparsis fere contiguis excavatis (nudo oculo manifestis). Puncta flava, sparsa super thoracem & elytra. Mas antennis nigris triplo aut quadruplo corpore longioribus; Femina antennis corpore sesqui longioribus nigris, articulis singulis versus basin cinereis.

483. CERAMBYX cinereus, elytris punctis nigris fasciaque nigra, antennis corpore sesquilongioribus.

Habitat in Gotlandia ad fodinas Burvicenses.

DESCR. Hic inter minores omnino numerandus est. Caput nigricans. Antennæ corpore sesquilongiores apice tenuissimæ: articulis singulis superne nigris inferne pallidis. Thorax utrinque denticulo notatus, superne cinereus punctis nigris maculatus, Elytra cinerea, punctis minimis excavata, non striata, præterea punctis inæqualibus nigris irrorata, densius versus basin; fascia dein nigra transversalis latiuscula in medio elytrorum.

484. CERAMBYX cinereus; elytris præmorsis nigris punctis fasciaque alba, antennis corpore sesquilongioribus.

Habitat sæpe in domibus.

DESCR. Longitudo muscæ domesticæ, sed angustior. Totus cinereus est, punctisque nigris irroratus: striæ aliquot elevatæ in elytris, & fascia alba transversalis latiuscula in medio elytrorum, basi tamen paullo propior. Thorax aculeis prominulis, præsertim lateralibus. Antennarum articulis superne nigris, inferne cinereis. VARIETAS in aliis fascia albida cordata in parte anteriore colopterorum; postica pars elytrorum retusa acute præmorsa s. dentata.

485. CERAMBYX cinereus nigro-nebulosus; antennis corpore dimidio brevioribus, thorace spinoso.

Æt. upf. 1736. p. 20. n. 1. Necydalis cinereo-maculata fulcata.

DESCR. Caput vellere cinereo punctisque vix conspicuis nigris subvellere. pone oculos versus pectus nigrum; punctum pone antennis nigrum. Antennæ cinereæ, undecim articulis, corpore dimidio breviores, antrosum protensa: tibiæ ad apicem duabus spinis armantur. Thorax cinereus, margine laterali nigro, in cuius medio mucro niger. Linea nigricans longitudinalis thoracis in medio tergi. Elytra oblonga, arcuata, striis tribus longitudinalibus elevatis nitidiusculis; cæterisquin nebulosa sunt elytra ob maculas nigricantes temere sparsas; (& in quibusdam fascia duplex transversa nigra lateribus castanea). Totum corpus alias cinereum, nigro nebulosum.

bulosum, qui cinereus color a pilis minutissimis, ad cervinum colorem accedentibus, oritur.

486. CERAMBYX cinereus, coleopterorum fasciis duabus flavis, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace spinoso.

Habitat in Scania. D. Leche:

DESCR. Hic antecedenti adeo similis magnitudine, futura, facie, ut diceres facile idem esse animal; sed elytra, quæ magis fusca, gaudent duabus fasciis flavis adproximatis in medio elytrorum.

487. CERAMBYX testaceus; elytrorum fascia duplici albida, thorace spinoso.

Habitat sæpe in herbariis antiquis, ubi e foliis farinam conficit & cocervat.

DESCR. Magnitudo pediculi. Corpus totum testaceum; Elytra vero saturatius colorata, super quæ fasciæ duæ albæ, quarum pectori propior in medio non cohæret, altera ano propior retrorsum in medio arcuatur seu flectitur. Abdomen ovatum & convexum admodum est. Thorax angustus mucrone utrinque prominulo; dum incedit anus terræ incumbit.

* * * Thorace inermi.

488. CERAMBYX niger; elytrorum fasciis duabus albis undulatis.

Act. upf. 1736. p. 20. n. 6. Cerambyx cinereus, fasciis duabus pallidis.

Habitat in quisquiliis.

DESCR. Antennæ longitudine corporis: femora atra; Caput & thorax nigra tuberculis a tergo, absque angulis lateralibus. Elytra nigra, pone pallescentia punctis excavatis, e quorum cavitatibus pilus exurgit: duplex fascia alba transversa undulata, similiter punctis excavata. Magnitudinæ antecedentem superat.

489. CERAMBYX nigricans, thorace villoso cinereo, punctis duobus glabris.

Frisch. germ. 13. p. 17. t. 10. Scarabæus arboreus, antennis parvis, collari cinereo duobus punctis.

Act. upf. 1736. p. 20. n. 1. Buprestis collari villoso, elytris cinereis.

Habitat in lignorum acervis.

DESCR. Torus niger est cum cineritæ mixtura. Corpus totum scabrum vel inæquale punctis prominulis inordinatis & pilis cinereis vagis. Thorax vero tortus hirsutus, cinereus s. niger pilis albis, duobus a tergo punctis prominulis glabris; quibus ab omnibus differt. Antennæ nigre, parvæ, corpore dimidio breviores, oculi in quibusdam deaurati. Pedes nigri, tibis duplici spina terminatis: in dorso elytrorum fascia alba undulata

lata

Iata sed obsoleta, ut vix visibilis sit. femora clavata. *Elytra* flexilia. Dentis nulli in thorace.

490. CERAMBYX testaceus, thorace villosio cinereo: lineolis duabus glabris.

Aët. upf. 1736. p. 20. n. 2. Buprestis collari villosio: clytris testaceis.

Habitat - - - -

DESCR. Facies antecedentis, sed omnino minor. *Antennæ* corpore breviores, testaceæ. *Thorax* villosus, cinereus s. niger pilis albis: a tergo punctis duobus oblongis, glabris. *Elytra* testacea; antennis pallidiora; punctis excavata, non tamen striata. femora nigra; *Oculi* aurati; *antennæ* pilis adperse, tertio articulo longissimo; fere fascia alba oblecta in dorso; hinc adnitas cum præcedente summa.

491. CERAMBYX testaceus, thorace glabro.

Aët. upf. 1736. p. 20. n. 3. Buprestis collari glabro, clytris testaceis.

Habitat - - - -

DESCR. Vix a præcedenti differt, nisi sola hirsutie thoracis. Antennæ longitudine corporis, uti femora & pedes testaceo-rufescentes. thorax inæqualis, testaceus. *Elytra* punctis excavata, non striata, testacea.

492. CERAMBYX fuscus, punctis thoracis impressis.

Habitat Löffstadii. De Geer. Upsaliæ legit. D. Leche.

DESCR. *Antennæ* corpore paullo breviores: *Corpus* lineare, fere glabrum: singula *elytra* striis duabus elevatis. *Abdomen* ferrugineo fuscum. a tergo duæ cavitates impressæ, excepta lineâ longitudinali.

493. CERAMBYX griseus nigro-punctatus, thorace inermi.

Pet. gaz. 5. t. 2. f. 1. Capricornus norvegicus nigrescens, vaginis punctatis maculisque pallidis adpersis.

Habitat in sylvis.

DESCR. Hæc præcedenti 482 similis, ut pro ejusdem fœmina habuissim, ni thorax mucrone laterali destitueretur. totum corpus supra & infra lana grisea s. pallide flavescenti-cinerea vestitur, per quam puncta glabra, sparsa, confertal, emergunt. *Corpus* præcedenti 482 crassius. maxillæ nigre. *Antennarum* articuli grisei, sed apicibus albi.

494. CERAMBYX niger, coleopterorum fascia longitudinali flava dentata: punctis flavis.

Jonst. inf. t. 15. Scarabæus minor 52.

Frisch. germ. 12. p. 29. t. 3. ic. 3. Scarabæus arboreus medius, clytris nigris, ornamentis flavis.

Att. upf. 1736. p. 20. n. 7. *Cerambyx cinereus*, fascia alba.

Habitat in sylvis.

DESCR. Tota nigra est, oblonga, lævis. *Thorax* vellere flavo inductus, macula nigra, quadrata in dorso; utrinque ad latera gibbus. *Elytra* nigra, glabra, punctis minutissimis excavatis, sutura longitudinalis flava, dentibus variis oppositis, quorum par primum incurvum, secundum transversum, tertium ascendens, quartum deorsum gibbum, quintum minimum, sextum ultimum ascendens, per marginem exteriorem puncta aliquot difformia, flava, in medio elytrorum. *Antennae* corpore paulo longiores. flavedo omnis e villis minutissimis constat.

495. *CERAMBYX violaceus nitens*, antennis nigris, femoribus clavatis.

Frisch. germ. 12. p. 33. t. 3. ic. 6. f. 1. *Scarabæus arboreus*, totus violaceus.

Att. upf. 1736. p. 20. n. 4. *Buprestis collari nigro*: elytris æneo-cæruleis.

Habitat in hortis & sylvis.

DESCR. Totum corpus e violaceo nitens, coloris aurei & sericeo superbit. *Thorax* & *elytra* punctis contiguis excavata. *Antennae* corpore ferme breviores, nigrae: femora clavata cum pedibus atris. *abdomen* nigrum. *thorax* elytris obscurior. ad *Lepturam* aliquatenus accedit. *thorax* planiusculus rotundatus absque spinis ullis. *Elytra* pone rotundata, nec præmorsa, planiuscula.

Leptura.

496. *LEPTURA viridi-flava* antennis luteo viridique variegatis.

List. mut. t. 18. 23?

Att. upf. 1736. p. 20. n. 6. *Leptura maxima nigra*, subtus virescens.

DESCR. Inter Species hujus generis hæc maxima nobis est. Totum corpus in se spectatum atrum est, sed pectus, thorax, abdomen, pedes, & maxima ex parte caput vellere e viridi-flavo tecta. *Elytra* non striata, punctis tamen minutissimis adpersa; ad basin sutura longitudinalis elytrorum villositas pectori concolor. Corpus pone adænnatum & elytra præmorsa. Hæc species solis antennis ab omnibus nobis notis differt, quarum singuli articuli inferne lutei, superne nigri; hinc monilis instar e nigro & luteo variegatis. *Variat* etiam elytris viridibus, adeoque toto corpore viridi: elytrorum color luteo-viridis dependet a vellere minutissimo, quo deraso elytra nigra sunt: femora postica absque denticulo & thorax absque angulis.

497. *LEPTURA nigra* thorace elytrisque rufis. *De Geer.*
Habi-

Habitat in Rossagia.

DESCR. Magna satis est, tibiæ flavæ.

498. LEPTURA nigra, elytris nigricante lividoque variis. *De Geer.*

Habitat in Rossagia.

DESCR. Magna. elytra livida basi & medio extrorsum livido, reliquo nigricante.

499. LEPTURA nigra, elytris rubescentibus lividis.
Raj. inf. p. 97. n. 6. Cerambyx capite, scapulis, antennis nigris, elytris flavis: extremitatibus nigris.
Aft. upf. 1736. p. 20. n. 5. Leptura elytris testaceis, apice nigris (quæ mas).

n. 4. Leptura elytris rubris.

Frisch. germ. 12. p. 38. t. 3. ic. 6. f. 6. Scarabæus arboreus major violaceo-ruber.

Habitat sat frequens in nemoribus.

DESCR. Corpus totum cum pedibus, antennis, omnibusque partibus, exceptis elytris, nigrum, oblongum, pone angustatum. Thorax absque spinis, ut omnes hujus generis. Abdomen & tota infima superficies nigra quidem est, sed certo respectu ad lumen, si anteriùs inspicitur alba. Elytra attenuato-præmorsa apicis angulis utrisque acutis. Colore differunt elytra: aliis enim sunt saturate rubra absque ulla nigredine, & hæc Fæmina sunt: aliis rubra; apice nigra ut & margine elytrorum exteriori & interiori: aliis testacea apicibus nigris & margine exteriori nigro, & hi mares sunt. Elytra infimè punctis excavata, non tamen striata, & villis quibusdam vix conspicuis, præsertim versus posteriora, adspersa. Thorax & caput in quibusdam flava hirsutie adpersum. Penis longissimus. Tibiæ omnes spina terminatæ.

500. LEPTURA nigra; thorace, elytris, tibiisque purpureis.

Frisch. germ. 12. p. 37. t. 3. ic. 6. f. 6. Scarabæus arboreus major purpureo-ruber.

Habitat - - -

DESCR. Antecedenti, (quæ vulgaris) duplo major & simillima. Elytra, thorax & tibiæ (sed non femora) coccinea. reliquum corpus nigrum est, & sub ventre, ante inspectum, albo lucens, reliqua ut in specie sequenti.

501. LEPTURA nigra: elytris thoraceque flavescente.

Habitat - - -

DESCR. Hæc præcedenti minor, facie eadem, & forte sola varietas; sed elytra minime rubra, verum obsolete fordideque flavescencia, versus basin angulatæ; nec abdomen antice visum album nitidumque adparet.

502. LEPTURA nigra, elytris lividis: maculis quatuor nigris.

Habitat in sylvis. *R. Hafst.*

DESCR. Est inter maximas. Omnia nigra, sed thorax & abdomen lana cinerea. in singulis *Elytris* macula una antèrius paullo minor, altera posterius major magis quadrata & magis saturate ferrugineo nigra.

503. LEPTURA nigra tota. *De Geer.*

Habitat ad acidulas Medevienfes.

DESCR. Majuscula. *Elytra* angusta.

504. LEPTURA nigra; coleoptris testaceis: maculis sex nigris margine connexis.

Aët. upf. 1736. p. 20. n. 7. Leptura elytris testaceis, maculis nigris.

Habitat - - - -

DESCR. Torum animal nigrum est omnibus partibus, sed *Elytra* testacea, apice truncata, nigra macula terminata; in medio macula nigra margine exteriorè connexa, quadrata; juxta basin macula oblonga, angulata, margini exteriori adnexa; intra hanc versus futuram longitudinalem macula ovata, nigra, parva, interiori margini adnexa; ergo *elytra* testacea s. pallida margine exteriori & interiori nigro: maculae ad apicem elytrorum clavis coleoptris conficiunt simul unicam nigram maculam; in medio duae maculae quadratae margini exteriori adnexae constituunt binas distinctas maculas; maculae ad basin elytrorum angularae & parum sinuatae, margini exteriori adnexae constituunt binas alias maculas; sed maculae ovatae intra has interiori margini elytrorum adnexae simul coeunt in unam, adeoque sex maculae, connexae omnes margini elytrorum interiorè nigro. *Pedes* spinae terminati. si maculae elytrorum abessent, pro 499 haberem; adeo similes inter se sunt haec duae.

505. LEPTURA nigra; elytris macularum ferruginearum quatuor paribus.

Habitat in sepibus. *Malmberg.*

DESCR. Est e maximis sui generis. Corpus totum nigrum, ut & *elytra*, quae maculis ferrugineis quatuor parium insigniuntur, quarum intermediae undulatae sunt. *thorax* postice complicatus quasi est, vel *Elytra* testacea; fasciis quatuor nigris undulatis transversis, ultima terminatrice.

506. LEPTURA nigra; elytris flavis, apice nigris.

Habitat in *Scania*. *D. Leche.*

DESCR. Vix pediculo major, cylindrica, nigra; *Antennae* longitudine fere corporis. *Elytra* flava, apice nigra, obtusa & fere truncata, minus rigida, ut *Cantharidis* speciem dixissem, nisi thorax teres fuisset. omnia subus & totum corpus nigrum.

507. LEPTURA nigra, elytrorum lineis transversis flavis, pedibus testaceis. *Raj.*

Raj. inf. p. 82. n. 22. Scarabæus medius, abdomine longo, angusto, niger, lineolis & maculis luteis pulchre variegatus.

Frisch. germ. 12. p. 32. t. 3. f. 2.

List. mut. t. 31. f. 1.

loqa. p. 385. n. 14. Scarabæus niger, lineolis quibusdam luteis distinctus, subcroceis pedibus.

Aët. upf. 1736. p. 20. n. 8. Leptura elytris nigris, lineis flavis.

Habitat in pratis inter arbores, & in hortis.

DESCR. Est tota fusco-nigra, oblonga, angusta, thorax margine superiore flavus est. Scutellum ubi elytra conjunguntur puncto flavo notantur. ad angulos elytrorum macula oblonga, transversa, in utroque elytro, quæ ambæ non cœunt: in medio elytri utriusque est linea flava, arcuata, flexura deorsum spectante, pede interiore versus futuram cum opposita fere cœunte, hinc figura arietis. intra hanc & apicem linea transversa flava cum opposita connexa. apex elytrorum flavus, ut & anus, caput, thorax & elytra villis tenuissimis tecta sunt. Elytra apice truncata, licet extus præ pilis vix conspicue. Pedes rufescentes, tibiæ spina terminatæ. Antennæ rufescentes superne fuscæ. alæ dum parum debescunt elytra aurato-purpurea lucent. Lineæ 4 flavæ sub abdomine.

Cum hac conveniunt in multis *Frisch. inf. 12. tab. 3. ic. 5. f. 1. 2. 3.* præsertim 3. licet non in omnibus.

508. LEPTURA nigra; elytris testaceis: punctis duobus, cruce, fasciisque nigris.

Habitat in Scania D. Leche.

DESCR. Corpus nigrum. Elytra pallide testacea cum puncto in singulo elytro nigro; dein lunula recurva in ipsa futura elytrorum longitudinali; demum macula in singuli elytri margine exteriori, quæ ambæ conjunguntur linea transversa; tandem fascia lata nigra & apice fascia nigra & lunula nigra ad apicem; per futuram longitudinalem ducitur nigra linea: femora & tibiæ supra flavæ, infra nigæ.

509. LEPTURA deaurata; antennis nigris; femoribus posticis dentatis.

Frisch. germ. 12. p. 33. t. 3. ic. 6. f. 2. Scarabæus arboreus purpuro-aureus medius.

Aët. upf. 1736. p. 20. n. 3. Leptura rubro-ænea.

Habitat locis humentibus, sæpe in foliis *Nymphææ* & *Caricis*.

DESCR. Tota cupreo-aurata; capite, thorace, elytris, pedibus punctis minutissimis, fere contiguis, excavatis, sed in Elytris digesta sunt puncta in 10 circiter ordines longitudinales, vix tamen inde striata sunt elytra. oculi nigri. antennæ fuscæ. læste inspectum egregium plane est animal. hæc præcedentibus omnibus minor. Elytra truncata apice; punctum nigricans pone antennas prominens. Abdomen a capite versus caudam vifum albu

albo-argenteum est, a cauda vero versus caput nigrum, femora articulantur cum corpore singulari artificio, globo scilicet intra cavitatem recepto. pedes postici reliquis duplo longiores; horum femora compressa, versus basin angustiora, versus genua, latere interiore denticulo notata. Antennae admodum approximatæ & basi fere contiguæ; in medio circiter elytrorum foveola depressa angulum elytri respiciens. Corpus pone angustatum.

510. LEPTURA subænæo-violacea; femoribus posticis dentatis.

Raj. inf. p. 100. Cantharis arundines frequentans tertia.

Aët. upf. 1736. n. 1. Leptura cæruleo-nigra.

n. 2. Leptura viridi-ænæa.

Habitat ad ripas fabulosas & arenosas frequens, ut & in *Nymphæa*.

DESCR. Corpus oblongum, glabrum, vel violacæum l. e nigro-cærulescente-ænæum, vel viridi-ænæum (forte sexus differentia). Thorax cylindricatus. antennæ filiformes, antrorsum directæ, nigre. Abdomen cinereum, magis obscurum, a parte anteriore visum albescens. Elytra striata; punctorum decem circiter ordinum, excavatorum; lente visa sunt pulcherrima; apex elytrorum truncatus, niger. femora postrema maxima, & longitudine & crassitie, rubra, ubi crassiora nigra; hæc femora subtus uno alterove denticulo acuto; ut in chelis Cancri; antecedentis forte sola varietas.

Carabus.

* * *Majores.*

511. CARABUS ater; elytris convexe punctatis striatisque.

Hoffm. inf. 2. t. 3.

Habitat in lignis putridis; citissime currit; odorem olei tabaci spargit.

DESCR. Caput parvum. Oculi prominentes. Antennæ setacæ, articulis undecim, longitudine dimidii corporis. OS maxillis prominens: maxillæ inferiores majores, arcuatæ, acutæ, ad basin denticulo armatæ a latere interiore. Maxillæ inferiores acuminatæ, arcuatæ, denticulo ad basin interte, etiam instructæ. Antennulæ maxillares superiores singulæ tribus articulis constant, extimo reliquis crassiore: hæc antennulæ maxillis triplo longiores sunt: antennulæ maxillares inferiores unice articulo constructæ, nec maxillis longiores. Oris labium superius obtuso-emarginatum. Thorax ater, a tergo convexus, leviusculus; margine laterali prominente, versus basin angulato; a parte pectoris thorax compressus cartilagine ensiformi vel scutello versus abdomen. Elytra: ovata, arcuata, atra, margine exteriori elevata, aut dilatata; in singulo elytro tres ordines longitudinales punctorum elevatorum, ovatorum, singulo ordine duodecim communiter punctis: inter singulum punctorum ordinem linea longitudinalis elevata. Abdomen glabrum, uti totum corpus: femora teretiuscula: Tibiæ ad apicem duabus setis terminata.

NOT.

NOT. Omnibus hujus generis speciebus notæ communes sunt: Corpus oblongum, antennæ setacæ; clypeus thoracis marginatus cordiformis, apice truncato elytra spectante; odor gravis, cursus celerrimus, es maxillis prominens.

512. CARABUS niger, elytris subvirescentibus convexè punctatis striatisque.

Habitat inter quisquilias.

DESCR. Magnitudo, statura, odor & omnia ut in præcedente, sed elytra e nigro subvirescentia; an sexus differentia?

513. CARABUS niger, elytris æneis convexè punctatis striatisque.

Habitat inter ligna putrida.

DESCR. Omnia ut in primo, sed elytra, thorax & caput ænea.

514. CARABUS purpurascens-niger, elytris concavè punctatis striatisque.

Raj. *insf.* p. 96. n. 2. Cerambyx purpurea punctata.

List. *mut.* t. 18. f. 4.

Aët. *upsf.* 1736. p. 19. n. 1. Carabus niger, elytris fulcatis punctatis.

Habitat inter putrida vegetabilia.

DESCR. Omnia ut in præcedentibus. Elytra tribus ordinibus longitudinalibus punctorum excavatorum rotundorum, singulo ordine duodecim punctis constante; Lineæ longitudinaliales puncta distinguentes etiam concavæ sunt.

515. CARABUS ater, elytro singulo striis octo.

List. *loqu.* 390. Scarabæus ex toto niger, alarum thecis crustaceis fulcatis.

Habitat cum præcedentibus.

DESCR. Forma & fere magnitudo cum præcedentibus convenit. Color toto corpore niger; elytra singul sedecim striis longitudinalibus, parallelis.

516. Carabus violaceo-niger, elytris lævibus subrugosis.

Raj. *insf.* p. 96. n. 1. Scarabæus major, corpore oblongo e purpura nigricans.

Frisch. *germ.* 13. p. 25. t. 23. Scarabæus terrestris niger, clypeo thoracis cordiformi marginato.

Aët. *upsf.* 1736. p. 19. n. 3. Carabæus nigricans, lævis.

List. *mut.* t. 18. f. 5.

Habitat cum præcedentibus.

DESCR.

DESCR. Omnia ut in præcedentibus, sed margo thoracis & elytrorum e viola purpurascente cæruleus. *Elytra* & punctis & striis carent; sole ruge longitudinales & transversales, sed lente visus puncta minutissima nudis oculis non conspicua.

517. **CARABUS** viridis, elytris obtuse fulcatis absque punctis, pedibus antennisque ferrugineis.

Aët. upf. 1736. p. 19. n. 3. *Carabus* viridis; elytris fulcatis, lævibus.

Habitat in Oelandia.

DESCR. Omnia ut in præcedentibus, sed totus viridis est, parum ad cæruleum vergens; *elytris* fulcis tribus latis, obtusis, longitudinalibus, absque ullis interiectis punctis; fulci s. canales elytrorum vividissime e fericeo virent, sed convexitates magis obscuræ sunt, non tamen nigre sed potius magis cæruleæ. Pedes & antennæ in aliis ferruginæ s. testaceæ; totum corpus viridi nitens.

518. **CARABUS** niger, elytris viridibus obtuse fulcatis, pedibus antennisque nigris.

Raj. inf. 96. n. 6. *Cerambyx* dorso in longas rugulas diviso, omnium pulcherrimus.

It. æl. 96. *Scarabæus* niger, elytris viridibus obtuse fulcatis, pedibus antennisque nigris.

DESCR. Magnitudo & facies omnino præcedentium. Corpus totum nigrum subtus, cum antennis & pedibus. Caput, thorax, elytra supra viridi nitentia; *Elytra* singula fulcis 3 vel 4 rugosis exarantur pulcherrime viridi-fericeis, interjacentibus convexitatibus nigris. Margo elytrorum exterior ignei coloris est; antennæ breves, adeoque differt a priori corpore atro, pedibus antennisque nigris; antennis dimidio brevioribus; sulcorum, in elytris, interstitiis nigris angustioribus.

* *Minores.*

519. **CARABUS** nitens, capite thoraceque cyaneo, elytris purpureis.

Aët. upf. 1736. p. 20. n. 6. *Buprestis* capite collari-que cæruleo, elytris rubro-æneis.

Bauh. ballon. p. 212. f. 4. *Cantharis* auricolor.

Gæd. belg. 2. p. 126. t. 31.

Habitat sat frequens Upsaliæ.

DESCR. Est magnitudine musca, sed angustior, auri instar fulgentissimi nitens. Caput & thorax nitet ex viridi-cæruleo; *Elytra* ignei coloris, vel cupri japonici, striis nudis oculis vix manifestis, plurimis, margine laterali extremo cyaneo, subrus fusco-æneus. puncta in singulo elytro 6. longitudinaliter, inter secundam & tertiam striam a sutura, impressa. Abdomen e fusco nitet. *Thorax* postice angustior.

520. CARABUS supra æneus, coleopteris punctis sex excavatis, tibiis rufis.

Act. upf. 1736. p. 20. n. 8. Buprestis capite nigro; collari elytrisque nigro-æneis.

Habitat apud nos frequentissimus in pratis.

DESCR. Magnitudo circiter muscæ domesticæ. Color totius animalculi a tergo viridi rubroque fusco-æneus, elytris striatis singulis tribus punctis longitudinalibus impressis. femora nigra: tibiæ rufæ: antenne ad articulos inferiores tribus setis armatæ.

521. CARABUS ater; pedibus rufis.

Act. upf. 1736. p. 21. n. 9. Buprestis corpore nigro, pedibus rufis.

Habitat etiam apud nos vulgaris.

DESCR. Magnitudine fere & figura præcedenti simillimus, sed totus ater. Thorax latitudine coleopterorum; elytra striata; tibiæ & antenne, versus basin rufescentes: striæ in singulo elytro octo, quarum secunde (a futura) parva obliqua interrupta.

522. CARABUS nigricans, pedibus tibiisque pallidis.

It. gatl. 207.

Habitat in arena riparia maritima insulæ Fårœn in Gotlandia; currit & volitat velocissime & promississime inter omnia coleoptera.

DESCR. Musca domestica dimidio minor. Caput, thorax & elytra (quæ striis octo sunt) e cupreo nigra. pedes nigri, exceptis mediis tibiis pallidis.

523. CARABUS pallide testaceus, elytris glabris. De Geer.

Habitat in Roslagia.

DESCR. Mediæ magnitudinis. Elytris absque punctis & striis. Antenne filiformes.

524. CARABUS niger; thorace, antennis, pedibusque ferrugineis.

Habitat in Scania. D. Leche.

DESCR. Est mediæ magnitudinis. caput nigrum. elytra nigra striata. thorax, uti & antennæ pedesque toti ferruginei.

525. CARABUS capite elytrisque cæruleis, thorace rubro.

Raj. inf. 89. Cantharis s. Scarabæus exiguus, elytris & capite cæruleis, scapulis croceis.

Habitat

DESCR.

DESCR. Est insectum vix Culice vulgari majus. Caput cæruleum, Elytra saturate cærulea, nitida, vix striata. Thorax ruber. Antennæ maxima parte nigre, pedes ex rubro & nigro varii.

526. CARABUS capite elytrisque atris, thorace rubro.

Habitat - - - -

DESCR. Magnitudo proxime præcedentis, & facies eadem; sed caput nigrum. Elytra atra, striata. Thorax ruber: pedes & antennæ omnino unicolores, ferrugineæ.

527. CARABUS nigro-æneus, antennis pedibusque nigris.

Habitat in ligno putrido. P. Kalm.

DESCR. Magnitudo & facies præcedentis, ex nigro æneus. Thorax atrior nitidior, punctis duobus concavis, obsolete. Elytra striata, sed extrema striata elytrorum serrata. Thorax pone latitudinem elytrorum attingit. Variat punctis impressis in elytris, & non impressis. antennæ ad basin sæpe griseæ. subtus niger est hic Carabus.

528. CARABUS niger coleopteris pone fascia ferruginea: lateribus macula ferruginea.

Habitat in terra culta frequens.

DESCR. Totus niger, macula ad latus coleopterorum & alia posterius oblongiuscula, pone conjuncte, pallide ferrugineæ: antennæ nigre, basi 3. articulis rufæ: pedes pallidi. elytra fusca.

529. CARABUS ater; elytris antice griseis.

Habitat in vaporariis horti academici.

DESCR. Est inter minimos hujus generis, vix pediculo duplo major. totus ater: elytra ad basin intra medietatem grisea, ut & sutura longitudinalis grisea.

530. CARABUS ater, pedibus antennisque nigris.

Habitat in arboribus putridis. P. Kalm.

DESCR. Totus niger; thorace glabro, nitido, postice angustiore. Elytra striata, atræ: puncta obsolete excavata in medio singuli elytri: pedes & antennæ atræ.

531. CARABUS pallide testaceus, oculis nigris.

Habitat in terra primo vere.

DESCR. Totus pediculi majoris longitudine, teretiufculus, opacus, unicolor, pallidus ad testaceum vergens colorem, exceptis oculis nigris; minime striatus.

532. CARABUS niger, thorace ferrugineo, elytrorum maculis quatuor lividis.

Habitat in Scania. J. Leche, in Uplandia. L. Clafé.

DESCR.

DESCR. Pediculo duplo major. Caput nigrum i. thorax rufus f. ferrugineus. Elytra singula basi livida macula ovata (quæ in utrisque interdum coit) & alia macula in singulo elytro juxta apicem livida ovata (interdum undique distincta nigredine ipsius coleoptri). Pedes ferruginei f. pallidi. macula fusca ad flexuram alæ. antennæ ferrugineæ.

533. **CARABUS** griseus; capite, abdomine, elytrorum basi nigricantibus.

Habitat - - - -

DESCR. Vix pediculo major. thorax, elytra, antennæ, pedes subgrisea: abdomen & caput nigrum: basis elytrorum nigricans versus scutellum.

Generis hujus species omnes gaudent corpore oblongo, antennis setaceis, thorace marginato cordato apice truncato; maxillis prominentibus, odore gravi, cursu celerrimo, volant prompto; omnes liquorem ex ore evomunt & vivunt ex rapto, præsertim alia coleoptera devastant, inter elytra & abdomen vulnus iis infligunt.

Mordella,

534. **MORDELLA** oblonga atra; cauda aculeo terminata.

Act. upf. 1736. p. 15. n. 1. Mordella cauda aculeata.

Habitat communiter in floribus Hieraciorum.

DESCR. Magnitudo seminis fœniculi. Tota atra, glabra, oblonga. Caput parvum, inflexum. Elytra oblonga, atra, non striata. Thorax glaber, convexus. Antennæ setaceæ, truncatæ, articulatæ. Corpus versus caudam sensim angustius. Abdomen compressum, desinens in aculeum f. spinam subulatam, acutam, nigram, elytris longiorem, minime pungentem. Pedes longiusculi, quibus saltat.

535. **MORDELLA** flava.

Habitat in Scania. D. Leche.

DESCR. Magnitudo pediculi; facies Chrysomelæ. omnia ejusdem coloris fulvo-flavi, cum antennis, elytris, pedibus, trunco, abdomine.

536. **MORDELLA** subrotunda, colore murino.

Act. upf. 1736. p. 18. n. 2. Mordella colore murino.

Habitat in hortis inter fata.

DESCR. Magnitudo dimidii pisi f. Coccionellæ, ejusdemque figura, sed colore omnino murino f. e nigro fusco; Thorax glaber, nitidior. Elytra vix manifeste striata. saltat pedibus.

537. **MORDELLA** subrotunda atra opaca.

Act. upf. 1736. p. 18. n. 4. Gyrinus nigricans minor.

Habitat inter olera.

DESCR. Præcedenti similis, sed dimidio minor, totus ater, nec thorace nitido. Saltat uti reliquæ. Elytra abdomine paulo breviora, obtusa.

538. MORDELLA subrotunda atra nitida, tibiis antennisque flavis.

Habitat inter plantas sylvaticas.

DESCR. Magnitudo majoris pulicis. Tota atra, nitida. Elytra striata. Antennae filiformes, pallide flavæ, apicibus nigricantibus. femora nigra, tibiis flavis.

539. MORDELLA subrotunda atro-ænea.

Habitat in terra primo vere, præsertim in cotyledonibus Helxines 324.

DESCR. Pulice longe minor. Tota supra nigra æneo nitens. Elytra pustulis excavatis striata; subtus tota cum pedibus nigra.

540. MORDELLA ovata cærulea nitida; tibiis ferrugineis.

Raj. inf. 98. n. 9. Scarabæus antennis articulatis longis f. Capricornus exiguus saltatrix.

At. upf. 1736. p. 18. n. 5. Gyrinus cæruleus nitidus.

Habitat inter Brassicas nuper satas, quas devastat.

DESCR. Magnitudo majoris pediculi. Totus cæruleus, nitens, convexus; ovatus. femora crassa, nigra, saltatoria; alta; tibiæ ferrugineæ.

541. MORDELLA oblonga nigra; macula ferruginea in medio coleopterorum, lateribus basi ferrugineis.

Habitat in terra.

DESCR. Corpus totum fuscum, magnitudine pediculi. Caput obtusum, inflexum, thorax ovatus, teretiusculus, versus abdomen angustior. Elytra ovata convexa: in medio coleopterorum macula rufa f. ferruginea lunaris, sinu anum respiciente, incumbens utroque elytro simul: ad basin singulorum elytrorum a latere utrinque rufescens, subtus tota nigra cum pedibus & antennis, quæ filiformes, articulatæ, thorace paullo longiores.

542. MORDELLA oblonga, atra; elytris longitudinaliter in medio flavescens.

List. mut. t. 31. f. 29?

At. upf. 1736. p. 18. n. 6. Gyrinus niger, utrinque albus.

Habitat in Pulmonaria, Dentaria, & aliis plantis vere, præsertim in didynamiis.

DESCR. Magnitudo maximæ pulicis. Corpus oblongum, nigrum, minime nitens. Antennæ setacæ, truncatæ, articulis undecim nigris, exceptis in quibusdam secundo & tertio albis. Elytra nigra, singula in medio longitudinaliter flavescens, undique tamen margine nigro cincta, etiam ad futuram longitudinalem. Pedes saltatorii pallidi. Darurque reliquis duplo maiore.

543. MORDELLA rufa, tibiis anticis dentatis.
Lechei Scalopfacantharus f. Cantharo-scalops,
 Habitat in *Scania* putridis fagis. J. Leche.
 DESCR. Pediculo longior; Corpus oblongum, non saliens, totum rufum,
 sed thorax minus rufus quam caput & elytra; antennæ filiformes. Pedes
 anteriores f. palmæ pedum non articulatæ sed contiguæ, utrinque denta-
 tæ uti pedes gryllo-talpæ f. Grylli primi.
544. MORDELLA nigra, elytris apice rubris.
Aët. upf. 1736. n. 8. Gyrinus niger nitidus; elytro-
 rum apice rubro.
 Habitat inter olera, rara apud nos, in Holfatia fre-
 quentissimum esse observavimus.
 DESCR. Magnitudo majoris pediculi. tota atra, nitida; in apice utrius-
 que elytri punctum rubrum.
545. MORDELLA fusca opaca, elytris punctatis. *It.*
æl. 16.
Aët. upf. 1736. p. 18. n. 7. Gyrinus nigricans non
 punctatus.
 Habitat in oleribus nuper enatis.
 DESCR. Magnitudo pulicis. Corpus totum cinereum. Antennæ truncatæ -
 simplices. Thorax & Elytra cinerea, venis reticulatis elevatis notata. Pe-
 des saltatorii, femoribus crassissimis, ovatis.
546. MORDELLA ferrugineo - rufa, thorace antice de-
 presso.
 Habitat in *Scania*. D. Leche.
 DESCR. Non salit. magnitudo mediocris Carabi, & facies. Antennæ lon-
 gitudine thoracis, ultimo globoso. Caput minimum; thorax lævis, supra
 in parte antica retusus vel depressus. Hoc tamen in majoribus f. feminis
 obtinet. Elytra singula 8 striis crenata f. punctatis exarata.
 Generis species pleræque pedibus saliant; plantarum succulenta folia de-
 vastant & commaculant; fugantur fuligine in tenellis plantarum colyle-
 donibus.
547. MORDELLA antennarum articulis lentiformibus:
 ultimo globoso.
Aët. upf. 1736. p. 19. n. 1. Attelabus ater oblon-
 gus depressus.
 Habitat in quisquiliis & locis putridis.
 DESCR. Longitudo digiti transversa. Tota nigra est, colore omnino præ-
 cis; elytra parum striata. thorax margine prominulo. Antennæ breves,
 obtusæ & quasi moniliformes, undecim articulis (exceptis tribus primis
 longiusculis) lentiformibus, nigris, ultimo globoso, pallidiore. Os, an-
 tennæ, margo thoracis, pedes e ferrugineo atra sunt.

An Carabi vel hujus generis sit, dubiro. *Thorax* convenit cum *Tenebrione*, antennæ cum *Mordella*, sed præsentia alarum & distincta elytra negant genus *Tenebrionis*; non tamen saltat, uti *Mordella*.

Cicindela.

548. **CICINDELA** supra viridis, coleopteris punctis decem albis.

Mouff. lat. p. 145. f. infim. Cantharis quarta.

Fonst. inf. t. 16. Cantharis *Mouff.* minor 4.

List. mut. t. 17. f. 12.

loqu. p. 386. n. 17. Scarabæus viridis, cui decem maculæ albæ supra alarum thecas sunt.

Habitat in sterilissimis pratis sat frequens vere, celerrime currit & ocyssime volitat.

DESCR. Inter Coleoptera certe hæc species unica ex præstantissimis dici debet, cum aureus nitor ex toto corpore radiet, vel sericeo fulgeat, *Elytra* supra viridia, planiuscula, lævia, punctis aliquot albis notata; quorum *primum* ad bascos angulum; *secundum* rotundum prope marginem; *tertium* lunulatum prope marginem, *quartum* oblongum ad marginem, *quintum* intra tertium, seu in medio elytri, reliquis interiorius; præter hæc & apex elytri albicat. *alæ* fuscæ, *Thorax* angustus, rotundatus, viridi-nitens. *Caput* aureo-viride, depresso vertice. *Oculi* nigri, prominentes. *os* prominens: Labium superius obtrusum, album. Maxillæ superiores prominentes; dentibus plurimis validis; interiores maxillæ apice unico dente armatæ, sub his antennarum duo paria, quorum superius constat articulis duobus, inferioris quaternis. Labii inferioris loco antennulæ binæ ex binis articulis pilosis. *Abdomen* viridi-aureum. *Pedes* longissimi, tenuissimi, ad basin femorum corpus quoddam ovale, durum, antennæ filiformes, corpore breviores, X articulis.

549. **CICINDELA** atra, coleopteris maculis sex fasciisque albis.

Aët. wps. 1736. p. 19. n. 1. Cicindela atra, punctis quatuor fasciisque albis.

Pet. gaz. p. 77. t. 50. f. 5. Cantharis Chufan, viridis elegantissime variegatus. *quod ad figuram?*

Habitat in sylvis ac Pinetis Westrobotniæ, ubi frequens, celerrime currens & volitans per vias, rarior Uptaliæ & in reliquis provinciis, semper in sylvis acerosis.

DESCR. *Facies* omnino antecedentis, sed sesquimajor. *Tota* atra est, *Coleoptera* depressa, latiuscula; ad angulum exteriorem bascos elytrorum punctum album; paulo supra, juxta exteriorem marginem, aliud punctum, sed sublunulatum. versus apices elytrorum in singulo elytro punctum rotundum; album, fascia linearis, flexuosa s. undulata; arcuata, verius

versus posteriora in medio deflexa, cingit in medio elytra: Hæ maculæ omnes non constant ex pilis, cum elytra glabra infinis punctis excavatis conspersa, sed translucent per ipsam crustam. *Alæ* membranacæ, acutæ, venis fuscis & fascia fusca longitudinali juxta exteriorem marginem. *Femora & pedes* longi, tenues, attri, setis quibusdam adpersi. *Tibiæ* spinis duabus terminatæ. *Thorax* angustior, teretiufculus, cruce depressa, uti caput niger. *Oculi* prominuli. *Os* prominens; labium superius atrum; rotundato-acutum. maxillæ superiores magnæ, prominentes, nigrae, versus basin extrus albæ, dentibus plurimis (5) duris armatæ. *Antennæ & inferiora oris* ut in præcedente.

550. **CICINDELA** viridi-ænea; elytris punctis latis excavatis. *It. æl.* 38. 121.

List. loqu. p. 385. *n.* 12. Scarabæus parvus inauratus.

Aët. upf. 1736. *p.* 19. *n.* 3. Cicindela ænea: punctis excavatis.

Habitat ad ripas aquarum inter arenam humidam frequens celerrimeque currens.

DESCR. Est admodum parva, vix duo semina oryzae æquans. *os* prominens. omnia quoad figuram ut in præcedentibus. Caput, thorax, abdomen, femora (non tibiæ) pedes ex auro & cupro nitentia, *oculi* nigri; prominentes. *Thorax* angustus, teretiufculus. *Elytra* viridi-ænea, punctis latis excavata, in medio singuli puncti excavati punctulum prominens. Puncta majora excavata connectuntur longitudinaliter linea elevata nigricante. quæ superficies sit virescens, sed punctorum fundus æneus; exurgit singularis color.

551. **CICINDELA** atra; thorace rufo, elytris nigro-cæruleis.

Habitat in sylvis.

DESCR. Caput & pedes nigri. *Antennæ* nigrae, longitudine corporis; *thorax* subglobosus, fusco-rufus, absque spinis (hinc a Cerambyce diversa: absque margine laterali (hinc a Carabis distincta). *Elytra* oblonga, nigro-cærulea, punctis minutissimis. *abdomen* a tergo flavum. *Corpus* oblongum, angustum. *pedes* longi; *elytra* non apice truncata (hinc a Lepturis diversa).

552. **CICINDELA** elytris viridi-cærulescentibus, abdomine fulvo.

Habitat in nemoribus ad radices montium.

DESCR. Facies omnino præcedentis. *Caput & thorax* cum pedibus anterioribusque nigra. *abdomen* pone pedes fulvum. *Elytra* viridi-cærulescentia, nitida, punctis sparsis excavata. *antennæ* X. articulis, an hæc Lepturæ potius species dicenda?

553. **CICINDELA** thorace viridi, elytris ferrugineis pone nigro-cæruleis.

Habitat in Scania. D. Leche.

DESCR. Facies Carabi, sed thorax non marginatus. *Antennæ* nigrae, *Ca-*
put

pnt & thorax cærulea, nitida. thorax subglobosus. Elytra ferruginea, pone in medio magna macula nigra, cæruleo splendente, quæ dimidiam partem elytrorum occupat, margine tamen exteriori ubique ferrugineo. pedes flavi. Corpus subtus obscuro-ferrugineum.

Buprestis.

554. BUPRESTIS ater.

Att. upf. 1736. p. 19. n. 2. Attelabus ater maximus cylindraceus: pectore crassiusculo: ore forficato. Frisch. germ. 13. p. 23. t. 19. Scarabæus arboreus, collo crasso.

Habitat inter quisquilias locis siccis.

DESCR. Hoc insectum singulare; an hujus generis, vix certo constat; differt enim facies, locus, notæ plurimæ. *os* enim longa forcice & acuta cum unico a latere interiore denticulo. *Corpus* totum atrum est, punctisque minimis excavatum. *antennæ* filiformes sunt, crassiusculæ, breves, nec thorace longiores. *Thorax* nullo modo marginatus; antice & postice, ubi articulatur, pili minutissimi rufi. *Caput* extra thoracem prominere: femorum posticorum par spatio a reliquis magis remotum est, quam in ullo e nostris nobis notis insectis. *Caput* cum thorace fere adtingit longitudinem elytrorum. *Elytra* singula duabus tribusve striis elevatis notantur. an novi generis? an Cicindelæ?

555. BUPRESTIS viridi-ænea immaculata.

Att. upf. 1736. p. 19. n. 4. Cicindela ænea; elytris striatis.

Habitat in sylvis ad aquas.

DESCR. Longitudo digiti transversa. *thorax* viridi-æneus punctis excavatis, crassus, imo crassitie coleopterorum, caput maxima ex parte intra se recipiens. *Elytra* ænea, minus viridia, immaculata, singula octo circiter striis exarata.

556. BUPRESTIS fusco-ænea: elytris maculis æneis impressis.

Pet. gaz. p. 5. t. 2. f. 2. Cantharus marianus viridis perelegans, vaginis fulcatis signaturis flavescentibus ornatus.

Habitat ad ripas.

DESCR. *Caput* ut in reliquis maxima ex parte intra thoracem receptum, hinc in hisce torvus adspicitur; *oculi* pone virescentes. *thorax* rubro æneus. *Elytra* fusco-ænea, singula sulcis quatuor aut quinque exarata, punctis quatuor (in singulis elytris binis) in figuram quadratam positis, impressis, deauratis, supra elytra. *antennæ* setaceæ, brevissimæ. *abdomen* dorso cæruleum.

OBS. Figura Petiveri insecto nostro paulo major est.

557. BUPRESTIS æneo-nitida, supra cinerea; coleopteris apice adtenuatis. *De Geer.*

Habitat in sylvis.

DESCR. Est e maximis. *Elytra* apice truncata, adtenuata, supra cinerea, striata, absque maculis, interlucente aureo nitore.

558. BUPRESTIS fusco-ænea glabra nitida; thorace submarginato.

List. mut. t. 31. f. 13.

Act. upf. 1736. p. 19. n. 20. Cicindela minima aurea lævis.

Habitat ad aquas.

DESCR. Hæc minima est. *Antennæ* breves, capillaceæ. *oculi* prominentes: tota nitida ænea: *thorax* latiusculus carinatus marginatus. *Elytra* nitida, striis minutissimis e punctis minutissimis. *Abdomen* nigro-nitidum. *pedes* nigri. *Rostrium* prominulum.

559. BUPRESTIS atra; thorace punctis impressis.

Habitat in subhumidis.

DESCR. Hæc species parva est, tota fusca s. atra. *thorax* a tergo quatuor punctis depressis s. concavis transversim positus notatus. *Antennæ* thorace breviores, filiformes. *Elytra* non striata, sed punctis excavata minutissimis. *Caput* obtusissimum, retropressum.

560. BUPRESTIS æneo-nebulosa, antennis clavatis.

Habitat in agris.

DESCR. Pulice fere minor, subtus tota nigra, supra obscure ænea cum macula fusca in medio dorso, ambo *elytra* tangente. *Elytra* tenuissime striata. *thorax* 5 obliquis sulcis striatus. *Antennæ* clavatæ ut *Dermestes*. Generis species plerumque aquas frequentant; capitis maxima pars intra thoracem retractum, hinc torvus adpectus; corpus pone coarctatum, supra depressiusculum.

Dytiscus.

* *Antennis perfoliatis.*

561. DYTISCUS antennis perfoliatis fuscis. *De Geer.*

Habitat in aquis.

DESCR. Corpus maximum, piceum, læve, pone acuminatum.

562. DYTISCUS antennis perfoliatis nigris, elytris lævibus. *De Geer.*

Habitat in aquis.

DESCR. magnitudo media, pone minus acutus.

563. *DYTISCUS* antennis perfoliatis nigris; pedibus fuscis; elytris striatis. *De Geer.*

Habitat in aquis.

DESCR. Hic parvus est.

* *Antennis setaceis.*

564. *DYTISCUS* niger, elytrorum marginibus dilatatis flavis.

Act. upf. 1736. p. 14. n. 1. *Dytiscus maximus*; elytris margine prominentibus.

Frisch. germ. 2. p. 33. t. 7. f. 1. 2. *Scarabæus aquaticus magnus niger*, margine luteo.

Habitat in aquis.

DESCR. Inter nostros maximus est. Margo elytrorum, præsertim a latere medio, admodum prominens, flavo colore: apex sterni bifurcus, acuminatus.

565. *DYTISCUS* niger, margine coleopterorum thoracisque flavo.

Aldr. inf. p. 707.

Mouff. lat. p. 164. fig. bona.

Raj. inf. p. 93. n. 1. *Hydrochantharus nostras.*

List. mut. t. 5. f. 2.

Habitat in aquis frequens.

DESCR. Totus niger; lævis: in vertice linea lunularis s. anguli obrufi rubens. thorax cingitur luteo margine. *Elytra* margine exteriori flava, duabus striis vix manifestis longitudinalibus e punctis minutissimis notata. Umbra flava vix manifesta versus apices elytrorum. *Apex sterni* bifurcus.

566. *DYTISCUS* cinereus: margine coleopterorum flavo: thoracis medietate flava.

Hoffm. inf. 2. t. 12.

List. mut. t. 5. f. 1.

Habitat in aquis; an sexu solummodo a præcedenti diversus?

DESCR. Magnitudo maximæ muscæ. thorax flavus margine anteriore & posteriore (non lateribus) nigro. *Elytra* cinerea punctis minimis confertis lutescentibus seu subdiaphanis: margo exterior elytrorum flavescens. in vertice macula cordata flava marginibus nigris. *Sterni apex* bifurcus, obtusus.

567. *DYTISCUS* elytris striis viginti dimidiatis.

Bradl. nat. t. 26. f. 2. l. A.

Raj.

Raj. inf. p. 94. n. 2. Hydrocantharus elytris striatis
f. canaliculatis.

Frisch. germ. 2. p. 35. t. 7. f. 4.

Habitat in aquis stagnantibus præsertim.

DESCR. An idem sed sexu distinctus cum 565 Specie? Elytra profunde striata f. fulcata, sed non secundum totam longitudinem, relicto spatio lævi versus apicem. striæ hæ & elytra glabra sunt: margo elytrorum pallidus: in singulo elytro decem striæ.

568. DYTISCUS supra fuscus, subtus ater.

Habitat in aquis.

DESCR. Est inter minores, totus lævissimus: apex sterni bifurcus, obtusus.

569. DYTISCUS elytris fulcis decem longitudinalibus.

Raj. inf. 94. f. 3. Hydrocantharus minor, corpore rotundo plano.

Habitat in aquis. *Malmberg.*

DESCR. Est inter minores, & penultimo longe minor. Thorax niger, margine & linea transversa flava. Elytra nigra, singula quatuor vel quinque fulcis latis longitudinaliter excavata, & pilis griseo-cinerea, interjacentibus marginibus nigris glabris. Apex sterni bifurcus est.

570. DYTISCUS ovato-oblongus niger: capite pedibusque rufis.

Habitat in aquis stagnantibus, agilis valde.

DESCR. Magnitudo seminis oryzae, supra lævis, niger: caput, exceptis oculis, rufum. pedes rufi; antennæ nigrae.

571. DYTISCUS ovatus fuscus: capite thoraceque rubris.

Aët. upf. 1736. p. 15. n. 5. Dytiscus ovatus, collari ventreque rubro; alis fuscis.

Habitat in fontibus cum Monoculo frequens.

DESCR. Magnitudo seminis oryzae, vel pulice paulo major. Elytra fusca; abdomen rubrum. Thorax & caput rufescens. oculi nigri.

* *Antennis clavatis.*

572. DYTISCUS ovatus glaber; antennis capite brevioribus obtusis.

Merr. pin. 203. pulex aquaticus.

Pet. gaz. p. 21. t. 13. f. 9. Scarabæus niger nostras supra aquam velociter circumnatans.

Raj. inf. p. 87. n. 9. Scarabæus aquaticus subrotundus e cæruleo viridi colore splendente undique tinctus.

Smolandis Watten-bagge.

Habitat in aquis, super quas currit vel natat citissime, citosque gyros & orbes conficit, laceffitus etiam aquam descendit.

DESCR. Noster niger omnino est; pedes autem flavi, lati, brevissimi. *Antennæ* clavatae vel certe non versus apicem angustiores, nec, quantum video, fissæ

Generis species omnes dorso impositæ circumgyrando exsiliunt; victitant rapto; devastant reliqua insecta; quiescunt in umbra; si diutius in sicco servantur vivi, vix dein submergi possunt; habitant in agris; carent pedum unguis.

Elater.

573. ELATER thorace villosus, elytris testaceis, apice nigris.

List. loqu. p. 387. n. 18. Scarabæus ex fusco rufescens sive castaneus.

Raj. hist. p. 92. n. 6. Scarabæus antennis articulatis quarto & quinto æqualis.

Habitat frequens inter segetes & in pratis.

DESCR. Pedes, alæ, antennæ ramosæ & elytrorum apices nigra. *Thorax* villis subcinereo-testaceis tectus. *Elytra* rubicunda s. pallide incarnata, tenuissime striata, apice nigro.

574. ELATER niger, elytris rubris.

Habitat in sylvis.

DESCR. Magnitudine & facie ad antecedentem accedit, sed *thorax* glaber utri & caput nigra. *Elytra* rubra striis tenuissimis, ex punctis per novem ordines in singulo elythro. *Antenna* semipectinata. *Os* adensulum.

575. ELATER fusco-viridi-æneus.

List. mut. t. 17. f. 14. mas. & f. 14. fœmina.

loqu. p. 387. n. 19. Scarabæus e nigro virens corniculis altero tantum versu pectinatis. (Mas).

Act. upf. 1736. p. 15. n. 3. Notopeda nigro-ænea, antennis simplicibus.

Habitat hinc inde in pratis.

DESCR. Hæc species sequenti major est. *MAS* thorace & elytris magis saturare viret & angustior est; antennis valde pectinatis.

FÆMINA magis ænea; thoracæ latiore nitidiore virecente; elytris magis nigricantibus, antennis filiformibus minime pectinatis.

576. ELATER niger, thorace rubro.
Aët. upf. 1736. p. 19. n. 3. Attelabus oblongus niger, collari testaceo.
 Habitat apud nos ad agrorum margines, sed rarissime.
 DESCR. Inter nostros minimus vel reliquis fere dimidio minor: Totus ater, sed elytra, quæ etiam striata, parum ad cæruleum vergunt colorem. Thorax maxima ex parte ruber, sed antice niger, in medio tamen magis: postice levissimo margine elytra spectante etiam niger, hinc thorax quasi fascia transversali lata, rubra, lunulata, cavitate lunulæ caput spectante. Antennæ nigræ, non pectinatæ, sed articulis parum antice gibbis.
577. ELATER totus nigro-fuscus.
Raj. inf. 78. Scarabæus minor longo & angusto corpore, totus niger, saltatrix.
 a *Raj. inf.* p. 92. n. 1. Scarabæus antennis articulatis primus maxime vulgaris.
Aët. upf. 1736. p. 15. n. 4. Notopeda atra, antennis simplicibus.
 β *Raj. inf.* p. 92. n. 3. Scarabæus antennis articulatis tertius.
Aët. upf. 1736. p. 15. n. 5. Notopeda fusca; antennis simplicibus.
List. mut. t. 17. f. 14.
 Habitat in pascuis.
 DESCR. Totus niger vel ad cinereum s. fuscum vergens s. colore murino. Antennæ in omnibus a me visis absque ramis sunt. corpus ratione magnitudinis, brevius quam in reliquis.
578. ELATER viridi-æneus, pedibus fulvis. *De Geer.*
 Habitat - - - - -
 DESCR. Inter majusculos. Elytra striata: Antennæ filiformes.
579. ELATER niger, elytris cæruleis.
 Habitat *Upsaliae*. D. Malmberg.
 DESCR. Corpus totum subtus cum pedibus antennisque nigrum: thorax nigro-cærulescens: elytra e nigro-cærulea, singula striis decem insculpta.
580. ELATER niger: elytris antice dimidiato rufis. *De Geer.*
 Habitat in *Roslavia*.
 DESCR. Est inter minores. Antennæ filiformes,

581. ELATER niger; elytrorum latere exterioro livido.

De Geer.

Habitat in *Rossagia*.

DESCR. Est inter minores. *elytra* livida, sutura longitudinali nigra. *pedes* flavescentes.

582. ELATER thorace rubro; elytris griseis.

Habitat *Upsalæ*.

DESCR. Est inter minores sui generis. *caput* nigrum, *thorax* ruber. *Elytra* grisea, singula septem punctorum excavatorum ordinibus striata. *Regio* tota subtus cum abdomine, pedibus, thorace *fusca*.

583. ELATER niger, elytris fuscis, antennis pedibusque rufis.

Habitat in agris.

DESCR. Hic pediculò duplo major, in sua vero specie minimus; totus niger, sed *elytra* fusca seu cinerascens. *pedes* rufi, adhuc antennæ magis rufæ.

Generis hujus omnes species dorso impositæ exsiliunt lepide quasi convulsi, mediante pectoris apice prominulo in fossulam incidente; omnes corpore angusto gaudent.

Cantharis.

584. CANTHARIS fœmina aptera.

Aldr. inf. p. 492.

Column. ecphr. 1. p. 38. t. 36. Noctiluca terrestris.

Fonst. inf. p. 108. t. 14. f. 2. Cicindela Mouff.

Charl. exerc. p. 47. Cicindela.

Mouff. lat. p. 109. f. 1. mas. 2. fœmina.

Merret. pin. p. 201. Cicindela.

Wagn. belv. p. 239. Cicindela, Lampyris.

Bradl. nat. t. 26. f. 3. A. fœmina. B. mas.

Raj. inf. p. 79. Cicindela impennis f. fœmina.

p. 78. Scarabæus Lampyris fordide nigricans,

corpore longo angusto f. Cicindela mas.

Dal. pharm. p. 391. Cicindela.

Suecis Lysmask.

Habitat ætate frequens in juniperetis supra terram.

DESCR. Marem non dum vidimus, sed solam fœminam, quæ & elytris & alis caret, ex plicis tamen abdominis & scuti pectoralis figura hario-lamur marem reliquis Cantharidibus fore simillimum. Fœmina constat incisuris undecim; quarum prima est thoracis clypeus incumbens, planus, marginatus, semiovatus, pone truncatus, sub quo caput minimum. Tres ultimi corporis articuli subtus flavescens noctu lumen de se spargunt planetarium.

Quam-

Quamdiu vivit, nocte lucet; mortua lumen amittit: in cespite gramineo viridi & succulento diutius viva servari potest. Hoc lumen creditur ea spargere, sola ut mares eam facilius reperiant, atque ipsis candelæ instar inserviat.

§85. CANTHARIS elytris testaceis; thorace rubro immaculato.

Raj. inf. p. 84. n. 28. Cantharus sepiarius major, e rufo flavicans, elytris non maculatis.

Aët. upf. 1736. p. 19. n. 1. Cantharis elytris testaceis.

Habitat cum sequenti vulgaris.

DESCR. Magnitudo, figura & omnia omnino ut in sequenti, excepto solo colore elytrorum luteo-pallido & thorace immaculato. *oculi nigri sunt,*

§86. CANTHARIS elytris nigricantibus; thorace rubro: nigra macula. *It. æl. 38.*

Raj. inf. p. 84. n. 29. Cantharus sepiarius major, elytris nigricantibus, dorso s. thorace supino obscure rufo.

inf. p. 101. n. 2. Cantharis semunciam longa.

Frisch. germ. 6. p. 36. t. 3. ic. 6. f. 5. Scarabæus arboreus nigro-fuscus, elytris tenuibus.

Aët. upf. 1736. p. 19. n. 2. Cantharis elytris fuscis.

Habitat ubique sat apud nos frequens.

DESCR. Animal oblongum, molliusculum. *Caput* nigrum, planiusculum, infra oculos rufescens. *os* minimum, forcipatum: *maxillis* arcuatis, simplicibus, quibus frustra mordet. *antennule* ad maxillas minimæ. *antennæ* communes corpore dimidio breviores, filiformes, articulis undecim, fuscæ, sed capiti propius rufescentes. *thorax* a tergo planus, cordatus, marginibus eminentibus, rufescens, excepta macula magna nigra capiti contigua. *Elytra* plana, oblongo-linearia, mollissima, flexilia, ferricea, fusco-nigra. *ala* diaphano-fuscæ. *abdomen* fuscum excepto ultimo seu septimo articulo rubicundo, ut & marginibus lateralibus rubris. hi margines laterales compressi, singula incisura plicatim incumbente, mollissimi, apicibus incisurarum lateralium mammillaribus.

§87. CANTHARIS elytris rubris; thorace rubro nigra macula.

Frisch. germ. 12. p. 41. t. 3. ic. 7. f. 2. Scarabæus arboreus parvus ruber, elytris longis, clypeo pectorali linea nigra.

Raj. inf. p. 101. n. 4. Cantharis prioribus similis quarta.

Aët.

Act. upf. 1736. p. 19. n. 3. Cantharis elytris ruberrimis.

Habitat variis in locis, præsertim *Dannemora* in acervis mineræ ferreæ frequens.

DESCR. Præcedentibus dimidio minor. Totum corpus (excepto thorace & elytris) atrum. *antennæ* filiformes, sed articulis apice antorsum prominulis; macula dorsalis thoracis atra etiam scutellum tegit. *Elytra* mollia, saturatissime rubra s. coccinea, tenuissime striata. *Alæ* fuscæ.

588. CANTHARIS viridi-ænea; elytris extrorsum rubris.

Raj. inf. 77. Scarabæus minor; corpore longiusculo; elytris rubicundis.

Habitat in *Urtica* majore rarius, nec non in plantis variis.

DESCR. Est hæc e mediæ magnitudinis; præcedentibus minor, sequentibus major. *Caput*, thorax, *antennæ*, abdominis annuli supra & infra, *elytra* versus basin & marginem interiorem viridi-ænea, at elytrorum pars postica versus apicem & etiam versus marginem exteriorem sive lateralem rubra, ita ut *Elytra* maxima ex parte rubra sint, & a basi versus futuram longitudinalem viridi-ænea. ad latera thoracis, ut & abdominis, utrinque *vesicula* coccinea bicornis. *Alæ* fuscæ.

589. CANTHARIS æneo-viridis, elytris apice rubris.

It. æl. 127.

Raj. inf. p. 101. n. 7. Cantharis vix tres octavas uncie longa.

Act. upf. 1736. p. 19. n. 5. Cantharis elytris viridi-æneis apice rubris.

Habitat frequens in graminibus, præsertim in *Cari-cibus*.

DESCR. Præcedenti, cui facie simillima est, omnino minor. ad latera thoracis & abdominis etiam utrinque gerit *vesiculam* coccineam tricuspidem. *alæ* nigro-fuscæ. *antennæ* nigre. *Caput*, thorax & *elytra* ænep saturate viridia, extimis apicibus elytrorum rubris seu coccineis. *Abdomen* elytris longius, subtus æneum, sub alis rubrum. *variat* elytrorum colore cæruleo vel magis viridi.

590. CANTHARIS elytris nigris: fasciis duabus rubris

Act. upf. 1736. p. 19. n. 6.

Habitat in plantis.

DESCR. Magnitudo pediculi, sive decuplo minor quam antecedens. *antennæ* & *pedes* nigri. *Caput* & *thorax* virescentia; *Elytra* atra, fascia duplici rubra transversa, altera paulo supra basin; in medio ad futuram interrupta; altera in ipsis apicibus elytrorum, vel paulo intra apices in quibusdam; hæc in medio contigua. *Abdominis* latera rubra

591. **CANTHARIS** elytris nigris: apice flavis, thorace atro.

Habitat - - -

DESCR. Magnitudo & facies præcedentis; sed caput & thorax omnino atra. *Elytra* apicibus summis flava seu sulphurea, *abdominis* latera flava,

592. **CANTHARIS** fusca, elytris apice flavis, thorace rufo.

Habitat - - -

DESCR. Magnitudo pediculi. *Caput* atrum. *Thorax* rufo-ferrugineus, macula nigra. *Elytra* fusca abdomine dimidio breviora, apicibus flavis. *femora* nigra. *Tibiæ* pallidæ; abdominalibus segmentis margine flavis; adeoque thorace a præcedente manifeste differt.

593. **CANTHARIS** nigra, elytris lividis. *De Geer*.

Habitat in plantis.

DESCR. Est e minimis generis sui.

Tenebrio.

594. **TENEBRIO** atra, coleopteris pone acuminatis.

Aldr. inf. p. 499.

Mouff. lat. p. 138. f. 139. Blatta foetida tertia.

Charl. exerc. p. 48. Blatta foetida.

Fonst. inf. t. 16.

Merr. pin. 202. Blatta foetida.

Pet. gaz. p. 38. t. 24. f. 7. Scarabæus impennis tardipes.

List. loqu. p. 388. n. 21. Scarabæus e toto niger minime nitens foetidus?

Raj. inf. 89. Scarabæus niger rotundus lævis, antennis globosis.

Frisch. germ. 13. p. 27. t. 25. Scarabæus terrestris & itercorarius niger foetidus.

Dal. phar. p. 91. Blatta officinarum.

It. æl. 62. Tenebrio primus.

Suecis Skrobba.

Habitat inter quisquilias hortorum & agrorum; credulum vulgus intra domos hanc ambulans observantes mortis nunciam esse sibi persuadet.

DESCR. Tota atra & omnino picea est, *Elytra* secundum longitudinem totam connata, *ala* nullæ. antennæ longiusculæ, articulis lentiformibus, ultimo

ultimo globoso. sæpe terminantur Elytra apice, a dorso, rimula. *Thorax* marginatus, punctatus. Elytra rugosa.

Speciem aliam habet *Pet. gaz. p. 19. t. 12. f. 6.* quæ rotundior, & *List. loqu. p. 388. n. 20. mat. t. 18. f. 3.* quæ violacea, ab hæc diversa.

Lister suam describit magis ventricosam, proin si ejus descriptio referatur ad *tab. 18. f. 3.* in tabulis mutis a nostrâ diversa erit.

595. **TENEBRIO** atra; coleoptris pone rotundatis; maxillis prominentibus. *De Geer.*

Frisch. germ. 13. p. 27. t. 22. - - -

Habitat - - -

DESCR. Minor. *Thorax* ut in *Carabis*. femora clavata. maxilla capitis longitudine; cum in præcedenti breviora.

Meloe.

596. **MELOE.**

Mouff. lat. 162. f. med. Proscarabæus.

Jonst. ins. p. 74. t. 15. Proscarabæi sæmina.

Charl. exerc. p. 46. Proscarabæus s. anti-Cantharus.

Hoffn. ins. 2. t. 9.

Merr. pin. p. 201. Proscarabæus.

Wagn. helv. p. 234.

Gæd. belg. 2. p. 152. f. 42.

List. gæd. p. 292. f. 120.

loqu. Scarabæus mollis ex nigro viola nitens.

Frisch. germ. 6. p. 14. t. 6. f. 5.

Dal. pharim. p. 391. Proscarabæus.

Schræd. pharm. 5. p. 345. Chantharus unctuosus.

Habitat ad margines agrorum & in collibus foli expositis mense Majo. tacta oleum limpidiſſimum ex omnibus pedum geniculis emitit.

DESCR. Totum animal molle est & atrum; pedes, antennæ, abdomen paulo magis violacea. elytra coriacea, mollia, rugosa, minime nitida. antennæ moniliformes, in femina abdomen longius elytris, alæ nullæ.

Necydalis.

597. **NECYDALIS** elytris apice lineola alba. *It. æl. 74.*

Aët. ups. 1736. p. 38. n. 16. Cimex longus depressus griseus: genubus globosis.

Habitat in sepibus.

DESCR. Caput nigrum. *Thorax* oblongus, ater, punctis duobus nitidis dorsalibus. Elytra grisea, basi angulata, abdomine dimidio breviora, apice

ae dehiscencia inter se, & singula macula lineari alba apice notata. *alæ* feminudæ, ut in hemipteris cruciatæ, nec intra elytra retractæ. *antennæ* griseæ, corpore duplo longiores, setaceæ, articulo infimo crasso, secundo minimo, tertio & reliquis oblongis. *Pedes* grisei. *femora* versus apicem valde crassa, clavata, & in eodem loco fere globosa. Ex antennis esset Cerambyx! ex pedibus Leptura! ex elytris Forficula! cum Cerambyce tamen maxime adfinis, licet externa facie dissimilis.

398. NECYDALIS elytris apice puncto flavo.

Habitantem reperi in Heliantho tuberoso.

DESCR. Pediculo paulo major. *Caput* nigrum, maxillis flavis. *thorax* flavus, marginatus. *Elytra* nigricantia, in medio fusca apice flavo puncto terminata. *alæ* nigrae, elytris duplo longiores cruciatim incurvantes. *antenna* corpore breviores, filiformes, nigricantes, versus basin flavescentes. *femora* nigra, tibiis flavis. *abdomen* fuscum, lateribus flavis.

Forficula.

399. FORFICULA alis apice macula alba.

Mouff. lat. p. 171. f. infim. Forficula f. Auricularia vulgatior.

Jonst. inf. t. 16. f. 2. Forficula.

Merian. europ. gall. t. 30.

List. nat. t. 31. f. A.

Loqu. p. 391. n. 25. Scarabæus subrufus, cauda forcipata.

Pet. gaz. t. 74. f. 5. Forficula vulgaris.

Frisch. germ. 8. p. 31. t. 15. f. 2. mas. 1. fœmina. Vermis auricularis.

Aët. upf. 1736. p. 15. n. 4. & 6. Forficula mollis cinerea cauda forcipata. (*Larva?*)

Suecis Twestiert, Oernmask.

Habitat in terra prægnanti.

DESCR. Insectum oblongum. *Antennæ* setaceæ, longæ, tredecim vel quatuordecim articulis. *Clypeus thoracis* planus, antice truncatus, pone rotundatus, pallidus, in medio niger. *Elytra* pallide rufa. *Alæ* extra elytra prominula, apice extrorsum alba: ovata macula. *Abdomen* rufescens, nudum. *Cauda* duobus unguibus arcuatis, apice conniventibus, corneis, forcipata.

600. FORFICULA alis elythro concoloribus.

Habitat in sterquiliniis.

DESCR. Dimidio minor est hæc species, colore castaneo. *Caput & thorax* nigricantia. *Elytra & Alæ* (quæ complicatæ apice prominent) castaneæ; *abdomen* castaneum. *forfex* caudæ erectior. *Antennæ* X. tantum articulis, non verò XIV: uti præcedens. *Pedes & abdomen* subrus pallidiora.

Sta-

Staphylinus.

601. STAPHYLINUS hirsutus niger, thorace abdomineque infimo flavo.

Act. upf. 1736. p. 15. n. 1. Forficula hirsuta, nigra, nitida: capite, collo, cinguloque ventris flavis.

Habitat in locis arenosis apud nos rarus, in Ost-Frisia vulgatissimum observavimus.

DESCR. Magnitudo Bombylii, totus valde hirsutus. caput nigrum. thorax flavus. elytra cinerea. abdomen antice nigrum, pone luteum. pedes nigri, etiam hirsuti.

602. STAPHYLINUS pubescens cinereus nigro - nebulosus.

Habitat in fimo equino.

DESCR. Insectum inter majores, non maximos, numerandum est, oblongum, pubescens, cinereo-æneus, maculis nigris, persluentibus. Antennæ articulis IX. Caput depressum. os forcipatum. thorax angustus. Elytra brevia, capiti & thoraci concoloria. Abdomen fuscum maculis nigris. Cauda duabus fetis villosis; abdomine presso exeunt ad caudam duo cornicula mollia, recurva, alba, pellucida.

603. STAPHYLINUS ater glaber; maxillis longitudine capitis.

Jonst. inf. t. 17. f. 1. 2. 3. Staphylinus.

Mouff. lat. p. 197. Staphylinus.

List. loqu. p. 391. n. 2. Scarabæus majusculus niger, forcipibus infestis.

Raj. inf. p. 109. n. 1. Staphylinus major, totus niger.

Act. upf. 1736. p. 15. n. 2. 3. Forficula collari nigro: elytris nebulosis.

Habitat in sylvis, victitat aliis insectis, sub metu caudam reflectit & duas vesiculas cordatas exserit.

DESCR. Hic maximus inter nostros est. Caput & thorax atra, glabra. Elytra atra, (in quibusdam cineritie lævi nebulosa) obtusa. dorsum abdominis caudæ concolor. pedes nigri. Os duabus maxillis arcuatis duris acuminatissimis simplicibus, capite longioribus.

604. STAPHYLINUS ater; elytris pedibusque rufis.

Act. upf. 1736. p. 15. n. 6. Forficula collari nigro, ventre atro, elytris testaceis.

Frisch. germ. 5. p. 49. t. 25. Scarabæus rapax, elytris brevibus.

Habitat in stercore, edit alia insecta.

DESCR. Est inter majores, non maximos, numerandus. Caput & thorax ni-

nigra. *Abdomen* nigrum micante punctato deaurato in singulo segmento utrinque. *Elytra* & *pedes* rufa. *Antennæ* nigrae basi & apice rufescentes.

605. STAPHYLINUS niger; thorace æneo nitido, elytris atro-cæruleis.

Aët. upf. 1736. p. 15. n. 7. Forficula collari nigro, ventre atro, elytris cærulescentibus.

DESCR. Est e mediis speciebus. *Caput* & *thorax* polita, nitida. *Elytra* punctis minutissimis adspersa. *Antennæ* XI. articulis.

Variat in hac specie color thoracis & coleoptri: in aliis thorax æneus, & elytra atro-cærulea; in aliis thorax ater nitidus, & elytra atra.

Differrentia specifica essentialis consistit in thorace decem punctis excavatis, sed vix absque lente conspiciendis.

606. STAPHYLINUS rufus; capite elytris abdomineque pone nigris.

Aët. upf. 1736. p. 15. n. 8. Forficula collari testaceo, elytris ventreque testaceis: apicibus nigris.

Habitat - - -

DESCR. Est hic mediæ magnitudinis. *Rufa* sunt thorax, pedes, abdomen maxima ex parte & elytra antice; *nigra* vero os, caput, elytra pone & in medio ad suturam; nec non abdominis tria ultima segmenta. *Antennæ* fere clavatae.

607. STAPHYLINUS rufus; elytris cæruleis, capite abdominisque apice nigris. *It. gotl.* 173.

Habitat in *Gotlandia* inter arenam ripariam.

DESCR. Magnitudo formicæ nigrae. Totus incarnatus, sed capite & abdominis tria quatuorve ultima segmenta atra; *Elytra* tota cærulea; femora incarnata geniculis nigris. *Antennæ* articulis XI, ovalibus, caput versus angustis, excepto ultimo extrorsum angustato; sunt etiam antennæ pallidæ apice nigrae, antennulæ oris clavatae, apice nigrae. *maxillæ* acutæ; denticulo laterali interno.

608. STAPHYLINUS fuscus; elytrorum futura abdomine pedibusque ferrugineis.

Habitat in lignis putridis.

DESCR. Magnitudo minimæ formicæ; *Corpus* totum lineare, longiusculum. *Caput* & *thorax* glabra, fusca: *thorax* versus elytra duobus punctis excavatis notatus. *Elytra* fusca, sed ferruginea ad suturam longitudinalem. *Abdomen* & *Pedes* ferruginel.

609. STAPHYLINUS ater glaber; pedibus rufis.

Aët. upf. 1736. p. 15. n. 10. Forficula tota atra.

Habitat - - -

DESCR. Magnitudo formicæ. Totus ater, glaber, exceptis rufis pedibus; nec thorax, nec elytra punctata. Os flavescens. *Caput* & *Antennæ* nigrae. *Abdomen* glabrum a tergo.

610. STAPHYLINUS ater glaber; pedibus rufis, elytrorum margine flavo.

Habitat *Upsaliæ*. *P. Kalm.*

DESCR. Est inter omnes nostros minimus, utpote qui pulicem non excedit. *Thorax* & *elytra* læte glabra, atra, margine elytrorum anum spectante rufo. *pedes* testacei. Priori similis, sed quadruplo minor. *Abdomen* fere subulatum.

611. STAPHYLINUS niger; elytris antice griseis, pedibus rufis. *It. gotl. 173.*

Habitat in *Arena* riparia humida, sub qua cuniculos facit, præsertim in *Gotlandia*.

DESCR. Magnitudo pediculi; *Abdomen* infra elytra admodum acuminatum, nigrum. *Thorax* niger: lateribus versus basin parum testaceis. *pedes* longiusculi testacei. *Elytra* nigra, in medio versus basin grisea, seu macula magna testaceo-fusca, utraqve elytra occupante, juxta basin. *Os* flavum.

612. STAPHYLINUS niger; elytris sanguineis.

Act. upf. 1736. p. 15. n. 12. Forficula nigra, elytris sanguineis.

Habitat passim vagus.

DESCR. Magnitudo pediculi, Totus ater, glaber, exceptis elytris sanguineis.

613. STAPHYLINUS totus testaceus.

Habitat in plantis & stercore.

DESCR. Magnitudo antecedentis. *Totus* ejusdem coloris seu dilute testaceus aut flavescens, excepto abdomine, a tergo pone elytra, paulo magis fusco seu obscuro. *Antennæ* longiusculæ sunt & facies fere Carabi. Duas fetas in cæuda novum vidi.

614. STAPHYLINUS niger; thorace elytris pedibusque subtestaceis.

Habitat - - -

DESCR. Magnitudo pediculi. *Caput* nigrum. *thorax* glaber, convexus, supra & subtus cereus sive pallide testaceus. *Elytra* thorace concoloria, sed antice & ad marginem exteriorem nigricantia, pone omnino, uti *thorax*, colore & glabritie. *pedes* magis saturate ferruginei. *Abdomen* nigrum, pone elytra pilis hispidum.

615. STAPHYLINUS niger, elytris antennis pedibusque ferrugineis.

Habitat in *Scania*. *D. Leche.*

DESCR. Pediculo dimidio minor, oblongus, niger, sed *Elytra* ferruginea, & *Antennæ* & *Pedes* minus ferruginea quam elytra.

616. STAPHYLINUS niger; elytris tibiisque fuscis.

Habitat in *Scania*.

DESCR. Pediculo fere major. *Totus* ater, glaber. *Elytra* fusca: tibiae flavescences, non vero Femora. Thorax, caput & maxillæ ratione magnitudinis insignes.

Blatta.

617. BLATTA ferrugineo-fusca; elytris fulco ovato impressis.

Mouff. lat. p. 138. f. 2. 3. Blatta molendinaria & pittrinaria.

Column. ephr. t. p. 40. t. 36. Scarabæus alter testudinatus minor atque alatus.

Jonst. inf. t. 13. f. A. Grylli.

List. mut. t. 18. f. 2. femina.

Barthol. act. 1671. p. 107. t. 108. Gryllus alatus (& repens) vermis in saccharo.

Raj. inf. p. 68. Blatta prima sive mollis Mouffeti.

Frisch. germ. f. p. 11. t. 3. Blatta lucifuga sive molendinaria.

Fennonibus Torraça, Dracæ.

Habitat in Molendinis, præsertim in fumosis hypocaustis Finnönorum (Pyrten) ubi devastat panes, ocreas & varia utensilia incolarum; rarius Stockholmiæ & alibi. noctu prædatur; accensa candela aufugit ocyus.

DESCR. Magnitudo Grylli; tota testaceo-fusca seu ferrugineo nigricans; & quasi usta. Clypeus thoraci incumbens planus, ovalis; transversalis. *Elytra* diaphana, abdomine breviora, ovali-oblonga: singula tribus striis a basi exeuntibus, quarum intermedia elevata; interior excavata, incurvata, conficiens cum pari spatium ovatum inclusum; exterior excavata juxta marginem, brevis; striæ absque ullo certo ordine: cauda duobus mucronibus. Pedes aculeati. *MAS* alas & elytra gerit; *femina* ejus tantum rudimenta.

618. BLATTA flavescens; elytris nigro maculatis.

Act. ups. 1736. p. 35. n. 2. Lampyris alis superioribus ad angulum acutum striatis.

Habitat in Casis *Lapponum* sylvaticorum inter piscium squamas frequentissima. Dum pisces abs-

que sale a Lapponibus exsiccantur, sæpe unico die, ab hac omnino consumuntur.

DESCR. Magnitudo majoris muscæ. *Thoracis* clypeus membranaceus, patens, marginatus, ovalis, diaphanus. *Elytra* membranaceo-pellucida, cornei coloris, stria longitudinali elevata, in qua striæ ducuntur versus posteriores margines utrinque, ut coquant in striam longitudinalem minores ad angulum acutum; puncta aliquot nigricantia temere elytris adpersa. *Pedes* cornei coloris: *tibiæ* spinosæ. *Antennæ* longæ, setosæ. *Alæ* inferiores aquæ. *cornicula* duo articulata, recurva supra anuum.

Gryllus.

619. GRYLLUS pedibus anticis palmatis.

Imp. alt. p. 692. Talpa infectum.

Aldr. inf. p. 571. Talpa ferrantis imperati.

Velsch. hecatost. I. p. 39. Talpa ferrantis imperati.

Mouff. lat. p. 104. Gryllo-talpa.

Fonst. inf. t. 12, 13. Gryllo-talpa.

Hoffn. inf. t. 4. f. ult. æ. Edit alt. 3. t. 6.

Goed. belg. I. p. 168. t. 76. Gryllo-talpa.

List. goed. p. 288. f. 119. Gryllo-talpa.

Barth. act. 4. p. 9. f. 1. Gryllo-talpa.

Worm. mus. p. 243. Gryllo-talpa.

Wagn. helv. 233. Gryllo-talpa.

Charl. exerc. p. 44. Gryllo-talpa.

Raj. inf. p. 64. 67. Gryllo-talpa Mouffeti.

Epb. N. C. dec. 2. ann. I. p. 154. Gryllo-talpa.

Frisch. germ. II. p. 28. t. 5. Gryllus campestris, pedibus talpæ.

Black. herb. t. 81. f. 10.

Habitat in *Scania* campestri, ubi vesperi cantillat uti *Ranula* 251 vel *Ortygometra* 162 avicula.

DESCR. Differt a reliquis manifeste variis notis. 1. Magnitudine, utpote omnibus nostris Insectis, excepto Cancro, major. 2. Pedibus anticis villosis & palmatis. 3. alis superioribus cinereis vasis nigricantibus; inferioribus longioribus, acuminatis. Cauda bifeta est, uti sequentia.

620. GRYLLUS cauda bifeta, alis inferioribus acuminatis, longioribus, pedibus simplicibus.

Mouff. lat. p. 135. Gryllus domesticus.

Fonst. inf. t. 12. Grylli Mouffeti & t. 13. f. D.

Charl. exerc. p. 44. Gryllus domesticus.

Hoffn.

Hoffn. inf. p. 11. f. 4.

Raj. inf. p. 63. Gryllus domesticus.

Suecis Syrfa.

Habitat apud nos in Domibus, ubi in argillaceis muris cuniculos format, & stridule cantillat, præsertim per noctes, inhabitatoribus ingratus.

621. GRYLLUS cauda ensifera recta, corpore subviridi. *It. gott. 253.*

Fonst. inf. t. 11. f. 1. 2. 3. Locusta hewschrecken Mouffetæ. t. 13. f. 13.

Hoffn. inf. t. 5. f. 16. 17.

Rob. ic. t. 27.

Merian. europ. t. 176.

Eph. N. C. dec. 2. ann. 11. obs. 16. p. 40.

Raj. inf. p. 61. Locusta viridis major.

Frisch. germ. 12. p. 3. t. 2. f. 1. Locusta major viridis.

Suecis Wårtbit.

Habitat in pratis. Rustici huic insecto verrucas manus admovent, quas præmordet & evomit in vulnus liquorem, unde verruca contabescit.

DESCR. Distinguitur a reliquis varietatibus notis. Thoracis armatura triangulari, seu ad latera deorsum producta & a tergo versus alas dilatata. *Femina* ad anum ensiformiter gerit bivalvem; *Mas* elytris versus basin foramine amplo, membrana pellucida consolidato, quibus sonum efficit sub tantu. Color totius corporis maxima ex parte viridis.

622. GRYLLUS cauda ensifera recurvata.

Gæd. belg. 2. p. 165. t. 40. Sprinckhanen.

List. gæd. p. 301. t. 121. Acrigoneus.

Frisch. germ. 2. t. 2. f. 4. an?

Habitat in Tiliis, ubi cantillat mense Augusto, præsertim copiose in prædio Fullerôn Comitit Jac. Cronstedt Regni Sueciæ Senatoris.

623. GRYLLUS elytris nullis, thorace in elytron longitudinale extenso: macula utrinque rhombea nigra.

Raj. inf. p. 60. Locusta minor fuscescens, cucullo longo rhomboide.

Aët. upf. 1736. p. 34. n. 9. Gryllus alis superioribus nullis, collari producto ad longitudinem abdominis.

Habitat in pratis ficcioribus.

DESCR. Est Species e minimis hujus generis. Manifeste distinguitur ab aliis omnibus scuto *thoracis*, producto a tergo ad longitudinem abdominis, linea longitudinali elevata, & punctis duobus oppositis atris rhombeis sæpe in medio longitudinis. *Elytra* non habet, nec his opus habet, cum *thorax* horum vices gerat. *Alæ* duæ albæ sub hac crusta absconduntur. *Antennæ* breviores sunt in hac, quam in alia ulla. *Elytra* e *thorace* productis longitudine abdominis.

624. GRYLLUS elytris nullis, thorace producto abdomine longiore, *De Geer*.

Habitat in pratis.

625. GRYLLUS elytris nebulosis, alis rubris extimo nigris, *It. æl.* 158.

Wagn. helv. p. 230. Locusta prima.

Frisch. germ. 9. p. 4. t. 1. f. 2. Locustæ secunda species.

Aët. upf. 1736. p. 34. n. 4. Gryllus alis superioribus umbrosis, inferioribus rubris apicibus nigris.

Habitat in pratis mense Julio stridulus.

DESCR. *Antennæ* corpore dimidio breviores, fuscæ, in medio crassiores. *Elytra* nebulosa. *alæ* plicatæ, reticulatæ, margine undulatæ, nigræ versus apicem, alias rubræ. *femora* saltatoria angulata, ad genu fimbriata, latere anteriore flava & nigra, tibiis flavis. *pedes* primores quatuor nigricantes.

626. GRYLLUS superne viridis; elytrorum margine alido.

Frisch. germ. 9. p. 6. n. 7. Locustæ septima species minima.

Habitat copiosissime omnium ad *Bursviken* juxta mare, ubi instar sementantis segetis ante pedes cadit.

DESCR. Hic inter minimos, (si non minimus omnium) nostros numerandus est. *Corpus* superne viride, quum caput & thorax supra saturate viridia. *Alæ* dilute virides, exteriores sive *elytra* viridia margine exteriori seu laterali albo. *Abdomen*, *pectus*, *femora*, *facies* pallida. *Antennæ* articulis XXIII circiter constant.

VARIAT in quibusdam angulo utrinque thoracis dorsali lineola alba & alia lineola alba inter marginem elytrorum album & discum alæ.

627. GRYLLUS incarnatus; femoribus sanguineis, elytris virescenti-subfuscis, antennis cylindricis.

Frisch. germ. 9. p. 5. t. 4.

Habi-

Habitat in pratis rarius, ut *Bolstavik* & alibi in *Roslagia*.

DESCR. Est e maximis nostris, & major penultima præcedenti sive septima: Est & reliquis pallidior & pedibus rubris saturatioribus; *Abdomen* subrus flavum. *Elytra* flavo-pallida, præsertim antice, alias reticulata utriusque. *Antennæ* cylindricæ 24. articulis. *Tibiæ* posticæ nigrae dentibus albis, terminatæ quatuor unguibus præter unguem palmarum. *Femora* postica latere interiore rubra. *Totus* supra obsolete brunneus seu fusco-lividus. inter pedes anticos acumen thoracis flavescens.

628. GRYLLUS antennis longitudine corporis. *It. æl.*
157.

Habitat in *Oelandiæ* campis (Alvar) mense Julio, præsertim circa Borgholm copiosissime, ubi instat pulveris volatilis ante pedes ambulantis dispersitur.

DESCR. Sunt hi inter minimos hujus generis, seu magnitudine 626; magis dein flavæ, quam virescentes. *Antennæ* corpore ipso longiores. *Elytra* pallida, albo reticulata, interlucente nigredine. Caput & thorax supra pallida: macula nigra ad latera thoracis. *femora* pallida: fascia oblonga nigricante. *Abdomen* supra pallidum, lateribus fulcum, subtus flavo-viride.

629. GRYLLUS antennis subclavatis acutis.

Act. upf. 1736. p. 34. n. 6. Gryllus abdomine pallido, alis griseis unicoloribus.

Habitat in pratis *Roslagiæ*.

DESCR. Est inter minores, non minimos. Totus rufus. *thoracis* anguli nigri lineola alba. *femora* rubra. *Elytra* grisea immaculata. *Antennæ* clavatae, ut in *Papilionibus* diurnis, sed tamen apice parum elongatis, & summo apice exalbidis.

II. HEMIPTERA.

Cicada.

630. CICADA elytris viridibus, capite flavo: punctis nigris.

Act. upf. 1736. p. 34. n. 11. Gryllus alis superioribus viridibus, inferioribus fuscis, capite flavo.

Raj. inf. p. 68. n. 3. Locusta-pulex tertia.

Habitat sub Augusti finem in pratis paludosis *Uplandiæ*, sæpe copiosissima in *Equifeto* & *Scirpo*.

DESCR. Hæc inter nostras *Cicadas* maxima est, licet musca domestica non major longitudine, at longe inferior latitudine. *Elytra* saturate viridia

dia. *Ala plumbeæ. thorax & scutellum viridia. Caput flavescens: duo puncta nigra in occipite & alia ad latera capitis. frons striis transversalibus. Abdomen a tergo plumbeum. Pedes flavescentes.*

631. **CICADA** elytris flavis, linea abrupta duplici longitudinali nigra.

Pet. gaz. 61. f. 10. Ranatra bicolor ex fusco & pallido striata.

Habitat in pratis tempore fœnificii.

DESCR. Magnitudo fere præcedentis; hinc inter majores nostrates species. Tota flava est, sed clausis elytris, ad utrumque latus dorsi, linea longitudinalis nigra, quæ interruptitur in medio oblique, ac si linea altera a thorace ducta esset, altera ab apice alarum; ambæ licet ad eandem longitudinem, nec tamen sibi invicem occurrentes & tangentes in medio; ambæ hæ fasciæ juxta thoracem coadunantur in unum. in capite & thorace macula utrinque connata nigra. *antennæ breves: frons flava striis utrinque transversis: Caput & thorax a tergo nigro-maculata. Elytra flava: linea longitudinali nigra, & alia ab apice basin elytri spectante, sed brevior.* *Abdomen flavum a tergo, utroque latere nigrum.*

632. **CICADA** fusca; alis aqueis fusco maculatis: nervis punctatis. *De Geer.*

Habitat in pratis.

DESCR. Est inter majusculas. *Alis* minus complicatis: alarum nervi elevati maculato-punctati.

633. **CICADA** nigra; fasciis tribus albis transversis æqualibus.

Act. upf. 1736. p. 35. n. 14. Gryllus alis nigris, fasciis tribus transversis albis.

Habitat in pratis rarius; ad Lapides *Morenses Upsaliæ* passim.

DESCR. Uti præcedentes magis compressa, quam depressa. *Elytra nigro-fusca fasciis duabus, albis transversis, latitudine interjacentis nigredinis. Thorax niger, versus marginem superiorem lineola transversa alba. os album; cætera nigra. Abdomen subtus nigrum. Thorax subtus albicans.*

634. **CICADA** flava; fascia duplici longitudinali repandentata.

Habitat in Prædio Cronstedtiano *Fullerön.*

DESCR. Magnitudo pediculi, adeoque minima. *Corpus* oblongum, depressum, sulphureum; a tergo, supra elytra, fascia nigra quasi duo cornua nigra tauri prolifera, quorum basis esset thorax; *vel aliter:* ponas basin elytrorum nigrum, a qua utrinque linea inscribens ovatam figuram, & apices cum pari non connexa, sed reflexa, hinc alia linea brevis reflexa: *verbo* fascia nigra oblonga ante medietatem macula lutea ovata, infra medietatem utrinque duplici denticulo.

635. *CICADA* flava; elytris fulvo pictis: maculis quatuor
nigris, pone auratis.

Habitat in Scania. *D. Leche.*

DESCR. Oblonga est, & præcedenti, cui similis, duplo aut triplo major. flava est, sed oculi nigri; macula nigra utrinque in thorace. Scutellum nigrum cum incluso triangulo flavo & linea a thorace ducta flava. Elytra fulva pictis & notatis in medio juxta suturam punctis duobus nigris (in singulo elytro singulis) aliisque duobus punctis nigris, magis versus posteriora alarum, juxta marginem crassiorum: pone elytra auro translucet. corpus nigricans est. Pedes flavi.

636. *CICADA* fusca; elytris maculis binis albis laterali-
bus: fascia duplici interrupta transversa alba.

Raj. cantabr. 112.

inf. p. 67. Locusta-pulex Svammerdamio, nobis
Cicadula.

Svamm. quart. p. 83. Locusta-pulex.

gall. p. 86.

bibl. 1. p. 215.

Poup. act. gall. 1705. p. 162.

Blank. belg. p. 97. t. 11. f. N. O. P.

Pet. gaz. t. 61. f. 9. Ranatra bicolor, capite nigri-
cante.

Frisch. germ. 8. p. 26. f. 12. Vermis spumans.

De Geer. act. stockh. 1741. p. 221. t. 7. Cicada fusca,
alis superioribus maculis albis, in spuma quadam
vivens.

Habitat in plantis & Graminibus, cujus Larva lati-
tat intra spumam hisce sæpe adpersam, quam
vulgus *Grodspott* (salivam Ranæ) vocat.

DESCR. Hanc Generosissimus *D. Carolus de Geer* ejusque integram Histo-
riam adeo graphice delineavit, figurisque accuratissimis depinxit, ut nil
supra. Docet spumam ex insecti corpore & quidem ex ano, non vero;
ore, ejici per bullulas: quæ singulæ alternatim excernuntur.

Variat fusco colore saturatiore sive nigro & dilutiore sive cinereo.

637. *CICADA* exalbida: utrinque linea longitudinali ni-
gra.

Habitat in pascuis.

DESCR. Tota pallida seu exalbida: a fronte utrinque versus elytrorum
apices juxta latera ducitur linea alba, ad posteriora latior, terminata
antequam apicem alarum attingit: intra has lineas laterales ducuntur striæ
versus suturam ad angulum acutum caudam versus.

638. *CICADA nigra*; oculis albis.
 Habitat in pascuis.
DESCR. Tota nigra, vel fusco-nigra, minime atra. *oculi* soli albi prominent.
639. *CICADA nigra*; elytrorum lateribus albis.
Act. upf. 1736. p. 35. n. 13, *Gryllus fuscus* alarum margine albo.
Raj. inf. p. 68. n. 2. *Locusta pulex fusca*.
 Habitat in pascuis.
DESCR. Est etiam hæc nigra seu nigro-fusca, sed linea lata alba elytrorum margines exteriores tingit. *oculi* & *os* alba.
640. *CICADA nigra*, capite albo.
 Habitat in pascuis.
DESCR. Tota nigra, præter maculam parvam obscuram ad marginem exteriorem juxta elytrorum apices. *Caput* & *thoracis* dimidia anterior pars alba.
 Sunt præterea Species 636 - 640 inter se adeo similes, ut demto colore vix ulla differentia; pleræquæ harum, dum, adhuc larvæ intra spumam occultantur.
641. *CICADA* thorace bicorni pone producto, alis nudis.
 Habitat in Carduis. *R. Hast.* Lundini. *D. Leche*.
DESCR. Monstruosissimum & mutilum ad me delatum animalculum. Inter maximas e nostris hujus generis hæc est. *Caput* obrutum. *thorax* gibbus, utrinque cornutus ut in Cimicis specie 651 & 652, pone producitur in carinam subulatam longitudine corporis loco elytrorum, ut in *Gryllis* 623 - 624 *alæ* lividæ, venosæ. *Pedes* rufi, vix saltatrices. *abdomen* nigrum.
642. *CICADA* elytris albido nigroque striatis ad angulum acutum futuræ dorsalis.
Raj. inf. p. 68. n. 1. *Locusta-pulex prima*.
 Habitat in pascuis humentibus.
643. *CICADA flava compressa*.
 Habitat Fahlunæ in pratis.
DESCR. Tota flava est, & præcedentibus paulo minor. Duo puncta fusca ad basin capitis a tergo.
OBS. *Laternaria Merian. amer. t. 49. Grev. mus. t. 13. f. 1. 2. Reaum. gall. 5. t. 20. f. 6. 7.* hujus generis est.
644. *CICADA* alis viridi-luteis; apicibus nigricantibus deauratis.

Habi-

Habitat in *Ulmi* foliis citissime currit & aufugit.

DESCR. Differt a reliquis cicadis, quod compressa sit, magis currens quam saltans.

645. CICADA flava; alis albis apicibus membranaceis.

Frisch, germ. 11. p. 13. t. 20. Pulex foliorum.

Habitat in foliis *Rosæ*.

DESCR. semicylindræa alba, abdomine flavescente, alis albis apicibus aqueis, non deauratis, hinc diversa a præcedenti, alias simillima.

Cimex.

* *Cimices subrotundi.*

646. CIMEX apterus.

Mouff, lat. p. 269. f. superiores. Cimex domesticus.

Matth. diasc. p. 257. t. 257. Cimices.

Merr, pin. p. 202. Cimex lectularius.

Bonan, microsc. t. 65.

Raj. inf. p. 7. Cimex.

Charl. exerc. p. 52. Cimex.

Aldr. inf. p. 534. Cimex.

Fonst. inf. p. 89. Cimex.

Suecis Wagglus.

Habitat in domibus.

OBS. Alatam non vidimus; sunt qui ferunt Cimicem certo anni tempore evadere alatam, quod non repugnat ipsius structuræ; hanc si qui observent, eam describant.

647. CIMEX rostro arcuato, antennis apice capillaceis, corpore oblongo nigro.

Frisch, germ. 10. p. 22. t. 20. Cimex stercorarius major oblongus.

Raj. inf. p. 56. n. 3. Musca cimiciformis 3:ia graviter olens.

List. loqu. p. 397. n. 38. Cimex maximus pullus f. atratus, alis nudis ex toto membranaceis, an?

Habitat *Holmiæ*, ubi in domo aliqua capta fuit Larva a Commissario *Carolo Clerck*, sed non mutabatur in volatile, hinc de specie parum certus sum. *D. de Geer*, ad quem hoc animal misi, quique illud diu aluit, cum *Frischii* idem esse assererat; cum *Frischio* *Raji* species eadem.

DESCR.

DESCR. LARVA erat visu horrenda Araneum vel Phalangium referens, tota hirsuta, lacera, cinerea, arenam vel potius terram siccam mentiens. Caput & antenna ut in reliquis erant, & nuda: proboscidem sub capite habebat incurvatam, arcuatam. antennæ setaceæ, nudæ, infimo articulo villosa, articulis tribus nudis. Pedes sex, postici longissimi, clavati, versus ungues omnes pedes crassi: miro modo curvatur, nec pares pedes simul movet sub incessu, sed diversissimos, hinc incessus admodum monstruosus. Tota spurcitiæ oblecta, eamque facile deponit, quam primum penna abstergitur, unde apparet non proprios esse crines, sed mutuos & undique corpori impositos, ne a quoquam observetur. *visitat* raptu, edit muscas & alia insecta.

648. CIMEX subrotundus viridis; margine undique flavo.

Raj. inf. p. 53. n. 1.

Habitat ruri passim.

DESCR. Corpus subrotundum. Antennæ articulis quinque, oblongis, viridibus, infimo minimo. Caput, thorax, scutellum, elytra viridia, scabruicula; apex scutelli flavus. Alæ superiores albidiores, inferiores magis fuscæ. Venter totus subtrus viridis, a dorso vero niger. Rostrum articulis quatuor, infimo adnato. Lingua setacea rostro longitudinaliter immerita: mandibula superior brevissima, subulata, linguam deprimens. Est maximus inter nostrates. *dorsum* sub alis non rubrum, sed atrum.

649. CIMEX nigricans; abdomine plano: margine imbricatim secto.

Habitat in truncis exaridis sylvarum vastissimarum.

DESCR. Magnitudine Lectulario major. tota plana, exsucca, subtrus nigra. abdominis margo utrinque sex laciniis obtusis colore testæ testudinis. Corpus & thorax fordida: antennæ trium articulorum. alæ elytraque cinerea.

650. CIMEX griseus: abdominis margine nigro maculato.

Raj. inf. p. 54. n. 2. Cimex sylvestris, corpore breviori, fuscus, scapulis magis exstantibus, macula e flavo rubente in centro crucis dorsalis. (alius Willughbæi.)

Jonst. inf. t. 17. f. 9.

List. mut. t. 31. f. 19. (non figura 16.)

loqu. p. 396. n. 36. Cimex ex luteo virescente infuscatus, corniculis maculatis similiter ad alvi margines nigris maculis eleganter interstinctus.

Succis Bârsis.

Habitat communiter in baccis autumnò, quas fœdo inquinat odore; pueris invisus.

DESCR. Thorax non prominet utrinque in acumen laterale, uti in specie exotica.

651. CIMEX griseus ovatus, thorace utrinque obtuse angulato, pedibus rubris.

Habitat circa Fahlunam, Aboam & alibi rarius.

DESCR. inter maximos est. *Antennæ* nigrae versus basin rubrae. *Dorsum* totum griseum, *Thorax* angulo utrinque obruso elevato cornutus. *Scuti* apex ruber. *Abdominis* margo acutus nigro tubroque varius. *pedes* rufi.

652. CIMEX griseus ovatus, thorace utrinque acuminato angulato, antennis rufis.

Habitat Fahlunæ.

DESCR. *Corpus* griseum undique. *Scuti* apex lunari-pallidus. *liturae* coccinae subtus in thorace. *Antennæ* pallide rubrae; *Pedes* corpori concolores. Præcedenti similis facie & magnitudine.

653. CIMEX rubra; alis fuscis.

Habitat in Urtica & aliis plantis.

DESCR. Cimicis domestici magnitudo. *totus* ruber, absque ulla notabili nigra macula. *Elytra* puncto sive macula atrò-purpurea in medio. *Ala* fusca. *Abdomen* sub elytris nigricans. *lineola* transversa albida in medio elytrorum juxta marginem exteriorem.

654. CIMEX ovatus cærulescenti - æneus, thorace lineola, scutelli apice, elytris puncto albo rubro.

<p><i>Raj. inf. p. 59. n. 6.</i> Cimex sylvestris cærulescens paulo reliquis minor & magis depressus.</p>	<p><i>Raj. inf. 54. n. 9.</i> Cimex sylvestris cærulescens paulo reliquis minor & magis depressus, area scapularum rubra.</p>
---	---

Sloan. hist. 2. p. 203. t. 237. f. 36. 37. Cimex minor cæruleus, lineis albis varius, testudinis forma.

Habitat in plantis majoribus.

DESCR. *Dorsum* totum cærulescens æneo nitens cum capite, thorace, elytris. thoracis linea in medio doti longitudinalis versus elytra deficiens lineola transversa. *Scutelli* apex ut & macula e regione in singulo elytro solitaria colorata, ut & punctum parvum ad latus scutelli utrinque, margo denique lateralis corporis, his color vel albidus vel ruber. *Pedes* & *antennæ* nigrae. *corpus* subtus nigro-cærulescens. *Variat* maculis albis & rubris, tamen eadem species ex figura & copula patuit; *Mas* scilicet maculis albis, *femina* vero rubris nitet.

655. CIMEX ovatus niger; elytris nigro alboque variegatis, alis albis.

Pet.

Pet. gaz. p. 22. t. 14. f. 7. Cimex niger nostras albo maculatus.

List. loqu. p. 396. n. 37. Cimex niger maculis candidis notatus.

Raj. inf. p. 54. n. 5. Cimex sylvestris parvus, corpore rotundiore, colore nigro splendente, maculis albis picto.

Habitat cum præcedenti in plantis.

DESCR. Magnitudo & figura antecedentis; totus a dorso niger; *Elytra* nigra, macula ad marginem anteriorem alba lanulari juxta basin, & alia macula alba juxta apicem ad marginem; atrice ad marginem thoracis utrinque alba macula.

656. CIMEX ovatus, antice attenuatus, cinereo-exalbidus; antennis incarnatis.

List. mut. t. 37. f. 20.

Raj. inf. p. 56. n. 6. Musca cimiciformis sexta Willughby.

Habitat Upsalia.

DESCR. Ovatus est, sed thorax cum acumine admodum attenuatus, apice seu fronte tamen obrufus. *Caput*, *Thorax*, scutellum cinereo-exalbida, punctis minutissimis nigricantibus adspersa; a thorace per caput duæ fasciæ subfusca, longitudinales, versus frontem tendentes. *Antennæ* incarnatæ aut rufescentes.

657. CIMEX ovatus griseus; alis nebulosis, abdominis lateribus albo nigroque variis.

Habitat frequens in Uplandia.

DESCR. Species est inter mediocres. totus superne griseus est & punctis profundis adpersus. *scutellum* versus basin magis fuscum. *Alæ* fusco-nebulosæ. *Antennæ* fere clavata, fusco-nigricantes, articulis quinque. *dorsum* nigrum sub alis, margine colore albo, dentatum, nigro colore interjectum.

658. CIMEX ovatus griseus; alis albidis, abdominis lateribus rubro nigroque variis.

Act. upf. 1736. p. 35. n. 4. Cimex subrotundus griseus.

Habitat rarius ruri.

DESCR. Magnitudine, facie & colore cum superiore convenit, sed omnibus partibus pallidior est. *Scutellum* ad basin magis fuscum, & superficies exterior punctis excavatis impressa, ut in præcedenti. *Alæ* albæ, diaphanæ. *Color* dorfi sub alis ruber, (quo manifeste a præcedenti differt, qui niger & viridis) versus basin nigra lata macula, verius anum lineis transversis nigris, præsertim ad abdominis latera.

659. CIMEX ovatus; elytris lividis: apice fuscis.

Habitat in Scania. *D. Leche.*

DESCR. Magnitudo pulicis. *Antennæ pedesque* flavescentes. *corpus* nigrum. *Elytra* livida, apice fusca. *Alæ* aqueæ.

660. CIMEX ovatus planus cinereo - nebulosus; scuto lineis tribus elevatis, antennis apice nigris.

Habitat in *Cardui* capitulis.

DESCR. parva est, depresso-plana, oblongo-ovata; *Caput* parvum cinereum. *Antennæ* 3bus articulis, pallidæ extimo articulo ovato nigro, *thorax* cordatus, acuminatus, marginatus, costis tribus elevatis acutis longitudinalibus. *Alæ* s. coleoptera cinereo-nebulosa cruce elevata & linea utrinque elevata. *Abdomen* subtus & femora nigricantia, *tibiæ* pallidæ. *Sternum* nigrum angustum cinctum linea albida & apice rotundatum albo margine. *LARVA* cinerea antennarum apicibus nigris.

661. CIMEX rotundo-ovatus, nigro rubroque variegatus, capite alisque nigris.

Habitat potissimum in Suecia australi.

DESCR. Est inter latissimos & maximos hic Cimex. *Caput & Thorax* a tergo ruber, maculis duabus magnis bifidis dehiscensibus capite contiguous. *Scutellum* nigrum macula oblonga versus thoracem bifurca, versus apicem capitata. *Elytra* rubra punctis duobus nigris, altero intra apicem, altero intra marginem medium exteriorem; macula nigra, oblonga secundum marginem interiorem ampliata inter duo puncta. *Alæ & pedes* nigri. *abdominis* margo a dorso rubro nigroque variegatus.

* *Cimices oblongi.*

662. CIMEX oblongus rufus immaculatus, thorace utrinque angulato.

Act. upf. 1736. p. 35. n. 1. Cimex alis testaceis, abdomine rubro.

Habitat *Fahlunæ*. *D. Claud. Sohlberg.*

DESCR. Inter maximas nostrates hujus generis hæc est. *Corpus* totum rubrum, non nitidum. *Thorax* rhombæus angulis alas spectantibus truncatis, rectis.

663. CIMEX oblongus viridis; scutello macula cordata flava, elytris duplici macula nigra.

Habitat in Sylvis. *P. Kalm.*

DESCR. Facies duorum præcedentium. *Caput* nigrum nuca flavescente. *thorax* flavus margine antico & postico nigro. *Scutellum* cordatum flavum cinctum nigredine baseos elytrorum. *Elytra* viridi-flavescencia apicibus nigris, & macula utrinque in medio crucis nigra. *Alæ* albescens. *Abdomen* viride, lateribus & linea longitudinali nigra.

664. CIMEX oblongus rubro nigroque variegatus; alis fuscis, maculis albis. *It.*

It. oel. 155. *Cimex oblongus rubro nigroque variegatus* &c.

Habitat in *Oelandia* super herbas, rarior in *Uplandia*.

DESCR. Similis est sequenti in *Hyoscyamo*, sed duplo major. *Corpus* supra rubrum. *Caput* in medio rubrum utrinque nigrum; *thorax* ruber antice & pone niger. *Scutellum* medio nigrum, lateribus rubrum, nigredine aucta macula cordata nigra versus scutelli apicem. *fascia* nigra, inæqualis, transversa coleopterorum in medio. *alæ* fuscæ, maculis albis. *Thorax* subtus niger. *abdomen* rubrum, ad latera quinque utrinque punctis, duplici ordine, nigris, & subtus utrinque tribus lineolis nigris notatum. Anus, antennæ, pedes nigra. *antennæ* quatuor articulis.

665. *CIMEX oblongus rubro nigroque variegatus, alis fuscis immaculatis.*

Bauh. ballon. p. 212. f. 4. *Scarabæus* parvus.

Pet. gaz. t. 62. f. 2. *Cimex hyoscyamoides* ruber, maculis nigris.

List. mut. t. 31. f. 21.

loqu. p. 397. n. 39. *Cimex miniatus nigris* maculis notatus *Hyoscyamo* fere gaudens.

Raj. inf. p. 55. *Cimex sylvestris* minor, corpore oblongo, angusto, colore desuper rubro nigris maculis picto.

Habitat in foliis *Hyoscyami* 184.

DESCR. *Caput* nigrum, in medio rubrum. *Thorax* ruber, ante niger, pone duabus nigris angulatis maculis. *Elytra* rubra: macula nigra in medio elytri sive duæ in medio dorsi. *Scutellum* nigrum apice rubro: regio abdominis sub scutello nigra; *abdomen* rubrum, supra anum nigrum, subtus lineis nigris transversis. *Alæ* fuscæ sive nigræ, striatæ, absque maculis ullis albis. *antennæ pedesque* nigri. *Kosirum* articulis quatuor.

666. *CIMEX griseus; scutello macula cordata flava, elytris apice puncto fusco.*

Habitat in pratis.

DESCR. Dilute testaceus. *scutellum* tegit macula cordata flava. *Elytra* grisea, apice puncto minimo fusco. *Alæ* albæ. his notis cerro dignoscitur.

667. *CIMEX oblongus - viridis; scutello macula cordata viridi, elytris macula ferruginea.*

Habitat in hortis & pratis apud nos frequentissimus.

DESCR. Præcedenti minor & magis oblongus; versus posteriora elytrorum macula magna fusco-ferruginea. *pedes* virides; *antennæ* fuscæ 4 articulis; nullum punctum in apice elytrorum. *Caput* & *thorax* fusca. *abdomen* viride, a tergo lineis 7 vel 8 fuscis transversis, & totidem maculis fu-

fuscis utrinque subeas juxta marginem. Hic & præcedens macula scutelli cordata a reliquis facile distinguitur.

668. CIMEX oblongus griseus immaculatus, antennis fetaceis.

Habitat in sylvis.

DESCR. A tergo nullis punctis manifestis excavatus: *antennæ* minime clavatae, sed fetacæ. *pedes* pallidi.

669. CIMEX oblongus totus albo fuscoque nebulosus
Habitat in nemoribus, præsertim in truncis *Populi tremule* 819.

DESCR. Oblongus magis quam reliqui. Caput, thorax, elytra, alæ, femora, antennæ fusco & albido mixto nebulosa sive irrotata sunt. *Antennæ* longitudine corporis, fetacæ. *Pedes* longi albo nigroque nebulosi; *Alæ* depressæ, non verò compressæ.

670. CIMEX oblongus supra rubiginosus, elytrorum striis sanguineis, alis pone albo fuscoque variis.
Habitat in Scania. *D. Leche.*

DESCR. Magnitudo media. corpus oblongum. Caput & Thorax supra rufa. *Alæ* pallide rufescentes striis seu venis longitudinalibus sanguineis; pone crucem alæ fuscæ albis maculis. *Antennæ* fetacæ longitudine fere corporis. *scutellum* non cordatum.

671. CIMEX oblongus niger; pedibus rufis, alis elytrisque albo fuscoque variis.

Habitat in sylvis.

DESCR. Caput, thorax & abdomen nigra. *pedes* rubicundi seu incarnati. *Antennæ* superne minime attenuatæ, nigrae, inferne rufescentes. *Elytra* quasi deusta seu versus basin alba, versus apicem fusca, in medio macula obscura fusca. *Alæ* fusco & albo variegatæ. Sequenti longe minor, alias colore quodammodo similis.

672. CIMEX elytris maculato-fulvis, pedibus rufis: femoribus anticis crassioribus dentatis.

Act. ups. 1736. p. 36. n. 10. Cimex oblongiusculus, alis flavo fulvoque variis.

Habitat in *Abietibus*.

DESCR. *Antennæ* filiformes, nigrae, articulis 4: infimo brevissimo. Caput nigrum, acuminatum. thorax niger, pone rufus, nigredine triplici dente separata. *Scutum* nigrum. *Elytra* pallida, lateribus fulvis; versus crucem nigricante macula oblonga. *Pedes* omnes rufi. femora antica crassissima deorsum dentata. abdomen ferrugineum.

673. CIMEX oblongus niger; elytris albo maculatis.

○

Act.

Act. upf. 1736. p. 36. n. 13. *Cimex oblongiusculus fuscus*, alis nigricantibus puncto albo.

Habitat in sylvis.

DESCR. Totus niger. pedes pallidi. puncta majora & minora sparsa supra elytra, quorum posteriora majora, ut obiter intuenti duo tantum conspiciantur alba puncta.

674. *CIMEX* oblongus ater, elytris griseo-fuscis: macula rhombea nigra.

Act. upf. 1736. p. 36. n. 11. *Cimex oblongiusculus ater*, alis fuscis macula rhomboidali nigra.

Habitat in *Pinu* frequens.

DESCR. Totus ater, uti pedes, antennæ, caput, thorax, scutellum, abdomen, alæ. *Elytra* griseo-fusca, in quorum medio juxta centrum crucis macula rhombea figura atra, in singulo elythro singula.

675. *CIMEX* oblongus niger; pedibus antennisque flavis. Habitat in *Corylo* præsertim, cursitans per folia.

DESCR. Corpus, caput, thorax, scutellum, abdomen, elytra, alæ nigra, immaculata; sed alæ parum nitent ad cæruleum in quibusdam. At artus pallide flavi uti rostrum. Antennæ, pedes, antennæ setaceæ sunt.

676. *CIMEX* oblongus niger; elytris lineolis minutissimis fulcatis: alis pone flavo maculatis. *It. æl.*

121.

Raj. inf. p. 57. n. 2. *Cimex brevis* & fere rotundus nigricans.

Habitat ad ripas & littora maris, lacuum & fluviorum.

DESCR. Ab omnibus mihi notis differt, quod saliat fere ut Cicada, licet non tam alte. Totus ater est, maculis obscure flavis in alis supra caudam & nigris rugis in ipsis alis. Antennæ filiformes, 4 articulis. Fœter.

677. *CIMEX* oblongus ater, antennis seta terminatis. Habitat in pratis.

DESCR. Differt a precedenti seu riparia, quod major & immaculata, quod in sicco vivat nec faltet, quod antennæ clavatæ terminentur seta tenuissima exalbida.

678. *CIMEX* oblongus niger, elytris cinereis: antice nigris, alis pone albis. *It. æl.* 121.

Habitat in Arena.

DESCR. Totum corpus nigrum. *Elytrorum* crux antice nigra, pone alba, lateribus cinerea punctis minutissimis nigris.

679.

679. CIMEX oblongus exalbidus: lateribus albis.
Aët. upf. 1736. p. 35. n. 9. Cimex oblongus albus.
 Habitat in pascuis.
DESCR. Maxime oblongus est; totus exalbidus seu virescenti exalbidus, uti antennæ, elytra, thorax, caput, alæ, pedes. *Elytra* striata sunt & ad latera albidiora. *Antennæ* setaceæ; articulis tribus. *Variat* hic Cimex linea nigricante pone oculos utrinque per thoracem ducta & absque hac.
680. CIMEX oblongus niger, elytris luteo fuscoque variis, pedibus rubris. *De Geer.*
 Habitat in foliis *Ulm*i 219.
DESCR. Facies præcedentis; *antennarum* extremus articulus basi albus.
681. CIMEX oblongus pallido-fuscus, antennis nigris, linea dorsali thoracis alba.
Aët. upf. 1736. p. 35. n. 8. Cimex oblongus, alis cinereis margine albis, scapulis nigris linea alba.
 Habitat Ruri.
DESCR. *Antennæ* setaceæ, nigrae. *Caput* nigrum; ante oculos lineola nigra, & alia in medio frontis alba. *thorax* a tergo niger, ad latera albidus; linea dorsalis longitudinalis alba; *scutellum* nigrum, linea longitudinali alba. *Elytra* quasi deusta vel subfusca margine exteriori albidæ; longiora dein in hac specie sunt elytra, quam in reliquis.
682. CIMEX oblongus nigricans, elytris albis, antennis lividis: infimo articulo nigro.
 Habitat in plantis.
DESCR. Abdomen & corpus totum nigrum. *Thorax* utrinque albidus, & præterea tribus lineis albis longitudinalibus; *Antennæ* lividæ, 4 articulis setaceæ, infimo articulo nigro. *Rostrum* albidum. *Pedes* lividi, *Alæ* inferiores albo cæruleo nitidæ, superiores fusca margine coleoptiformi albo.
683. CIMEX linearis, pedibus quatuor, antennisque longissimis albo fuscoque variis.
Frisch. germ. 7. p. 11. t. 6. Cimex arborum oblongus alarum signatura alba.
 Habitat in arboribus Scaniae. *D. Leche.*
DESCR. Magnitudo culicis vulgaris. Alæ, pedes, antennæ albæ & fusco confertim variegata; *Antennæ* corpore longiores, setaceæ. *pedes* primores multoties breviores reliquis.
684. CIMEX linearis: supra niger; pedibus anticis brevissimis. *It. gotl. 182.*
Bradl. natur. t. 26. f. 2. D.

Baub. ballon. p. 213. f. 1. Insectum Tipula dictum.
List. mut. t. 5. f. 4.

Raj. inf. p. 57. n. 1. Cimex aquaticus figuræ longioris.
Smolandis Braxen-Mygg.

Habitat in *Aquis* quietis, cursitans supra aquas;
 Propolides, quæ alis carent, sæpe copula con-
 junctæ observantur.

DESCR. Venter totus subtrus albus, ante spectatus, apparet, pone spectatus niger. *Elytra* & alæ superiores atræ; inferiores albæ absconditæ.

685. CIMEX linearis nigricans compressus, pedibus anticis brevissimis.

Pet. gaz. 15. t. 9. f. 12. Tipula londinensis angustissima.

Habitat in *Aquis*.

DESCR. Præcedenti simillima, sed multoties minor & angustior.

686. CIMEX linearis exalbidus, pedibus omnibus longissimis, femoribus clavatis.

Aët. upf. 1736. p. 36. n. 15. Cimex linearis teretiusculus albus, genibus crassis.

Frisch. germ. 7. p. 28. t. 20. Cimex arboreus culiciformis.

Habitat præsertim in *Smolandia* ad Stenbrohult.

DESCR. Corpore lineari a plerisque differt: *pedes* setacei, corpore longiores: *femora* versus *genua* clavata.

687. CIMEX antennis clavatis, elytris thoracisque margine reticulato punctatis.

Habitat in *Uplandia*. *De Geer. in Scania, D. Leche.*

DESCR. Magnitudo pulicis, fuscus, ovatus: *Alæ* & margo thoracis punctis diaphanis reticulatis, vasis fuscis, cum maculis sparsis nigricantibus: *margo elytrorum* punctis quasi dentatus.

OBS. Cum species hujus generis plurimæ aliis insectis victitent, inquirendum judico num ne ex hac gente reperiantur species, quæ, in domos introductæ, cinices lectularios eradicare queant, & quænam horum potissimum hoc præsent.

Notonecta.

688. NOTONECTA grisea; elytris griseis margine fusco punctatis.

Bradl. natur. t. 26. f. 2. E.

Hoffn.

Hoffn. inf. t. 12. f. 19.

Pet. gaz. t. 72. f. 6. Notonec̄ta vulgaris nigro pallidoque mixta.

Frisch. germ. 6. p. 28. t. 13. Cimex aquaticus angustior.

Habitat in Lacubus ; inter nostrates in hoc genere maxima.

DESCR. Caput obtusum, flavum. oculi brunnei. Thorax magnus, flavus, pellucidus. Scutellum atrum, holosericeum. Elytra flava, latere nigro punctata. Alæ inferiores albæ, pellucidæ, rectæ. pedes anteriores breviores; intermedii longiores; postici longissimi, natatorii. rostrum acutum, subulatum. antennæ parvæ sub capite, duplici articulo tantum constantes. venter niger subtus hirsutus est.

689. NOTONECTA elytris pallidis lineolis transversis undulatis striata.

Pet. gaz. t. 72. f. 7. Notonec̄ta vulgaris compressa fusca

Habitat in Aquis, præcedenti multoties minor, fœtens.

DESCR. Hæc oblonga, depressa; frons & pedes flavi. Thorax & elytra fusca lineolis transversis undulatis parallelis numerosissimis flavescenti-pallidis. Corpus subtus flavescens. oculi nigricantes.

690. NOTONECTA arenulæ magnitudine.

Act. upf. 1736. p. 37. n. 3. Notonec̄ta cinerea vix conspicua.

Habitat in scaturiginibus & fontibus.

DESCR. Magnitudo minimæ arenulæ: alis & elytris, ni fallor, caruit. pedes posteriores longiores, primum par minimum; depressa est, dorso fusco velut transverse striata.

Nepa.

691. NEPA abdominis margine integro.

Mouff. lat. p. 321. Scorpio palustris.

Bauh. ballon. p. 212. f. 2. Araneus aquaticus.

Hoffn. inf. t. 11. f. 2. edit alt. 3. t. 4.

Jonst. inf. t. 27. f. 1. 2. Scorpiones aquatici Mouff. t. 23. f. ad verb. stello. figura bona.

Bradl. natur. t. 26. f. 2. C.

Pet. gaz. t. 74. f. 4. Scorpio vulgaris aquaticus.

Raj. inf. 58. Scorpio palustris ad cimices referendus.

Swamm. bibl. t. 3. f. 4.

Habitat in fluviis, stagnis, paludibus, loco limoso, præsertim in fluvio Sahla Upsaliæ.

692. NEPA abdominis margine ferrato. *De Geer.*

Frisch, germ. 6. p. 31. t. 14. Cimex aquaticus latior.
Habitat in Aquis.

DESCR. Longe minor; facies Cimicis aut Notonectæ; dorso convexo absque aculeo caudæ. color fuscus.

Chermes.

693. CHERMES graminis.

Habitat *Fabulæ* in pratis.

DESCR. Magnitudo Cicadæ & ejusdem faciei, ut primo intuitu Cicadæ species saluteretur. *Antennæ* albicant apicibus nigris. *Alæ* quatuor non in cruce complicatæ, sed deflexæ, ut in phalena. *Abdomen* nigricans incisuris marginæ albis. *Pedes* albi, non saltatrices. *Caput* obrutissimum, una cum thorace griseum, lineolis albis pictum. *Alæ* aqueæ, venis fuscis; variis anastomosibus.

694. CHERMES Ulmi.

Habitat intra revoluta folia *Ulmi* 219 cum Aphidibus ejusdem.

DESCR. Larva subrotunda, cinerea punctis elevatis nigris, obsæta lanugine alba copiosa.

695. CHERMES Ceraatii.

Habitat in *Ceraasio* 379 monstroso foliis ventricoso inflexis in capitulum.

696. CHERMES Aceris.

Habitat in ramis & pedunculis *Aceris* 303 nostratis.

DESCR. Est inter hujus generis minores, vix pediculum majorem magnitudine superans. *Totum* a tergo e flavo virens subtus dilute virescens. *cap.* apice subulato, dilute viridi fuscescente. *Oculi* etiam dilute flavescentes.

697. CHERMES Betulæ.

Habitat in *Betula* 776, succo viridi tinctorio plenum.

DESCR. *Abdomen* incarnatum linea transversa lara nigra in singula incisura solitaria, scilicet 5 in tergo, 3 in ventre. *Pectus* pallidum, ut & caput. *Antennæ* sericæ: *Cauda* acuta: *Alæ* 4 pellucidæ, nitidæ. Succus viridis tinctorius intra corpus.

698. CHERMES Alni.

Act. upf. 1736. p. 36. n. 27. Cimex cauda plumosa corpus tegente,

Frisch.

Frisch. germ. 8. p. 28. t. 13. Vermis fuctorius alni.

Habitat in *Alno* 775, cujus ramos vere operiunt & quasi lana vestiunt pupulæ.

DESCR. Insectum album, acuminatum. *Oculi* laterales, prominuli. *Pedes* sex, quorum duo posteriora paria propiora. *Cauda* acuminata, bifurca, supra hanc quasi stylus prominulus. *Antennæ* variegatæ. *os* apice nigro, stum in ipso ventre inter primum & secundum par pedum. *Alæ* quatuor albæ venis fuscis. salit.

LARVA magnitudine pediculi, corpore planiusculo, viridi-maculato, ventre obtuso, postice elevato, versus caudam nigro. *Antennæ* albæ, superne nigre, tenues, rectæ. *Elytrorum* rudimenta. *Cauda* villis multis, reflexis, diaphanis, retroflexis, corpus tegentibus, albis. *vesicula* sive guttula intra lanam e cauda egressa sæpe observatur. *oculi* rubri. Sedent plures in ramis alni proximæ, capite deorsum, spectantes, ut alterius cauda proximam ex parte tegat.

699. CHERMES Pini.

Habitat in ramis *Pini* 788, ipsis ramis immutatis, lanæ instar insidens.

DESCR. Corpus fuscum, totum supra tectum lana alba (non e cauda egressa), quæ quasi ex turundis crassiusculis componitur: magnitudo *Cimicis* lectularii, pedibus sex lente repens: denudatum corpus a lana totum fuscum, facie larvæ *Coccionellæ*: *lana* infidet toto dorso, abdomen subtus & totum corpus subtus glabrum. *Rostrum* non inflexum est versus pectus.

700. CHERMES Abietis. *It. gotl.* 180.

Frisch. germ. 12. p. 10. t. 2. f. 3. Insectum tuberculi muricati arboris Taxi.

Flor. lapp. p. 218. n. 347. E.

Clus. pannon. p. 20. 21. *Picea* pumila.

Hoffman. fl. altd. 1. *Picea* pumila.

Habitat in *Abietis* 789 turionibus, quæ fiunt in summatibus ramorum monstrofe imbricatis, dilatatis ad basin foliolis, longitudine brevioribus etiam factis, apud nos in *Abiete* frequens, similis frago viridi.

DESCR. Corpus *Abietis* in ipsis ramorum extremitatibus fragiforme, habet extus supra se & inter squamas foliaceas imbricatas, in sinu squamarum, plurima animalcula parva, e quorum ano quasi lana prominet. Juxta basin hujus corpusculi s. fragi observatur lana major in copia, in qua mater minorum, quæ caussat fragum. Mutatur in volatile: *alis* 4, aqueis; corpore pallide flavescente; *oculis* fuscis, & minimo puncto nigricante inter oculos. *Antennæ* setaceæ. *Alas* gerit uti *Chermes Alni*. *os* obtusum, inflexum, uti *Grylli*,

701. CHERMES Salicis.

Habitat in *Salice* varia.

O 4

DESCR.

DESCR. Hæc alba est. *Abdomen* supra maculis obsoletis. *Thorax* linea transversa nigra. *antennæ* infra medium albæ, extra medium nigrae.

702. CHERMES Urticæ.

Reaum. inf. 3. t. 29. f. 20, 22. 13.

Habitat in *Urtica* majore 774.

DESCR. Hæc fusca lateribus pedibusque albidis. *cauda* reflexa. *antennæ* nigrae versus basin albæ. *oculi* flavescentes.

LARVA, monstrosa, facies pediculi, depressa, ventre ciliato.

703. CHERMES Fraxini. *De Geer*.

Habitat in *Fraxino* 830.

DESCR. Alis thoraceque nigro maculatis.

Aphis.

704. APHIS Ribis.

Leuvenb. arcan. epist. 90. p. 545. t. 548. f. 1. 2. 3.

Aelbescen-luyfen.

Jung. verm. p. 163. 164. Ventriones ribiani f. Mel-lomyjæ.

Blauk. belg. p. 164. t. 14. f. D. E. Pediculus ribis viridis.

Frisch. germ. 11. p. 9. t. 14. Pediculus arboreus fusco-viridis in Ribe.

Reaum. gall. 3. t. 22. f. 7. 8. 9. 10.

Habitat sub foliis *Ribes* 197, quæ inde puculas rubicundas obtinent.

DESCR. Magnitudo pediculi. *Corpus* incumbens. *pedum* viridum genicula dorso altiora, fusca. *antennæ* corpore longiores, tenues, rectæ, juxta caput geniculo reflexæ, nigrae. *Corpus* fusco-virens. *pectus* a tergo nigricans. Lineæ tres transversæ supra clunes, fere contiguæ; latera abdominis nigris punctis. *Alæ* quatuor, erectæ, compressæ, albæ, venis nigris, quarum duæ minimæ. *Podex* prominens: *appendices* setacæ, alis breviores.

705. APHIS Ulmi. *De Geer*.

Reaum. gall. 3. t. 25. f. 4. 5. 6. 7.

Habitat in foliis *Ulmi* 219 vesiculas & foliorum convolutiones caussans.

DESCR. Minores subvirescentes; Majores corpore cylindrico ferrugineo alba lanugine adperso, abdomine 6 l. 7 articulis: *Appendiculis* obsoletis. ex ano vesicula.

706. APHIS Pastinacæ.

Habitat in *Pastinacæ*.

DESCR.

DESCR. Corpus viride. Caput, antennæ, gibbus thoracis, pedum extremitates nigra. alæ albæ: appendiculi ad latera ventris mobiles.

707. APHIS Sambuci.

Frisch. germ. 11. p. 14. t. 18.

Reaum. gall. 3. t. 21. f. 5-15.

List. loqu. p. 397. n. 40. Cimex exiguus cæsius, cui alæ ex toto membranaceæ prægrandes.

Habitat in Sambuci 250 petiolis.

708. APHIS Rumicis.

Habitat in Rumicibus 293. 295.

DESCR. Corpus nigro-æneum. Antennæ nigrae vel albæ apicibus nigris, pedes albi geniculis nigris. Cauda acuminato-cornuta. Alarum basæ yrescens; appendiculi atrii, filiformes, longitudine caudæ.

709. APHIS Aceris.

Habitat sub foliis Aceris 303.

DESCR. Corpus latius. Cornua postica (s. appendiculi) vix ulla, eaque obtusissima. dorsum abdominis supra verrucis adpersum, parte tectum macula fusca cordata, antice bifida. Caput & thorax in medio nigra, antennæ apice setosæ.

710. APHIS Rosæ.

Habitat in ramis Rosarum 406. 407.

DESCR. Cornua longitudine fere abdominis, nigra. Corpus viride vel incarnatum. antennæ nigrae longitudine abdominis. genicula pedum virid-nigra.

711. APHIS plantarum aquaticarum. De Geer.

Habitat in Nymphæis 426. 427. & Potamogetane 139 mense Augusto.

712. APHIS Tiliæ.

Frisch. germ. 11. p. 13. t. 17. Pediculus arboreus in Tilia.

Habitat in Tilia 432.

DESCR. Corpus oblongum. Ordines quatuor longitudinales punctorum atrorum a tergo abdominis. thoracis linea lateralis utrinque nigra. Alæ ascendentes, compressæ; majores inferiori margine nigra, superiore margine maculata leu exteriori margine linea nigra superne septem maculis nigris. antennæ & pedes alternatim albo nigroque variegati.

713. APHIS Serratulæ.

It. æl. jun. 12.

Habitat in Serratula 660.

05

DESCR.

218 INSECTA. HEMIPTERA.

DESCR. *Corpus* fuscum: punctorum elevatorum ordinibus sex in dorso. Alarum rudimenta, appendiculi, pedes, antennæ nigra. femora versus basin alba.

714. APHIS Cardui.

Habitat in *Cardui* 655 & *Serratula* 662 caulibus.

DESCR. Tota æneo-nigra nitida, sed pedibus antennisque nigris basi albidis, appendiculi abdominis atrii.

715. APHIS Artemisiæ.

Habitat in *Abinthiis* variis.

DESCR. Artus, pedes, appendiculi, antennæ nigra. *Corpus* nigrum, tergo cinereo, cum in medio tergi supra abdomen macula magna fusca. *Lateralis abdominis* etiam parum fusca. *cauda* acumine acuta. Appendiculi erecti.

716. APHIS Centauræ.

Habitat in caulibus *faceæ vulgaris* 709.

DESCR. Tota nigra est absque ulla albedine; tolæ alæ albæ; posteriora abdominis magis fusca ad rubedinem inclinantia: margo crassior alarum lineola lata alba exaratus.

717. APHIS Betulæ.

Habitat in *Betula* 776 rarius.

DESCR. *Corpus* pallide virens: puncta 4 nigricantia in margine singula incisuræ utrinque. minima est: caret alis & appendiculis.

718. APHIS Pini.

Habitat in *Pinu* 788 nostrate.

OBS. Appendiculi brevissimi.

719. APHIS Cucubali.

Habitat in *Cucubalo* dioico 361 frequens.

DESCR. Tota atra, polita, nitida, margine abdomen cingente plicato, abdomine pone obtuso. antennæ & pedes pallidiores.

Coccus.

720. COCCUS radicum purpureus.

Cornar. dioscor. l. 4. c. 39. Granum zschinbitz.

Scalig. exerc. 325. n. 13.

Camer. epit. 691. Polygonum cocciferum,

Baub. pin. 281. Polygonum cocciferum.

Baub. hist. 3. p. 378. Polygonum polonicum cocciferum,

Chabr. sciagr. 454. Polygonum polonicum cocciferum.

Pauli. quadrip. 113. Ova insecti incogniti,

Raj.

Raj. hist. 186. *Polygonum Polonicum cocciferum.*

Tylkowsch. phys. 3. s. 10.

Rzaczyński. polon. 95.

Berniz. misc. N. C. dec. 1. ann. 1. obs. 8.

Rupp. jen. 86. Knawel folio & flore albicante.

Dal. pharm. 84. *Polygonum cocciferum.*

Breyn. comm. physico-technic. 1731. p. 413.

act. lips. 1731. p. 406.

act. angl. 421.

act. physico-med. N. C. vol. 3. app. 5. t. 1. Coe-

cus tinctorius radicum.

prodr. 3. app. 1.

Frisch. germ. 5. p. 6. t. 2. *Cochinella germanica.*

Reaum. gall. 4. mem. 2. p. 1. n. 143. *Progall. infectum grani scarlatini Polonici.*

Habitat apud nos rarius (uti multi me certiozem fecere) circa tempus Johannis, ipse tamen non dum reperi; provenit in *SCLERANTHO calycibus fructus clausis* 349. Plerumque in *Potentilla* foliis digitatis, caule erecto fruticoso. *Gerber.* in *Pimpinella saxifraga* majori altera. *C. B. Scaliger.* in *Hieracio* foliis integerrimis ovatis, caule repente, scapo unifloro 633. *S. Pauli.*

721. COCCUS Phalaridis.

Habitat ad radices *Phalaridis* sativæ in terra prægnante, & quidem copiose, ubi Formicæ rubræ sedulo terram fodiunt & accedunt.

DESCR. Animal magnitudine seminis Cannabis, exalbidum, folis *pedibus* parum incarnatis. *Antennæ* vix corporis $\frac{1}{4}$ partem attingunt. *Rostrum* inflexum. *Anus* retusa, vix villosa. *volatile* non vidi, proin utrum Coccus, Aphis aut Chermes sit, hæreo.

722. COCCUS Hesperidum.

Hire act. gall. 1692. p. 14. t. 14.

Frisch. germ. 12. p. 12.

Reaum. gall. 4. t. 1. f. *omnes.*

Act. upf. 1736. p. 37. n. 9. *Pediculus clypeatus.*

Habitat in *Citro* præsertim, in *Caldariis* sive *Hyber-*

bernaculis vulgatissimus, caules ramosque deturpans lepræ instar.

DESCR. Larva ovalis, depressa, cymbiformis, patellæ instar: postice emarginata, pro lubitu pedes exserens & retrahens.

723. COCCUS Betulæ. *De Geer.*

Habitat in *Betula* 776 vulgari, inque ramorum divaricationibus solitarius.

724. COCCUS Insectorum Coleoptratorum.

Frisch. germ. 4. p. 19. t. 9. Pediculus Scarabæorum canali adfixus.

Habitat in insectis variis Coleoptratis.

DESCR. Corpus ovale, margine acuto, parum convexum, rufescens. Cum partes accurate discernere non licuerit, ex facie huc retuli; inquirant vero alii accuratius in genus, an hujus? an Acari? an Pediculi species? seta quasi semper adfixum est hoc insectum corpori majoris insecti, saepe in copia. an ovum?

725. COCCUS aquaticus. *It. gazl. 181.*

Habitat in fossis & paludibus super *Stratiote*, *Hydrochari*, aliisque plantis aquaticis.

DESCR. Corpus ovale, subtrus planum, supra convexum, fuscum, altera extremitate barbam gelatinosam bifidam albam exserens; prope hanc extremitatem in superiore superficie prominere tuberculum obtusum, alteram versus extremitatem aliud tuberculum acutius. Corpus subdiaphanum, 7 vel 8 infarctum corpusculis subrotundis; eandem perforatur superior superficies poris totidem alternis, per quos exeunt nati. Adfixus sedet foliis, nec inde repit. an hoc insectum quoddam, vel an ovarium alicujus insecti aquatici, certo determinare nequeo; inquirant alii, nec, si erraverim, mihi vitio vertant.

Thrips.

726. THRIPS elytris glaucis, corpore atro.

De Geer. aët. stackb. 1744. p. 3. t. 4. f. 4. Phylapus ater; alis albis.

Habitat in floribus, præsertim luteis *compositis*, uti in *Leontodonte*, *Chrysanthemo*, *Chamomilla*, *Bupthhalmo* etc. autumno frequentissima.

DESCR. Est minimum insectum, utpote pediculo longe minus. hæstravi diu cujus Generis esset, cum nudis oculis vix nisi duas alas, ut in *Tipula* sive *Culice* distinguere potui; ex observatis autem Nobiliss. Domini *De Geer* parviit alas esse quatuor, superiores paulo crassiores; sed pedum stus, scilicet duo ad collum, reliqui ad thoracem, docuit adfinitatem cum *Coleoptris*. Corpus lineare, atrum est. antennæ rectæ, filiformes, atræ, breves, sex articulis. Alæ angustissimæ, rectæ, elytris angustis-

gustissimis, albido griseis, tenuissimis, flexilibus, longitudine fere abdominis, margine, præsertim apice, hirsutis, basi autem pallidioribus: hæc alæ rectæ elytris efficiunt in tergo lineam angustissimam, nudis utrinque relictis abdominis lateribus nigris. Currit celerrime; saltat; variis modis abdomen flectit & vibrat, non facile volitat. Larva coccinea, capite pedibus antennisque nigricantibus, in floribus Chamomillæ frequentissima inter flosculos incedens ac si perfectum esset animalculum.

727. THRIPS elytris albis nigrisque fasciis, corpore atro.

Habitat in floribus, uti præcedens, sed rarior avis.

DESCR. Omnia, ut in præcedenti, sed fasciæ transversæ albæ & nigrae alas distinguunt; Animal totum atrum, præcedenti majus, elytra nigra fasciæ tres nivæ secant, quarum una in apice, altera in medio, tertia versus basin elytrorum.

Charakter Generis: Corpus elongatum, angustum. Clypeus thoracis duplex. Alæ quatuor, abdomine angustiores. Pedes vesica instructi. Carol. De Geer.

728. THRIPS elytris niveis, corpore fusco.

De Geer att. stockb. 1744. p. 6. t. 1. f. 2. Physapus fuscus, alis albicantibus.

Habitat in Junipero. De Geer.

III. NEUROPTERA.

Panorpa.

729. PANORPA.

Aldr. inf. t. 386. f. 8. 9. ♂ 387. f. 5. 6.

Mouff. lat. p. 62. f. 3. 4. Musca scorpiuros I. & IV.

Hoffm. inf. t. 2. f. 14.

Merr. pin. p. 200. Musca scorpiura.

Frisch. germ. 9. p. 29. t. 14. f. 1. Scorpio-musca.

Reaum. gall. n. 4. t. 8. f. 9.

Habitat in pratis.

DESCR. Rostrum in proboscidem durum, corneam, prominens deorsum. Antennæ 30 articulis, setacæ, nigrae: Corpus fuscum: latera corporis flava. Cauda articulata. Chela scorpionis instar, rufescente, bifida. Alæ albæ maculis fasciatis, venis reticulatis. Variat cum chela caudæ & absque ea, quod forte sexus differentia.

Raphidia.

730. RAPHDIA.

Aët. upf. 1736. p. 28. n. 1. Raphidia aculeo recurvo.

Habitat in pratis.

DESCR.

DESCR. Magnitudo & facies proxime ad Panorpam accedit. Caput nigrum, corneum, pone angustum, supra depressum, læve. Thorax angustus, cylindraceus, niger. Antennæ feracæ, albæ, innumeris articulis. Abdomen oblongum, fuscum, lineis transversis albis. Alæ diaphanæ, venis reticulatæ, ut in Libellulis, etiam ad marginem exteriorem punctum oblongum fuscum in quibusdam, uti in Libellulis. Ab ano exferitur macro feraceus, niger, arcuatus, longitudine dimidii abdominis. Variat aculeo armata & eodem distitura, adeoque forte sexu.

Hemerobius.

731. HEMEROBIUS luteo-viridis; alis aqueis: vasis viridibus.

Mouff. lat. p. 62. f. ult. Musca Chrysope.
angl. p. 937.

Grew. mus. p. 156.

Gæd. belg. 2. p. 40. t. 14. Audax, intrepidus.

List. gæd. p. 229. f. 104. Tolmerus.

Mer. europ. 3. p. 49. t. 8. f. in fructu.
gallice. t. 175. 109.

Alb. inf. t. 64.

Pet. mus. p. 4. n. 6. Perla minima merdam olens.

Raj. inf. p. 274. Musca quadrupennis, corpore luteo-viridi, alis peramplis e flavo patiter virentibus.

Reaum. gall. 3. t. 33. f. 2. 5. 6. Leo aphidis.

Mus. petr. 1. p. 717. Musca Chrysope viridis.

Habitat in Hortis frequens.

DESCR. Alæ magnæ, reticulatæ: venis viridibus, pellucidæ, ac si sine solo reticulo constarent. Corpus etiam viride, tactus foetet stercore humano. Ova periolo longo insident. Larva victitat aphidibus.

732. HEMEROBIUS viridi nigroque varius; alis aqueo reticulatis. De Geer.

Reaum. gall. 3. t. 3. f. 14. 15.

Frisch. germ. 4. p. 40. t. 23. Musca foetida auro oculata.

Habitat in arboribus.

733. HEMEROBIUS Formicaleonis,

Reaum. gall. 4. t. 14. f. 18. 19. Formica-leo.
t. 11. f. 8.

6. t. 32. 33. 34. f. 7. Formicaleo.

It. el. 149. 206. Formicaleo.

Oelan-

Oelandis Sandpiller.Habitat in *Arena* sicca, præsertim in *Oelandia*.

DESCR. Larva magnitudine Araneæ cineræ, Abdomen magnis ovatum, papillis hispidis, 5 ordinum, longitudinaliter notatum. thorax angustus. Os forcipe longa ad apicem connivente; singula maxilla tribus dentibus, præter apices, armata, utrinque pilosa. Pedes albicantes, quibus retrograde incedit instar cancri, & abdomine cavitates & arenam fœdit, in qua latebit.

734. HEMEROBIUS alis albis: maculis fuscis sparsis, antennis fusco alboque annulatis.

Habitat in *Lupuletis* passim.

DESCR. Corpus albidum, magnitudine formicæ. Alæ magnæ, albæ, venoso-reticulatæ, maculis parvis, obsolexis fere instar punctorum, temere sparsis. Antennæ setacæ lineolis albis fuscisque monilis instar variegatæ. Pedes albi, oculi cæruleo-ænej. supra abdomen utrinque ordo macularum fuscarum.

735. HEMEROBIUS alis albis: maculis fuscis: pone punctis sex distinctis, antennis fuscis.

Habitat in *Scania* campestri. *D. Leche*.

DESCR. Præcedenti simillimus, sed quadruplo minor. Alæ albæ, reticulatæ & fusco maculatæ, ut in illo, sed pone in singulis alis observantur puncta sex, scilicet singula intra singulam retis maculam. Antennæ non albo & nigro variegatæ ut in illo.

736. HEMEROBIUS niger, thorace abdomineque flavo.

Habitat *Upsaliæ* minus frequens.

DESCR. Magnitudo pediculi. Antenna nigra, setacæ, longitudine corporis. Caput nigrum. Collum angustius, flavum. Thorax nigricans. Abdomen ovatum, teres, octo incisuris profundis cinctum, flavum. Pedes nigricantes. Alæ aqueæ venis obscuris ramosis. facies Aphidis.

Phryganea

737. PHRYGANEA nigra; alis albidis striatis albo maculatis.

Æt. upf. 1736. p. 27. n. 4. Hemerobius alis albis, corpore atro, antennis brevissimis.

Hoffm. inf. 2. t. 12. juxta phalangia. edit. altera t. 2. f. 13.

Habitat præsertim *Upsaliæ* in plateis lutosis.

DESCR. Magnitudo Panorpæ. Alæ corpore longiores, lanceolatæ, obtusiusculæ, albæ, venis fuscis striatæ; venis his vix reticulato-connexis, nisi solum in alis exterioribus duabus aut tribus margini interiori propioribus; duæ exteriores nervi seu extimus vix uno in loco connectitur;

at alæ omnes quatuor, ad marginem exteriorem, versus apicem, linea fusca inter duo exteriora vasa notantur. *Corpus* & pedes nigra. *Abdomen* subtus atrum; juxta anum duæ appendices brevissimæ. *Antennæ* nigrae, seriformes, longitudine corporis. *Thorax* planifuscus, medio convexus.

738. PHRYGANEÆ alis testaceis nervoso striatis, antennis antrorsum porrectis.

Att. upf. 1736. p. 27. n. 2. Hemerobius alis testaceis venoso striatis, antennis longitudine alarum.

Aldr. inf. p. 763. Perlarum forte species.

Habitat in viis lutosis.

DESCR. Facies phalænæ majoris. *Antennæ* antrorsum porrectæ, longitudine corporis. *Alæ* magnæ, latæ, subtectæ sive fusco-testaceæ, venis aliquantulum ramosis striatis, minime autem ullo in puncto reticulatæ. *Corpus* fuscum.

739. PHRYGANEÆ grisea; alis superioribus nebulosis; macula marginali nigra.

Habitat ad Aquas.

DESCR. Mediæ magnitudinis est. *Alæ* incumbentes, pone compressæ; superiores (uti totum corpus) griseæ, fusco obsolete nebulosæ; in quantum medio juxta marginem inferiorcm seu crassiorem nigra macula.

740. PHRYGANEÆ alis cinereo-testaceis: lineolis duabus longitudinalibus nigris albo puncto.

Habitat in Scania. *D. Leche.*

DESCR. *Alæ* testaceo-cinerascentes, lineis in superioribus alis duabus longitudinalibus, eademque serie dispositis, & singulis albo puncto notatis. *Antennæ* longæ, antrorsum porrectæ. Hæc inter nostrates maxima.

741. PHRYGANEÆ alis deflexo-compressis flavescens: macula rhombea laterali alba.

Habitat ad Aquas.

DESCR. *Alæ* magnæ, pellucidæ (quas gerit uti Phalænæ nasutæ) deflexo-compressæ, subluteæ sive griseæ; in medio alæ exterioris macula rhombea albida obliqua & pone hanc alia albida vix notabilis. *Corpus* testaceum, uti antennæ & pedes, supra & pone maculam alatam aliquid fusci. Est hæc inter majusculas sui generis.

742. PHRYGANEÆ alis fuscis; macula duplici laterali flavo.

Habitat ad Aquas.

DESCR. Inter minores, non autem minimas, haberi potest. *Alæ* fuscae in medio alarum macula duplex lunularis flava, altera pone alteram. Animal antrorsum angustatum.

743. PHRYGANEA alis reticulatis; caudâ inermi, thoracis marginibus flavis.

Habitat ad Aquas, ubi sedet tranquilla.

DESCR. Sedet alis deflexis uti Phalæna; vel potius Papilio a Querai folio dicta. Alæ subcinereæ; reticulatæ: venis fuscis maxime reticulatis; præsertim ad marginem anteriorem, qui admodum dilatatus. Corpus totum nigricans. Antennæ corpore dimidio breviores. Cauda simplex, absque stylis prominulis. Or duobus denticulis & quatuor antennulis. Collare antice & postice; non ad latera; flavescens.

744. PHRYGANEA alis venoso-reticulatis; cauda bifeta.

Æt. upf. 1736. p. 27. n. 1. Hemerobius cauda bipili, alis cinereis venoso-reticulatis.

Wagn. helv. p. 227, 228, 229. Musca aquatilis æstiva major.

Habitat ad Aquas, præsertim in Lapponia Umensi.

DESCR. Variat admodum magnitudine. Alæ oblongæ incumbentes, non deflexæ, antrorsum angustatæ, albæ, venis fuscis admodum reticulatæ. Cauda duabus setis antenniformibus, & antennarum longitudine gaudet.

745. PHRYGANEA alis cæruleo-atris; antennis corpore duplo longioribus.

Raj. inf. p. 275. Musca parva quadripennis, antennis omnium, quas unquam vidi; pro corporis magnitudine longissimis.

Æt. upf. 1736. p. 27. Hemerobius alis cæruleo-nigris, antennis corpore longioribus.

Habitat ad Aquas inter arundines & scirpos. Vespertino tempore nebulæ instar saltans in ære.

DESCR. Alæ nigræ seu atræ cum cærulei vel virescentis mixtura, margine dorsali in medio villosæ. Antennæ corpore duplo vel triplo longiores; nigræ. Peder cinereo-nigri. Magnitudo muscæ domesticæ quoad alas.

746. PHRYGANEA alis superioribus nebulosis; antennis corpore triplo longioribus.

Habitat ad Dageroeam. in litoribus Lomarensibus Roslagiæ.

DESCR. Magnitudo majoris culicis. Alæ superiores pallido-griseæ maculis fuscis; inferiores canæ margine pilosæ: Antennæ albidæ corpore triplo aut quadruplo longiores.

747. PHRYGANEA saltatrix, antennis longitudine corporis, macula viridi albaque alarum.

Habitat in Prædio Fulleroen.

DESCR. Minima est & saltatrix. *Corpus* Culice minus, fuscum. *Antennæ* corpore longiores, lente inspectæ villosæ apparent. *Os* ut in reliquis cum antennulis. (adeoque non Chermes; accedit enim figura ad Chermem alis). *Alæ* corpore longiores, versus corpus pone compressæ, aquæ, macula subviridi & alba, versus marginem inferiorem venis nigris, versus superiorem venis albis.

748. PHRYGANEA nigra; alis incumbentibus subcinereo-nebulosis, caudæ fetis truncatis.

Habitat ubique frequens primo vere.

DESCR. Insectum oblongum, angustum, subcylindraceum, alis suis vestitum. *Antennæ* sericæ, longitudine corporis, non vero alarum. *Thorax* minus latus & marginatus. *Cauda* terminatur duabus fetis truncatis, brevissimis. *Corpus* totum atrum, exceptis solis alis. *Alæ* incumbentes in figuram semicylindricam, subcinereæ, maculis seu fasciis albidis, hinc inde interlucentibus, vix tamen visû manifestis: suprema ala nervis tribus, versus marginem tenuiorem extensis, valde reticulata est; reliqui nervi non ita reticulati sunt. macula nulla in clypeo thoracis, sed due velut ulcera coalita.

749. PHRYGANEA fusca immaculata.

Habitat Fahlunæ ad *Stæmsboegam*.

DESCR. Parva, oblonga, cylindrica, tota fusca, alis venosis minime maculatis, corpore longioribus nitidiusculis. *Cauda* absque fetis. *Antennæ* corpore paulo breviores. *Abdomen* subtus atrum, supra pallidum, lateribus utrinque maculis septem nigris.

Ephemera.

750. EPHEMERA alis nebuloso-maculatis, cauda trifeta.

Habitat ad Lacus.

DESCR. Differt manifeste a reliquis. *Alis* venis reticulatis valde fuscis & maculis alarum nebulosis, fuscis, inæqualibus. Nulla enim alia inter nostrates alis maculatis gaudet. *Fetæ* etiam caudæ fuscæ.

751. EPHEMERA alis albis reticulatis, cauda bifeta.

Act. ups. 1736. p. 27. n. 2. Ephemera alis incarnato-albis.

Blank. belg. t. 12. f. F.

Habitat juxta aquas æstate: Larva vero sub aqua.

DESCR. *Caput* minimum. *Tubercula* duo lentiformia, elevata, lutea, oculis multo majora, pellucida, oculis incumbentia; *Thorax* compressus, supra nebulosus. *Abdomen* cylindraceum, albo diaphanum, ultimis articu-

viculis subfuscis. *Cauda* duabus setis rectis, corpore ipso duplo longioribus, albis; intra has duæ setæ brevissimæ, incurvæ. *Pedes* nivei, quorum anteriores longiores. *Alæ* erectæ; albæ, opalo-incarnato parum nitentes, reticulatæ.

752. EPHEMERA alis albis striatis.

Habitat ad aquas.

DESCR. Præcedente minor; *Alæ* similes; sed vasis minime reticulatis. *Cauda* setis longis caret: capitis tubera oculis minorâ sunt in hac specie. *Mâs* corpore pellucido, thorace nigricante. *Femina* corpore opaco subrufescente. In congressu coherent perfecte uti Libellulæ.

753. EPHEMERA fusca, cauda bifeta, alis albis.

Habitat ad aquas.

DESCR. Culice paulo major; *thorax* nigricans; *Abdomen* fuscum; *setæ* caudæ longitudine corporis. *Tubercula* 2 supra oculos; crassa, magna; livida.

754. EPHEMERA alis albis: margine crassiore nigricantibus, cauda bifeta.

Act. upf. 1736. p. 27. n. 3. Ephemera alis albis minima.

Swam. quart. p. 87. Ephemera minima.

Habitat ad lacus.

DESCR. *Alæ* albæ margine crassiore fusco-nigricante. *Cauda* duabus setis armata, absque ullis parvis interjectis. *Pedes* albi, exceptis primis majoribus magis fuscis: supra oculos *Tubera* duo oculis majora, fusco-purpurea. *Abdomen* cinerascens, segmentorum marginibus albis. *Hæbet* quasi sex oculos; tubera scilicet duo majora descripta; oculos duos compositos ad horum tuborum latera; oculos duos alios minimos ante tubera posita.

Circa vespèram evolant ex aquis, secum ferentes tunicam pupulæ, quam deponunt, ubi primo quiescunt, albam; sic fenestras & navigantium vestes tunicis his adspargunt; vivunt tantum per noctem, inorsuntur insequente hora matutina omnes; magnitudo muscæ domesticæ minoris.

755. EPHEMERA nigra, alis inferioribus albis. *It. vol.* 2 f.

Habitat copiose in Smolandia ad fluvium Sætthaellâ.

DESCR. Est interminores generis sui, toto corpore & alis superioribus nigra; solæ alæ inferiores albæ, quibus ab omnibus generis sui speciebus manifeste differt.

Libellula.

* *Alis erectis sedentes; Modicæ.*

756. LIBELLULA corpore sericeo nitido; alis luteo fuscis: margine immaculatis.

Raj. inf. p. 50. n. 11. Libella media, corpore è viridi ærulescente, alis fulvescentibus absque maculis.

Habitat ad aquas fluentes.

DESCR. Corpus mediæ magnitudinis, e cæruleo nitens, sive atratum. Alæ luteo-fuscæ absque ullo puncto obscuro ad marginem exteriorem alarum, uti in omnibus reliquis, exceptis speciebus 757 & 758, quæ itaque an vere specie differant, hæsito; forte solæ varietates.

757. LIBELLULA corpore cæruleo nitido; alis viridicærulefcentibus: apice fuscis: margine immaculatis.

Raj. inf. p. 50. n. 10. Libella media, corpore cæruleo, alis fere totis ex cæruleo nigricantibus.

Vulgo Lovisa.

Habitat ad Fluvios.

DESCR. Magnitudo, figura, color, locus & omnia, ut in præcedenti, sed alæ, quæ etiam puncto marginali carent, nigro-cærulefcentes: apice pallide fuscæ. cauda unguiculata.

758. LIBELLULA corpore viridicæruleo; alis subfuscis: puncto marginali albo.

Raj. inf. 51. n. 12. Libella media, corpore viridi, alis fulvescentibus maculis parvis albis prope extremum angulum.

Vulgo Ulrica.

Habitat ad Fluvios.

DESCR. Mediæ est magnitudinis. Corpus viridistriceum, nitidum, minime cæruleum. Pedes nigri. Alæ subfuscæ puncto marginali albicante oblongo; Cauda inermis. Hæc præcedentis fæmina. *De Geer.*

759. LIBELLULA corpore fericeo nitido; alis inaurato-fuscis: macula nigra.

Hoffm. inf. t. 11. f. ult.

Raj. inf. 50. n. 9. Libella media, corpore partim viridi, partim cæruleo, alis media parte maculis amplissimis e cæruleo nigricantibus.

p. 140. n. 2. Libella media, corpore partim viridi, partim cæruleo, alis media parte maculis amplissimis e cæruleo nigricantibus oblitis.

Habitat ad Fluvios.

DESCR. Corpus cæruleo-nitidum. Pedes nigri. Alæ a medio versus apices cærulefcente nigre, ipsis apicibus aurato-fuscis; a medio alæ versus ejus basin color inauratus, nullum punctum marginale in hac.

* * *Alis*

* * * *Alis erectis sedentes, parvæ.*

760. LIBELLULA corpore sericeo; alis puncto marginali fusco.

Raj. inf. 51. n. 15. Libella minor, alis reticulatis, dorso viridi: incisuris albicantibus.

Levenh. arcan. 1695. p. 18. t. 19. Junfferties.

Habitat juxta paludes.

DESCR. Hæc e minoribus. *Dorsum* secundum totam longitudinem æneum. *Alæ* auratæ, nitidæ, puncto marginali fusco, rhomboide, non nigro. *Vasa* alarum reticulata constant semper duobus nervis longitudinaliter sibi propioribus. *Thorax* & abdomen subtus & ad latera livida. *pedes* extra nigricantes, intus lividi. *Oculi* cinerei, supra fusci; *Caput* a tergo æneum, linea alba transversa, transversim trifida, extremitatibus crassioribus. *thorax* a tergo viridi æneus, utrinque linea alba longitudinali notatus. *Antennæ* nigrae, breves, infimo articulo crasso.

761. LIBELLULA corpore incarnato; alis puncto marginali fusco.

Raj. inf. p. 51. n. 16. Libella media, dorso albido, duabus maculis nigris juxta incisuras.

p. 52. n. 17. Libella minor, alis reticulatis, dorso rubro maculis ad singulas incisuras nigris.

Habitat juxta paludes.

DESCR. Magnitudine & figura præcedenti simillima, sed *Corpus* incarnatum, juxta incisuras abdominis lineolis sive characteribus nigris. *punctum* alarum marginale fuscum.

762. LIBELLULA corpore sericeo; alis puncto marginali nigro.

Raj. inf. 140. n. 1. Libella minor, corpore livide cæruleo.

Habitat juxta paludes.

DESCR. *Alæ* albæ puncto marginali atro. *Corpus* supra viridi-cæruleum, nitidum, absque ulla alia mixtura, magnitudo præcedentium duarum.

763. LIBELLULA corpore cæruleo cinereoque alternis; alis puncto marginali nigro.

Raj. inf. 53. n. 18. Libella minor, alis brevioribus, corpore cæruleo maculis transversis nigris.

Gæd. belg. 3. p. 29. f. R.

List. gæd. p. 228. f. 103.

Habitat ad paludes.

DESCR. Magnitudine & facie cum tribus præcedentibus convenit. *Alæ* albæ, puncto marginali atro. *abdominis* articuli a tergo visi antice cineres, postice

postice cærulescenti-nitidi; antepenultimus & ultimus articulus in pleuraeque cinereus, nullo modo nitidus.

* * * *Alis planis sedentes. Magnæ.*

764. LIBELLULA alis macula duplici marginali.

Raj. inf. 72. n. 3. Libella maxima, abdomine longa tenui lævi viridi - splendente ad initium & finem intumescente.

Habitat Upsaliæ rarior.

DESCR. Nomen *Raji* nil valet, descriptio bona est. *Thorax* crassus, cinereus, a tergo hirsutus. *Abdomen* attenuatum ex lato principio. *Alæ* albæ, versus basin luteæ, sed inferiores infra luteum colorem nigræ. latera abdominis cana; *cauda* duabus appendiculis teretibus utrinque attenuatis. *Nota* essentialis, qua hæc species ab omnibus distinguitur, consistit in puncto marginali, quod ut in reliquis versus extremitates nigrum est, sed præter hoc punctum, fusca s. nigra alia macula, ad marginem anteriorem, in medio alæ singulæ; adeoque puncta quasi duo marginalia in omni ala.

765. LIBELLULA alis albis: basi luteis.

Raj. inf. 94. n. 4. Libellula maxima, abdomine brevior latioreque flavo.

Habitat frequens ad Aquas in Uplandia.

DESCR. *Dorsum* luteum; subtus tota nigra; *Thorax* niger utrinque lineis duabus obliquis flavis, *Pedes* nigri; *Frons* virelens. *Oculi* grisei. *Alæ* basi ferrugineæ.

766. LIBELLULA corpore fusco; alis albis, cauda simplici.

Raj. inf. 49. n. 6. Libella maxima, abdomine flavo angustiore, nullis ad radicem alarum maculis fuscis.

Habitat ad Aquas.

DESCR. *Alæ* albæ, puncto marginali rufo-fusco. *Corpus* nigricans: *Anth.* absque appendice.

767. LIBELLULA lateribus flava; alis albis.

Raj. inf. 50. n. 7. Libella major, præcedenti congener.

Swam. quart. p. 175. t. 8. f. 6.

Habitat ad Aquas vulgaris.

DESCR. Latera thoracis & abdominis flava; *Alæ* albæ, nullo modo flavescens ut in *Rajana*; a dorso longitudinaliter fusca. *puncta* marginalia alarum fusco-ferruginea.

768. LIBELLULA thorace viridi nitido: lineis flavis, alis pallidis, abdomine nigro.

Raj. inf. 49. n. 5. Libella maxima, abdomine brevior latioreque cæruleo.

p. 140. Libella maxima, abdomine brevior & crassior latioreque cæruleo.

Habitat ad Aquas.

DESCR. Caput & thorax viridia, nitida. oculi subfusci; lineæ duæ flavæ ad latera thoracis. alæ flavescente-albæ, in quibusdam ad basin flavæ. punctum marginale fuscum. Abdomen cylindricum nigrum subtus flavum marginis colore dentato. cauda diphylla angusta.

769. LIBELLULA viridi-inaurata; alis pallidis, pedibus nigris.

Habitat ad Aquas.

DESCR. Præcedenti simillima, sed alia, Mas cauda quadridentata, dentibus superioribus pilosis, inferioribus singulis duplici denticulo. Femina cauda foliolis 2 lanceolatis. caput, thorax, abdomen cupreo inaurata. thorax pilosus absque maculis; margo alarum posticarum pone versus abdomen macula membranacea. oculi præsini. Labium pallidum. abdomen subtus hinc inde pallide albescens.

770. LIBELLULA grisea; alis flavescensibus, thoracis lateribus lineis flavis, cauda diphylla.

Reaum. gall. 6. t. 35. f. 3.

Raj. inf. 49. n. 2. Libella maxima, abdomine longo tenuiori, alis flavescensibus.

p. 140. Libella maxima, abdomine longissimo tenuiori, alis fulvescentibus.

p. 48. n. 1. Libella maxima vulgatissima, alis argenteis.

Mouff. lat. p. 67. Libella major. 2. 3.

Habitat ad Aquas.

DESCR. Duo folia fusca lanceolata, in cauda. Abdomen longum, angustum, rufum-fuscum, interdum albo maculatum. in Thorace lineolæ utrinque duæ, oblique transversales, flavæ; thorax alius abdomini concolor, hirsutus. Alæ albidæ vel in aliis flavescens macula ferruginea. Est inter maximas.

771. LIBELLULA thorace luteo-virescente: lineis nigris, abdomine nigricante: characteribus flavis.

Reaum. gall. 4. t. 10. f. 4.

6. t. 35. f. 5.

P 4

Merr.

Merr. pin. 197. Libella maxima lutea, cum 4. vel 5. spinis in caudæ extremitate.

Pet. mus. 84. n. 819. Libella major, corpore compresso flavescente.

Habitat ad Aquas.

DESCR. Est inter maximas. *Max* cauda forcipata, duobus unguibus majoribus, oppositis, & duobus mucronibus subjectis, parvis. *Thorax* viridiflavescens, anteriùs ad alarum exorrum, versus caput, tribus nigris lineis duplicatis notatus. *abdomen* cylindricum, nigrum, octo constans articulis, a tergo linea flava longitudinali inscriptis, quæ 6 priores articulos exarat, non vero 7 & 8. Singulum segmentum ad latera macula flava transversa, & alia minore incurva longitudinali insignitur, quæ macula evidentiore in femina, quam in mare. *Femina* cauda duobus mucronibus armatur; *Maris* vero quatuor. *Maris genitalia* sub, vel in primo abdominis segmento, feminae vero sub vel in ultimo segmento, uti in omnibus congeneribus. *Alæ* aqueæ, puncto marginali & linea transversa in medio.

IV. LEPIDOPTERA.

Papilio.

* *Pedibus quaternis unguiculatis.*

772. PAPILIO tetrapus; alis angulatis nigris: margine postico albido.

Hoffm. inf. t. 3. f. 2 & t. 6. f. 3.

Fonst. inf. 2. t. 9. & 11.

Raj. inf. 135. Papilio maxima nigra, alis utrisque, tam exterioribus, quam interioribus, limbo lato albo cinctis.

136. Papilio maxima nigra, alis utrisque limbo albo lato cinctis.

Vulgo Morio.

Habitat in *Betula* frequentissimus, Larva foliis *Betulae* victitat.

DESCR. E maximis nostris Papilionibus hic est; *Alæ* angulato-dentatae, utrinque nigrae, sed margine latera & posteriora respiciente albæ, at margo crassior alarum superiorum antice duplici macula alba insignitur. *Antenna* & *Corpus* nigrum.

773. PAPILIO tetrapus; alis angulatis fulvis nigro-maculatis: primariis punctis quatuor nigris.

Aldr. inf. 245. t. 246. f. 7. Polychloros.

Mer.

Mer. europ. 2. p. 1. t. 52.

Gæd. lat. 1. p. 175. t. 77.

List. gæd. 5. f. 3.

Raj. inf. 118. n. 2. *Papilio urticaria* referens major, alis amplioribus, quam *Ulmariam* vocitare soliti fumus.

306. n. 14. *Eruca mediæ magnitudinis*, corpore e cinereo nigricante, spinulis raris in quolibet annulo ramosis fulvis.

Pet. musf. 34. n. 315. *Papilio testudinarius* major.

Alb. inf. 56.

Reaum. inf. 1. t. 23. f. 2.

Frisch. germ. 6. p. 7. f. 3. *Eruca cærulefcens*, spinis luteis.

Habitat in Salice, Cerafo, Pyro.

DESCR. Sequenti vulgatissimo simillimus est, sed paullo major. *Ala* angulatæ, dentatæ, fulvæ. Superior ala anteriore margine quatuor fasciis nigris & in disco punctis majusculis quatuor; Superiorum exterior margo, ut & alarum inferiorum margo exterior nigra fascia cinctus; inferioris alæ basis nigra est.

774. **PAPILIO** tetrapus; alis angulatis fulvis nigro-maculatis: primariis punctis tribus nigris.

Mouff. angl. p. 188. c. 3.

lat. p. 104. n. 11. f. 5. 6.

Hoffn. inf. 1. t. 4.

Gæd. inf. 1. p. 90. f. 21.

List. gæd. 3. f. 2.

Blank. belg. 13. t. 1. *L. M. N. O. P.* 2.

germ. 11. t. 1. *N. O. P.* 2.

Merian. europ. 1. p. 15. t. 44.

Rob. ic. t. 5.

Bry. renov. t. 15.

Bradl. natur. t. 27. f. 2.

Anon. angl. p. 34. n. 316. *Papilio testudinarius* major.

Raj. inf. 117. n. 1. *Papilio urticaria* vulgatissima, rufo nigro cæruleo & albo coloribus varia.

p. 118. *Eruca nigra* s. pulla setigera urticaria.

p. 348. n. 18. idem.

Alb. inf. 4. f. 6.

P 5

Reaum.

Reaum. gall. 1. t. 26. f. 6. 7.

Habitat in *Urtica foliis ovalibus* 773. omnium vulgatissimus.

Larva spinosa, spinis spinosis.

Puppa est *Chrysalis* communiter deaurata.

DESCR. Præcedenti simillimus, sed discus alæ superioris duobus punctis nigris notatus, & hæc alæ etiam basi nigra est.

775. **PAPILIO** tetrapus; alis angulatis fulvis nigro-maculatis: secundariis v̄ albo notatis.

Aldr. inf. 245. t. 244. f. 3. 4. mala.

Mouff. lat. 103. n. 2. f. 2. *Papilio* diurna media 2:da.

Hoffn. inf. 2. t. 7.

Mer. inf. 1. p. 6. t. 14. ♂. 15. 9.

Pet. mus. *Papilio* testudinarius, alis laceris.

Alb. inf. t. 4. f. 5. *Papilio* alis laciniatis.

Raj. inf. 118. n. 3. *Papilio* ulmarie similis, sed minor; alis laciniatis: interioribus linea alba incurva notatis.

p. 349. n. 21. ♂ p. 119. *Eruca* lupulacea hirsuta e rufo nigricans, macula f. arcola alba longa in medio dorso notata.

Frisch. germ. 4. p. 6. t. 4. *Eruca* spinosa femialba, semique lutea; papilione ypsilo Græco in alæ,

Reaum. gall. 1. t. 27. f. 9. 10.

Rob. icon. t. 23.

Habitat in *Urtica*, *Humulo*, *Ribe aculeata*.

DESCR. Alæ sinuatæ, extus fulvæ, nigro maculatæ, punctis quatuor ad minimum distinctis, nigris; inferiores fere exteriorum similes, subus alæ omnes griseo-cinereæ, undulatæ, cum litera alba Calis inferioribus in medio adscripta. *Tibiæ* albæ.

776. **PAPILIO** tetrapus; alis angulatis fulvis nigro maculatis: omnibus ocello cæruleo-variegato.

Mouff. angl. p. 968.

lat. p. 99. f. *infim.* *Regina* omnium.

Hoffn. inf. t. 12. f. 9.

Fonst. inf. p. 40. n. 4. t. 5.

Bry renov. t. 27.

Mer. europ. 1. p. 10. f. 26.

Ged.

Goed. lat. 1. p. 23. f. 1. Oculus Pavonis.

List. goed. p. 1. f. 1.

Pet. mus. p. 34. n. 314. Papilio oculus Pavonis dictus.

Alb. inf. t. 3. f. 4.

Valent. herb. t. 57.

Anon. angl. p. 201. f. 1.

Reaum. gall. 1. t. 25. f. 2. 1.

Raj. inf. 122. n. 13. Papilio elegantissima ad urticariam accedens, singulis alis maculis oculos imitantibus.

Vulgo Oculus pavonis.

Habitat in Humulo & Urtica foliis oblongo-cordatis.

777. PAPHILIO tetrapus; alis denticulatis nigris albo-maculatis: omnibus fascia arcuata coccinea.

Aldr. inf. p. 239. t. 240. f. 4. 5.

Hoffn. inf. 1. t. 2. & edit. alt. t. 2. f. 15.

Mouff. lat. p. 100. f. 3. 4. Paphilio diurna VI.

Goed. lat. 1. p. 96. f. 26.

List. goed. p. 10. f. 4.

Mer. europ. 2. p. 41. t. 91.

Anon. angl. p. 203. f. 4.

Reaum. gall. 1. t. 10. f. 9. 8.

Petiv. mus. p. 35. n. 327. Paphilio major nigrescens, alis maculis rubris & albis pulchre illustratis.

Blanck. belg. p. 18. t. 2. f. A, B, C, D.

germ. p. 15. t. 2. f. C, D.

Jonst. inf. t. 7. f. 6. 7. Phalæna diurna maxima.

Vulgo Ammiralis.

Habitat in Urtica.

778. PAPHILIO tetrapus; alis dentatis fulvis albo nigroque variegatis: secundariis ocellis quinque.

Mouff. angl. p. 169.

lat. p. 101. n. 8. 9. f. 1. 2.

Hoffn. inf. t. 7. f. 3. edit. alt. 4. t. 5.

Goed. lat. 3. p. 1. f. 1.

List. goed. p. 14. f. 6.

Blank.

Blank. belg. p. 21. t. 3. A. B. C. D.

germ. p. 17. t. 3. C. D.

Mer. europ. 3. p. 52. t. 15, edit. ult. 88.

Albin. inf. LVI.

Reaum. gall. 1. t. 26. f. 11. 12.

Pet. mus. p. 35. t. 326. Papilio eleganter variegatus, agilis, Bella donna dictus.

Raj. inf. 122. n. 13. Papilio major pulchra, nigro rufo albo coloribus varia,

Vulgo Bella donna.

Habitat in Carduis.

779. PAPILIO tetrapus; alis rotundatis dentatis fulvis nigro-maculatis: subtus lineis argenteis transversis nigris.

Pet. mus. 35. n. 321. Papilio fritillarius major, lineis subtus argenteis.

Raj. inf. p. 119. n. 4. Papilio major, alis fulvis: maculis nigris in supina parte, prona transversis: areis argenteis depictis.

Vulgo Imperator.

Habitat in Hortis.

780. PAPILIO tetrapus; alis rotundatis dentatis fulvis nigro-maculatis: subtus maculis 21 argenteis.

Mouff. angl. p. 969.

lat. p. 101. f. 3. 4. n. 10.

Aldr. inf. p. 245. t. 246. f. 8. 9.

Pet. mus. p. 35. n. 320. Papilio fritillarius major, maculis subtus argenteis.

Raj. inf. p. 119. n. 5. Papilio major, alis fulvis, supina parte maculis crebris, prona etiam argenteis eleganter pictis.

Vulgo Rex.

Habitat in Hortis.

781. PAPILIO tetrapus; alis rotundatis dentatis fulvis nigro-maculatis: subtus maculis 37 argenteis.

Hoffn. t. 12. f. 11.

Merian.

Merian. europ. 2. t. 157. f. superior.

Rob. icon. t. 12.

Pet. mus. p. 51. n. 520. Papilio rigenfis aureus minor, maculis argenteis subtus perbelle notatus.

Raj. inf. p. 120. n. 6, nomine Petiueri.

Vulgo Principissa.

Habitat frequens Upsaliæ.

DESCR. Præcedentibus duobus minor, sequentibus duobus major est. *Alæ* omnes supra fulvæ: maculis punctiformibus, multis, distinctis, nigris: *Alæ majores* subtus luteæ multis maculis s. punctis nigris; versus apices notatæ punctis 7 argenteis, quarum tres majores sunt. *Alæ secundariae* subtus habent maculas argenteas plures: quarum 19 majores, 11. vero minores; seu potius puncta sunt; nam versus marginem posteriorem septem maculæ argenteæ subovatæ; intra has septem puncta argentea. versus marginem anteriorem alæ, duæ lineæ argenteæ; præter has in disco septem maculæ majores argenteæ, exceptis minoribus reliquis.

782. PAPHILIO tetrapus; alis rotundatis dentatis fulvis nigro-maculatis: subtus maculis 9 argenteis.

Pet. mus. p. 35. n. 322. Papilio fritillarius maculatus præcox.

Raj. inf. 120. n. 7. Papilio fritillarius major (rectius minor) alis fulvis superne maculis nigris tessellatis.

Vulgo Princeps.

Habitat Upsaliæ minus frequens.

DESCR. Inter eos; qui argenteis punctis gaudent, hic certe minimus est. *Alæ* luteæ; subtus nigro-undulatæ; supra nigro-reticulatæ; minores alæ in margine habent 7 maculas albas subrotundas, æquales; in medio disci subtus macula una argentea, reliquis major, oblonga; utrinque obtusa, collocata in fascia pallidiore; nona demum macula in eodem latere versus basin alæ reperitur argentea.

783. PAPHILIO tetrapus; alis rotundatis dentatis fulvis nigro-maculatis: subtus fasciis tribus flavis.

Act. upf. 1736. p. 22. n. 24. Papilio alis erectis subrotundis testaceis: punctis pallidis; lineolis undulatis fuscis, subtus albo-variegatis.

Pet. gaz. 28. t. 18. f. 10. Papilio fritillarius lincolniensis, fasciis subtus pallidis.

Raj. inf. 121. n. 9. nomine Petiueri.

Vulgo Comes.

Habitat sat frequens in Horto Academico.

DESCR. Facies eadem cum quatuor præcedentibus, magnitudo cum ultima convenit. *Alæ* omnes luteæ, supra nigro undulatæ s. potius reticu-

ticulatæ. *Ala primaria* subtus flavæ, parum nigro undulatæ, apicibus flavis: *secundariæ* alæ subtus flavæ & nigro undulatæ fasciis duabus fulvis undulatis; caret hæc maculis omnibus argenteis.

784. PAPILIO tetrapus; alis rotundatis dentatis fulvo nigroque nebulosis: primariis ocellis duobus.

Hoffm. inf. 2. t. 8.

Pet. mus. p. 34. n. 307. Papilio oculis nigris subtus marmoreus.

gaz. p. 22. t. 14. f. 9. idem nomen.

Raj. inf. 128. n. 6. Papilio majuscula, alis pullis cum duplici in exterioribus macula lutea, & duplici oculo nigro.

Vulgo Faunus.

Habitat in sylvis petrosis non infrequens.

DESCR. *Ala* supra fusca sunt cum fasciis obsolete flavis; *Ala primaria* subtus flavæ, versus margines nebulosæ. *Ala secundaria* subtus albo & nigro nebulosæ sunt. Ocelli duo nigri puncto albo in majoribus alis utrinque.

785. PAPILIO tetrapus; alis rotundatis fusco-nebulosis: primariis sequiocco, secundariis quinque ocellis.

Mouff. angl. 972.

lat. p. 104. n. 9. f. 10.

Fonst. inf. p. 58. n. 9. t. 6.

Merret. pin. 198. n. 10. Papilio ultima parte alæ exterioris clypeolo nigro, quem medium punctum eburneum ornat decorata.

Merian. europ. 2. p. 10. t. 4. (edit. alt.) t. 54.

Robert. ic. 15. f. 2.

Aldr. inf. p. 245. t. 244. f. 12.

Raj. inf. 123. n. 15. Papilio media, alis fulvo s. rufo & nigricante colore variis cum oculo prope extremum angulum alarum exteriorem.

Petro. mus. p. 34. n. 312. Papilio oculatus ex auro & fusco marmoratus.

Vulgo Satyrus.

Habitat in Poa, insidet sæpe petris & faxis.

DESCR. *Ala* rotundatæ; integerrimæ, omnes supra fusca; oculis nigris pupilla alba, & margine extimo rufo notatæ; horum ocellorum unicus supra alas in alis primoribus, tres minores vero supra in secundariis alis;

alæ

alæ etiam primores plicatæ sunt striis profundis; At alæ subtus, licet fuscæ sint, primores tamen obscurioribus lineis undulatæ & singulæ notatæ oculo glauco, in medio nigro, pupilla alba: juxta hunc ocellum versus angulum alæ ocellus minimus glaucus pupilla alba. *Alæ secundariæ* fuscæ, cano undulatæ, singulæ margine ocellis septem notatæ, quorum pupilla nigra in medio alba circulo duplici glauco circumdata. horum ocellorum duo abdomine proximi in unum coaliti sunt.

786. PAPILIO tetrapus; alis rotundatis lævibus fuscis: primoribus subtus fulvis oculo unico.

Aldr. inf. 245. t. 246. f. 13.

Hoffm. inf. t. I. f. I. & edit. alt. 4. t. 10.

Pet. mus. 34. n. 309. Papilio pratensis oculatus fuscus.

Raj. inf. 124. n. 16. Papilio media, alis supina facie pullis, prona ex rufo s. fulvo & fusco variis cum oculo ad extimum alarum exteriorum angulum.

Reaum. gall. I. t. II. f. I.

Vulgo Coridon.

Habitat in sylvis.

787. PAPILIO tetrapus; alis rotundatis fuscis: fascia transversali rufa: ocellis utrique septem.

Alb. inf. t. V. f. I. Papilio fusca pratensis.

Vulgo Alexis.

Habitat in sylvis.

DESCR. Alæ supra fuscæ, subtus dilutius fuscæ: *Primores* infra & supra fascia rufa transverse, ocellis 4 nigris. Margine maculis 5 albis: *Secundariæ* supra & infra ocellis 3 nigris ruffo cinctis subtus minoribus, & duabus insuper maculis albis. *Antenna* nigre subtus albæ.

788. PAPILIO tetrapus; alis rotundatis fuscis: subtus primariis oculo triplici, inferioribus quintuplici.

Pet. mus. p. 34. t. 313. Papilio medius, omnino fuscus, plurimis ocellis nigris in circulis luteis subtus ornatus.

Raj. inf. 129. n. 7. Papilio medius totus pullus, prona alarum parte ocellis aliquot e puncto albo duplici circulo nigro & sordide luteo cincto compositis illustrata.

Habitat in sylvis.

DESCR. utrinque fuscus, subtus dilutior. *Ocelli* nulli supra alas; sub alis primoribus ocelli 3 minoribus cæcis, sub *secundariis* ocelli 5 (2 & 3) pupilla alba.

789. PAPILIO tetrapus; alis rotundatis fulvis: primariis subtus ocello unico; secundariis subtus albo fasciatis.

Pet. mus. p. 34. n. 311. Papiliunculus aureus oculatus in ericetis frequens.

Raj. inf. 125. n. 19. Papilio parva e fulvo & fusco bicolor, fulvo mediam alam, fusco oras extremas occupante; cum ocello ad extimum angulum alarum exteriorum.

Habitat in Ericetis.

DESCR. Rari descriptio bona est: *Alæ* supra fulvæ, subtus cinerascetes; Ocellus in ala primaria subtus unicus est & niger puncto albo circumloque nigro. *Alæ secundariae* carent ocellis & fascia pallidore notantur. Variat major ocello obsoleto.

790. PAPILIO tetrapus; alis rotundatis fulvis: subtus cinerascens: fascia alba ocellisque quinis.

Habitat cum præcedenti.

DESCR. Præcedenti simillimus vel paullo major. *Alæ* luteæ s. ferrugineo-fulvæ, primores subtus apicibus cinerascunt subiecta obsoleta albicante linea; ocello unico parvo. *Alæ secundariae* subtus cinereo fuscæ cum fascia lata albida; his singulis ocelli tres versus marginem posteriorem; & unicus ocellus versus marginem anteriorem remotus a reliquis interjecta fascia. omnes ocelli constant circulo albo puncto nigro: in medio albo; adeoque differt a præcedenti ocellis in ala secundaria quaternis, quibus ille caret.

* * *Pedibus sex unguiculatis.*

791. PAPILIO hexapus; alis flavo nigroque variegatis: secundariis angulo subulato maculaque fulva.

Mouff. angl. p. 968.

lat. p. 99.

Hoff. inf. 1. t. 12. edit. alt. t. 9. f. 10.

Hollar. musc. t. 5. f. 2.

Aldr. inf. p. 96. n. 5. 6. f. 1.

Fonst. inf. p. 40. n. 2. t. 5. 7.

Jung. verm. 134. Eruca rutacea.

Merian. europ. 1. p. 13. t. 38. Basse la Reine.

Merret. pin. 198. Papilio diurna maxima 2da.

Misc. nat. Curios. ann. 2. dec. 2. p. 49. f. 9.

Column. ecphr. 2. p. 85, t. 86. Papilio erucæ rutacæ.

Rob. ic. 18. male.

Reaum.

Reaum. gall. 1. t. 30. f. 1.

Frisch. germ. 2. p. 41. t. 10. *Eruca anethi.*

Pet. mus. p. 35. n. 328. *Papilio major caudatus* ex nigro & luteo variegatus.

Raj. inf. 110. n. 1. *Papilio* alis ampliffimis, flavicante & nigro coloribus pulchre variegatis; interioribus caudatis.

Habitat in *Ruta*, *Anetho*, *Seseli* (Fœniculo tortuoso), *Pimpinella*, *Selino*.

DESCR. Alæ, pedes, lingua nigra. *Antennæ* clavatæ. *Alæ primores* ovatæ, obtusæ, integerrimæ, nigro flavoque variegatæ; seu nigras concipias, cui juxta marginem crassiore maculæ tres, lunares, flavæ; juxta marginem vero posteriorem maculæ 8, parvæ; & in medio inter ambos descriptos ordines, a margine interiore versus angulum alæ, maculæ 7, juxta se collocatæ, quarum interiores majores. *Alæ secundariæ* singula denticulata, cujus posterior angulus lineari productus & reliquis multo longior: margo hujus alæ 6 maculis flavis lunulatis pictus, præter septimam maculam, quæ ano proxima est, & ocello fulvo cæruleo colore cincto spectabilis; discus hujus alæ flavus. *Larva* glabra, suaveolens, 16pus, tacta duo cornua fulva exferens.

792. **PAPILIO** hexapus; alis secundariis angulato-dentatis: subtus flavo alboque flammeis.

Hoffn. inf. t. 12. f. 1.

Pet. gaz. p. 18. t. 11. f. 10. *Papilio minor fuscus*, duplici linea inferne præditus. (Mas.)

f. 11. *Papilio minor fuscus*: campo aureo, linea gemina subtus ornatus. (Fæmina.)

Raj. inf. p. 130. n. 10. *Papilio minor*, alis exterioribus nigricantibus, macula in medio lata arcuata fulva.

Habitat in *Betula*; præsertim in Smolandia obvius.

793 **PAPILIO** hexapus; alis divaricatis integerrimis fulvis: punctis albis, lineaque nigra.

Act. upf. 1736. p. 23. n. 33. *Papilio* alis erectis ovatis integerrimis testaceo-griseis, tesseralis albis linea nigra sub superioribus.

Habitat in Pratis.

794. **PAPILIO** hexapus; alis divaricatis denticulatis nigris albo-punctatis.

2

Hoffn.

Hoffn. inf. 4. t. 2. f. ult.

Pet. mus. 35. n. 325. *Papiliunculus fuscus*, punctis plurimis albicantibus.

gaz. 56. t. 36. f. 6. *Papilio fuscus* &c.

Act. upf. 1736. p. 23. n. 34. *Papilio* alis erectis obtusis dentatis nigris: punctis albis tessellatis.

It. œland. 3. *Papilio hexapus*, alis divaricatis denticulatis nigris albo-punctatis.

Habitat primo vere in Pratis.

DESCR. Magnitudo Argi 803. *Corpus* totum & alæ supra nigro fuscae; Alæ maculis parvis seu punctis quadratis, albis, numerosis adspersæ sunt a parte exteriori, margine quasi deneato, interiacentibus maculis albis. *Corpus* & Alæ subtus griseo-cinereæ; alæ ipsæ subtus maculis albis difformibus inæqualis magnitudinis. *Antennæ* elevatæ, supra fuscae, subtus albidæ, periolis annulis minimis albis. Alæ erectæ non sunt, sed divaricatæ, fere uti *Phalaenæ quercifolia* dicta.

795. *PAPILIO hexapus*, alis angulatis flavis puncto ferrugineo.

Mouff. angl. p. 198.

lat. p. 103. f. 1. *Papilio diurnus medius* 1.

Jonst. inf. p. 42. n. 1. t. 5. 6.

Hoffn. inf. 1. t. 1. aut. 12. f. 8. t. 2.

Rob. ic. t. 13.

Alb. inf. t. 2. f. 3.

Pet. mus. p. 1. n. 1. *Papilio sulphureus* (Mas.)

Raj. inf. 112. n. 4. *Papilio præcox sulphurea* s. flavo-viridis, singulis maculis ferrugineis notatis.

β *Pet. mus.* p. 1. n. 2. *Papilio sulphureus pallidus*. (fæmina.)

Vulgo *Papilio canicularis*.

Habitat apud nos frequens.

DESCR. *Antennæ* ferruginæ: Alæ flavæ: puncto in singulæ alæ medio ferrugineo, & ad marginem alarum primorum anteriorem puncta minutissima ferruginea. Alarum secundariorum basis superne antice ferruginea. *Pedes* albid.

796. *PAPILIO hexapus*; alis rotundatis albis: venis nigris. *It. gotl.* 182.

Aldr. inf. p. 245. t. 246. f. 6. mala.

Hoffn. inf. t. 10. f. 14.

Mer. europ. 2. p. 38. t. 35. f. superiores.

gall. t. 157. (edit. alt.) 85.

Alb.

Alb. inf. t. 2. f. 2.

Pet. mus. p. 33. n. 301. Papilio alba, venis nigris.

Frisch. germ. 5. p. 16. t. 5. Eruca hyemalis luteo alboque striata.

Raj. inf. 115. n. 5. Papilio alba, nervis alarum nigris, brassicæ majoris figura & magnitudine.

Reaum. gall. 2. t. 2. f. 9. 8.

Vulgo Papilio hyemalis.

Habitat in Pruno spinosa, foliis lanceolatis. Fl. Svec. 397. & Oxyacantha. Fl. Svec. 399.

Forte & hujus speciei sit, Papilio ex Eruca gregaria majore proveniens sordide albicans venis nigricantibus. Raj. bist. 17. & Larva labyrinthiformis It. & land. 62.

797. PAPILIO hexapus; alis rotundatis albis: venis dilato-virescentibus,

Mer. europ. (edit. 1) v. 2. p. 77. t. 39.

Alb. inf. t. 52. f. F. G.

Pet. mus. p. 33. n. 302. Papilio albus medius: venis latis, subtus nigricantibus.

gaz. t. 62. f. 4. nomen idem.

Raj. inf. 114. n. 4. Papilio brassicaria media, alis albis secundum nervos lineis e viridi nigricantibus subtus striatis.

Vulgo Brassicaria latis venis.

Habitat in Brassica.

798. PAPILIO hexapus; alis rotundatis albis; primariis bimaculatis apice nigris, minor.

Mouff. angl. p. 971. f. 9. 10.

lat. p. 103. f. ultim. Papilio diurnus medius.

Gæd. belg. 1. p. 97. f. 27.

List. gæd. p. 22. f. 8.

Mer. europ. 2. p. 40. t. 39. edit. gall. t. 89.

Blank. belg. p. 29. t. 5. f. A. B. C. D.

germ. p. 23. t. 5.

Rob. icon. t. 6.

Alb. inf. t. 51. f. C. D. (Mas) & E. F. (Femina.)

Reaum. gall. 1. t. 29. f. 7. 8. & t. 2. f. 3.

Merr. pin. 198. n. 5. Papilio corpore & antennis livescens, capite alisque pallidis.

Pet. mus. p. 85. n. 826. *Papilio vulgaris albus minor.*
gaz. p. 10. t. 64. f. 4. *Papilio alba vulgaris stri-*
ata, maculis duplicibus. (fæmina.)

p. 10. t. 49. f. 11. *Papilio albus minor,*
apicibus nigris. (Mas.)

Raj. inf. 114. n. 2. *Papilio alba media*, alis exte-
 rioribus albis, duabus maculis nigris infra me-
 diam longitudinem versus anteriorem marginem
 notatis, interioribus subtus nigricantibus.

p. 349. n. 20. *Eruca Brassicam depascens*
viridis mediocris, linea in utroque latere e lu-
 teo albente.

p. 114. n. 3. *Papilio alba media*, alis omni-
 bus albis cum macula (seu punctum mavis dice-
 re,) leviter nigricante in exterioribus. (Mas.)

Vulgo Brassicaria minor.

Habitat in Brassica & Tropaola.

Larva viridis, a sequentis diversissima, licet utriusque *Papillones* in-
 ter se adeo similes, ut demta magnitudine vix distingui queant.

799. **PAPILIO hexapus**; alis rotundatis albis; prima-
 riis bimaculatis: apicibus nigris; major.

Mouff. lat. p. 189. f. 1. *Eruca in Brassica.*

Gæd. belg. 1. p. 59. f. 11.

List. gæd. p. 16. f. 7.

Mer. europ. 1. p. 16. t. 45.

Blank. belg. p. 24. t. 4. f. A. B. C. D.

germ. p. 19. t. 4. f. A. B. C. D.

Alb. inf. p. 1. t. 1.

Swam. quart. p. 202. t. 13. f. 6.

fol. t. 37. n. 6.

Reaum. gall. 1. t. 29. f. 1. ♂ t. 10. f. 7.

Pet. mus. p. 85. n. 825. *Papilio albus vulgaris major.*
gaz. t. 62. f. 3. *Papilio alba major*, apicibus
nigris.

Raj. cantab. p. 134.

inf. p. 113. n. 1. *Papilio brassicaria alba major*
vulgatissima.

Raj. inf. p. 348. n. 19. *Eruca brassicaria maxime vulga-*
ris, nigro, luteo & cæruleo coloribus variegata.

Vul-

Vulgo Brassicaria vulgaris.

Habitat in Brassica.

Larva variegata.

MAS maculis tribus nigris in primore prona ala; in secundaria prona verso unica; *fœmina* in prona parte nullam maculam nigram gerit excepto apice alæ.

800. PAPILIO hexapus; alis rotundatis albis immaculatis. *De Geer*.

Pet. mus. 33. n. 303. Papilio albus minor.

Habitat in sylvis.

DESCR. Est penultimæ fere magnitudine.

801. PAPILIO hexapus; alis rotundatis integerrimis: secundariis viridi-nebulosis; primoribus lunula nigra.

Mouff. lat. p. 106. n. 5. f. 2. 3. 4.

Hoffn. inf. 2. t. 9. f. 1.

Fonst. inf. t. 5.

Bry renov. t. 22.

Rob. ic. t. 21.

Valent. herb. t. 183.

Merian. europ. t. 181.

Petiv. mus. p. 33. n. 306. Papilio albus subtus viridi colore marmoreatus s. maculis croceis ornatus.

Raj. inf. 115. n. 6. Papilio minor alba, alis exterioribus albis macula insigni crocea splendentibus, inferioribus superne albis, subtus viridi colore variegatis.

a *Raj. inf.* p. 115. n. 7. Papilio minor alba, alis exterioribus ad imum marginem nigris aut fuscis, macula in medio nigra.

Pet. mus. p. 33. n. 305. Papilio alba subtus viridi colore marmoreata; *fœmina*,

Habitat Upsaliæ frequens.

Vulgo Aurora.

DESCR. Antennæ clavatæ, exalbide. Alæ albæ, sed primores extus apice fuscæ, subtus flavo-cinereæ cum macula s. puncto lunulato fusco in medio alæ utriusque paginae. Alæ secundariæ subtus viridi nebulosæ, supra albæ, versus basin fuscæ. Oculi virescentes, maculati. Mas in ala superiore, ejusque in medio a pagina exteriori, macula lata crocea distinctus.

802. PAPILIO hexapus; alis rotundatis integerrimis albis,

albis; secundariis ocellis quatuor superne, septem inferne. *It. gotl.* 230.

Mouff. lat. p. 94. f. 2. 3. Phalæna media 1.

Pet. mus. 49. n. 502. Papilio alpinus ex albo nigro-que variegatus, iride rubente oculatus.

Pet. gaz. 37. t. 23. f. 8. Papilio alpinus.

Raj. inf. 139. n. Papilio alpina major, alis albican-
tibus: exterioribus maculis nigris notatis, interio-
ribus ophthalmoidibus: iride rubra.

Vulgo Alpicola.

Habitat in Alpibus & altis exaridis montibus frequens.

DESCR. Mole cum maximis nostris certat. *Corpus* nigricans lana cine-
rea. *Ale erectæ*, rotundatæ, albæ, venis pallidis & farina cinereo-ne-
bulosa perfusæ. *Ala primaria* 3 maculis nigris versus marginem crassio-
rem, unia nigra versus interiorem, quæ omnes utraque superficie ad-
parent. *Ale secundaria* ocellos albo, (in medio) rubro, nigro, cæru-
leo constructos, duos utrinque conspicuos habent, & juxta basin ocel-
los 4 cæcos absque pupilla alba; & versus anum unicum ocellum nigrum pu-
pilla rubra: hi posteriores subrus conspicui. *Pedes* 6. *Antennæ* clavatæ, api-
ce subtus nigra, sub ano membrana crassa, concava, carinata.

803. PAPILIO hexapus; alis rotundatis integerrimis
cæruleis: subtus ocellis numerosis.

Hoffn. inf. 1. t. 4.

Mouff. lat. p. 105. f. ult. duæ & p. 106. f. 1. Papilio
diurnarum minima quarta.

Fonst. inf. t. 6. f. penult.

Merr. pin. 144. Papilio alis oculatis cyaneum cœle-
stem spirantibus.

Mer. europ. 153.

Rob. ic. t. 17.

Pet. mus. p. 34. n. 318. Papiliunculus cæruleus,
ocellis plurimis subtus eleganter adspersus.

gaz. p. 55. t. 35. f. 1. Papiliunculus cæruleis
vulgatissimus.

Raj. inf. 131. n. 11. Papilio parva, alis superne pur-
puro-cæruleis, subtus cinereis: maculis nigris cir-
culo purpurascente cinctis, punctisque nigris pul-
chre depictis.

Vulgo Argus oculatus.

Habitat in *Ericetis*.

DESCR

DESCR. Tota alis supra cæruleis, infra ocellis numerosis nigris, & maculis marginalibus fulvis in alis secundariis.

804. PAPILIO hexapus, alis rotundatis integerrimis nigro fuscis: subtus ocellis numerosis.

Raj. *ins.* 131. n. 12. Papilio parva, alis supinis pulchris cum linea s. ordine macularum lutearum ad inferum marginem.

Vulgo Argus fuscus.

Habitat in *Ericetis*.

DESCR. Facies & magnitudo & color omnino præcedentis, a quo differt alarum lateris superioris colore, qui non, ut in illo, cæruleus, sed omnino nigro-fuscus; ad marginem alarum secundariarum a latere superiore linea e punctis fulvis.

An præcedentis fæmina?

805. PAPILIO hexapus; alis rotundatis: supra fuscis, subtus punctis nigris quadraginta duobus.

Vulgo Argus myops.

Habitat in *Ericetis*.

DESCR. Alæ omnes supra fuscæ, obsolete maculatæ, versus marginem posticum ferrugineæ. Alæ primariæ subtus singulæ punctis nigris; longitudinalibus majoribus; dein 8 minoribus transversim positis; tum 8, minimis, obsolete, transversis, annulo albo carentibus. Alæ secundariæ punctis nigris 9, sparsis; tum 15, duplici linea dispositis; margo postice fulvus est. Præcedentibus duobus cæterum simillimus.

806. PAPILIO hexapus; alis rotundatis integerrimis: subtus viridibus immaculatis.

It. *æl.* 7. Papilio argo similis, alis immaculatis supra cyaneis.

Pet. *gaz.* p. 6. t. 2. f. 11. Papilio minor: superne fuscus, inferne viridis.

Vulgo Argus cæcus.

Habitat in sylvis.

DESCR. Corpus cinereum. Antennæ & pedes nigri: annulis numerosis albis. Alæ etædæ, supra fusco-nigricantes, subtus virides; in alis secundariis, juxta marginem superiorem, punctum album. Oculi ante & pone lineola alba notati: magnitudo argi. Sexus forte differentia: alis supra cyaneis communitè est; variat & alis supra fuscis.

807. PAPILIO hexapus; alis rotundatis fulvis; utrinque punctis nigris.

Merian. *gall.* t. 164.

Pet. *mus.* p. 34. n. 317. Papilio minor aureus ex nigro permaculatus.

24

Raj.

Raj. inf. 125. n. 20. Papilio parva, alis exterioribus circa margines nigricantibus, media parte rufis, serici instar splendentibus, maculis longis nigris pictis.

Vulgo Butyracea vulgaris.

Habitat in pratis *Westmanniæ*.

OBS. Nulla alba puncta in inferiore ala subtrus.

808. PAPILIO hexapus; alis rotundatis fulvis: infra albo punctatis.

Pet. gaz. 22. t. 14. f. 3. Phalæna minor nostras fulva, alis limbo nigro insignitis?

Vulgo Butyracea albo-maculata.

Habitat cum præcedente in pratis *Westmanniæ*.

DESCR. Figura *Petiveri* quadrat, ni antennæ different. Facies & magnitudo omnino præcedentis, sed Alæ supra fulvæ s. ignei coloris, nitidæ, immaculatæ, margine tantum nigro. Alæ primores subtrus aliquot nigris punctis notatæ, quorum duo in medio coalita sunt. Alæ secundariæ subtrus magis griseæ, punctis nigris & aliquot majoribus albis; ad marginem posteriorem versus anum alæ denticulatæ sunt, & maculis semicircularibus fulvis notatæ. Mas supra maculis caret nigris.

Phalæna.

* *Antennis prismaticis.*

809. PHALÆNA prismicornis spirilinguis fusca; alis inferioribus abdomineque fasciis transversis rubris.

Mouff. lat. p. 91. f. 2. & p. 182. f. 1. Eruca glabra viridium nobilissima.

Jonst. inf. t. 19. n. 1. 2. Eruca viridis Ligustrina.

Jacob. mus. dan. 1. f. 5. n. 24. t. 1. f. 24. exterior. Eruca glabra & cornuta prima.

Jung. verm. 108. Eruca virgata s. calcarifata.

Swam. bibl. t. 29. f. 1. 2. 3.

Merian. europ. 3. p. 54. t. 23. gallic. t. 124.

Alb. inf. t. VII.

Gæd. belg. 1. p. 93. f. 24. (Papilio, non larva.)

List. gæd. p. 71. t. 25. (Papilio, non larva.)

Reaum. gall. 2. t. 20. f. 1. 2. 3. 4. Sphinx.

Raj. inf. 144. n. 1. Phalæna maxima caudata, alis angustis longis acutis, abdomine roseo: sex septemve areolis transversis nigris. p. 362.

p. 362. n. 62. *Eruca glabra maxima*, viridium nobilissima mouffeto.

Vulgo Sphinx.

Habitat in *Ligustro*, *Syringa*, *Fraxino*, *Lonicera*, *Salice*.

Larva XVIpus, glabra, cauda cornuta.

810. PHALÆNA prismicornis spirilinguis; alis planiusculis erosis griseis, antennis albis. *De Geer*.

Habitat in *Populo*.

DESCR. Larva cornicauda. PHALÆNÆ pedes posteriores antennæque albæ. Alæ griseo-variegatæ, cineræ: inferiores minores, magis fulvæ.

811. PHALÆNA prismicornis spirilinguis; alis viridi fulvo purpureoque variis.

Mouff. lat. p. 183. Porcellus.

Gæd. belg. 3. p. 47. t. 7.

List. gæd. p. 73. f. 26. Eruca elephantina.

Albin. inf. t. 1. f. D. E.

Merian. europ. 2. p. 23. f. bona. gallice t. 73.

Frisch. germ. 13. p. 4. t. 2. Eruca vitis brunnea.

Raj. inf. 145. n. 2. Phalæna major, cauda acuta, alis angustis acutis ex viridi fulvo & purpureo rubente colore varia.

149. *Eruca porcellus dicta?*

Vulgo Porcellus.

Habitat in *Vite*, *Impatiente*.

OBS. Vidi Larvas duas distinctas in Suecia e genere Porcelli Elephantis, quarum metamorphosis nondum absoluta est.

812. PHALÆNA subulicornis elinguis; alis depressis nebulosis, abdomine annulis albis.

Plin. hist. l. 17. c. 24. Cossus.

Mouff. lat. p. 196. f. 1. Sphondyla rubra.

Mer. eur. 3. p. 58. t. 36. gallice t. 137. ☞ 171.

Gæd. belg. 2. p. 112. f. 33.

List. gæd. p. 105. f. 39.

Alb. inf. t. XXXV. f. 56.

Reaum. gall. VI. t. 17. f. 1. 3. 4. 5.

Frisch. germ. 7. p. 1. t. 1. Eruca terrestris magna.

Raj. inf. 150. n. 2. Phalæna grandis, alis cinerascens
tibus

tibus: lineolis creberrimis nigricantibus variis, abdomine annulis transversis nigris & albis versicolore.

p. 351. *n.* 25. *Eruca maxima subterranea* raris pilis obsita, supina parte tota, excepto capite, rubra, prona flava.

Vulgo Cossus.

Habitat in *ligno Salicis*, vescitur ligno, non foliis.

Larva XVIpus pilis raris.

Puppa intra folliculum e terra; incisuris puppæ dentatis.

813. PHALÆNA subulicornis elinguis, alis lanceolatis albis: venis nigris.

Reaum. gall. 1. t. 12. f. 9. 10.

Æt. upf. 1736. p. 26. n. 85. *Papilio apiformis*, abdomine aureo.

It. æl. 152. *Papilio apiformis*, abdomine aureo.

Habitat in lucis & hortis.

DESCR. Figura & facies apis. *Alæ* albæ venis nigris: superiores maculis nigris in medio & in apice, inferiores solo margine nigra. Cingulum abdominis flavum. *Dorsum* nigrum lineis duabus flavis. *Cauda* ferruginea villosa. *Antennæ* clavato-subulatæ nigrae subtus albæ. *Pedes* spinosi.

814. PHALÆNA subulicornis spirilinguis; alis superioribus subcæruleis: punctis sex rubris, inferioribus omnino rubris.

Mouff. angl. p. 966.

lat. p. 97. f. *infim.* *Phalæna pratensis* 1.

Jonst. inf. t. 7. *ord.* 3. *Phalæna minima pratensis* 1, t. 6. *Papil. tab.* 9. *aldr.* n. 7.

Gæd. belg. 2. p. 126. t. 31. f. 1. 3. 4. Rara.

List. goed. p. 100. f. 37.

Mer. eur. 2. p. 27. t. 17. *gallie.* t. 67.

Alb. inf. t. 82. f. C. D. *Leopardus sylvestris*.

Reaum. gall. 1. t. 12. f. 14. 15. 16. 17.

2. t. 2. f. 2.

Petiv. mus. p. 36. n. 330. *Papilionoides virescens* maculis quinque miniatis ornatus.

Raj. inf. 134. n. 2. *Papilio pratensis*, alis pendulis, minor; corpore crasso nigro, alis externis ex cæruleo nigricantibus cum maculis sanguineis.

Merr.

Merr. pin. 198. Papilio minor cum alis externis nigris quinque maculis, internis rubris.

Vulgo Leopardus.

Habitat in *Filipendula*, volitans de die, licet tarde.

DESCR. Pupa intra folliculum membranaceum flavum latitat.

Phalæna mas gaudet maculis sex rubris in ala exteriori,

fæmina vero maculis quinque, connatis scilicet duabus bascos.

DESCR. Corpus & artus nigra, vestira lana nigra. *Antennæ* antrorsum ascendentes, versus summam partem sensim lariores (non tamen clavatae) ad apicem attenuatae ac depressæ. *Alæ* superiores ex viridi-cæruleo nitentes: punctorum tribus paribus ovatis coccineis. *alæ inferiores* coccineæ margine cæruleo nitido.

815. PHALÆNA subulicornis spirilinguis, alis deflexis crocis pallidis: triangulo fuscescente incarnatum includente, thorace gibbo. *De Geer.*

Merian. eur. t. 34.

Gæd. belg. I. p. 109. t. 56. Meticulosa.

List. gæd. 118. t. 44.

Reaum. gall. I. t. 8. f. 25. 26. ♂ 2. t. 14. f. 12. 13.

Vulgo Meticulosa.

Habitat in omnibus oleraceis: *Cheirantho, Urtica, Mercuriali.*

* * *Antennis pectinatis, Lingua nulla.*

816. PHALÆNA pectinicornis; alis supra viridibus: fascia transversali sinuato-dentata glauca.

Habitat Upsaliæ in *Lupuletis*, lecta ab O. Celfio.

DESCR. Est e mediocribus. *Caput* viride. *Alæ* superiores virides: fascia in medio alarum lineari, transversali, glauca: in singula ala denticulo unico antrorsum & alio opposito retrorsum spectante, præter denticulum alium ad marginem exteriorem alæ antrorsum prominentem. Margo alarum pone simili glauca linea terminatur, quæ in singula ala duos denticulos antrorsum exferit; alarum superiorum margo interior & exterior vix conspicue griseus. *Thorax & abdomen* villis glauco ferrugineis teguntur. *Alæ inferiores* cinerascens: *Antennæ* glaucae, filiformes, crenatae seu vix manifeste pectinatae (in nostro, quæ forte fæmina) vel potius serrate.

817. PHALÆNA pectinicornis; alis sublinearibus fuscis. *Aët. upf.* 1736. p. 26. n. 86. Papilio apiformis, abdomine nigricante.

Habitat - - -

DESCR. Figura, magnitudo & facies omnino apis. *Antennæ* nigrae, breves, pectinatae. *Alæ & totum corpus* e fusco umbrosa. *Pedes* spinosi.

818.

818. PHALÆNA pectinicornis; alis planiusculis rotundatis nebulosis lutescentibus: inferioribus linea longitudinali albida.

Habitat Upsaliæ rarior.

DESCR. *Antennæ* lanceolato-pectinatæ, fuscæ. *Alæ* rotundatæ, cinereæ nebulosæ, utrinque maculis obsolete testaceis seu luteis remere adspersæ, & *alæ inferiores* subtus linea albicante longitudinali bis fere interrupta notatæ.

819. PHALÆNA pectinicornis elinguis; alis deflexis albidis diaphanis: vasis obscuris.

Mouff. lat. p. 183. f. 10. Vinula.

Aldr. inf. p. 268. f. 1. 3. 6. 7. 8.

Mer. europ. 3. p. 59. t. 39. gallice, t. 140.

Gæd. belg. 3. p. 4. t. C.

1. p. 121. t. 65.

2. p. 158. t. 37.

List. gæd. p. 59. t. 20. n. 6. c.

Alb. inf. t. 11. f. 15.

Frisch. germ. 6. p. 18. t. 8. Eruca cauda furcata.

Reaum. gall. 2. t. 21.

Raj. inf. 153. n. 5. Phalæna major pulcherrima, alis amplis: exterioribus cinereis maculis & lineis nigris eleganter depictis.

n. 3. Eruca bicauda elegantissima, vinula dicta.

Vulgo Vinula.

Habitat in *Salice, Quercu, Populo*, præsertim *nigra* 821.
LARVA XIV-pus, caput sub scutum retrahere potest, dorso cruce notata.

820. PHALÆNA pectinicornis elinguis; alis deflexis: superioribus fuscis: rivulis albis; inferioribus purpureis: punctis sex nigris.

Aldr. inf. 245. t. 246. f. 11. 12.

Mouff. lat. p. 93. n. 18. f. suprema.

p. 186. f. 2. Ambulo secundus.

Hoffn. inf. t. 14. f. 11. edit. alt. 3. 4. 9.

Gæd. belg. 1. p. 74. f. 17.

List. gæd. p. 219. f. 99.

Blank. belg. p. 57. t. 9. f. A. B. C. Eruca ursina.
germ. p. 44. t. 9. f. C.

Merian.

Merian. eur. 1. p. 2. t. 5. ♂ 160.

Alb. inf. t. 20. f. C. D.

Frisch. germ. 2. p. 38. t. 9. *Eruca urfina.*

Reaum. gall. 1. t. 36. f. 7. 8.

Mus. petrop. 1. p. 711. n. 5. *Phalæna alis superioribus fuscis: lituris flavis, inferioribus rubris: maculis nigris ornata.*

Raj. inf. p. 151. n. 3. *Phalæna major: alis amplis oblongis albicante & fusco coloribus pulchre variegatis, interioribus rutilis cum maculis nigris.*

p. 152. n. 7. *Eruca densius pilosa magna, pilis longis incanis fulvis & nigris varia, cum punctorum albescentium lineis annularibus.*

Blank. herb. t. 87. f. 10. ♂ t. 76. f. 3.

Vulgo Urfus.

Habitat in *Lactuca* & adfinibus.

Larva XVIpus, hirsutissima, dorso nigro, abdomine lateribusque testaceis: punctorum lateralium longitudinalis ordo seu punctum ad latus singulæ incituræ album.

821. *PHALÆNA pectinicornis elinguis; alis deflexis atris: superioribus rivulis flavis; inferioribus rubris: maculis nigris.*

Alb. inf. t. XXI.

Reaum. gall. 1. t. 31.

Frisch. germ. 10. p. 3. t. 2. *Papilio maculis alarum superiorum albis & nigris, inferiorum aurantio-luteis, abdomine rubro.*

Habitat in *Urtica foliis ovalibus* 773.

DESCR. Priori quodammodo similis, sed minor. *Antennæ* sericeæ. *Alæ* nigrae, superiores rivulis flavis, inferiores rubrae nigris maculis: *abdomen* a tergo nigrum, lateribus coccineis ordine longitudinali punctorum atrorum, *colli* cingulum coccineum.

822. *PHALÆNA pectinicornis elinguis; alis deflexis albis, pedibus antennisque nigris.*

Gæd. belg. 1. p. 25. t. 3. *Procul spectabilis.*

List. gæd. 202. t. 87.

Merian. eur. 1. p. 11. t. 30. *Salix caprea latifolia.*

Blank. belg. p. 44. t. 8. f. A. B. C. D.

Frisch. germ. 1. p. 22. t. 4. f. bona.

Reaum.

Reaum. gall. 1. t. 34. f. 4. 5. 6.

Act. upf. 1736. p. 124. n. 58. Papilio alis depressis
niveis, antennis pennatis, pedibus annulis nigris.

Habitat in *Salice* 812, quam quotannis devastat. i-
tem in *Populo alba* 820.

Larva XVIpus, nigra, verrucis fuscis, pilosis. maculae IX duplicate,
longitudinales, flavicantes; mutata 1740: VI. 25 - VII. 4.

Phalæna est elinguis, nivea, antennis nigris, pedibus nigris; annulis albis.

Maris antennæ pectinatæ utrinque; *Femine* hinc tantum.

823. PHALÆNA pectinicornis elinguis; alis deflexis
albidis: punctis nigris, abdomine ordinibus
quinque punctorum.

Gæd. belg. 1. p. 63. t. 23. Lubricipeda.

List. gæd. 210. t. 93.

Frisch. germ. 3. p. 22. t. 8.

Merian. eur. 1. p. 16. t. 46. f. 65.

Alb. inf. t. 21. f. 30.

Reaum. gall. 2. t. 1. f. 7-9.

Act. upf. 1736. p. 124. n. 59. Papilio alis depressis
albis, punctis nigris, ventre quinque punctorum.

Habitat in arboribus pomiferis, *Urtica*, *Attriplice*,
Quercu.

Mar flavus ordine transverso punctorum nigrorum obliquorum.

824. PHALÆNA pectinicornis elinguis; alis deflexis
pallidis: fascia alarum transversali saturatiore.

Gæd. belg. 1. p. 36. t. 10.

List. gæd. 204. t. 89.

Raj. inf. 213. *Eruca sepiaria gregaria major*, pulchre
colorata.

Mouff. lat. 188. *Neustria major*.

Merian. eur. 1. p. 12. t. 33.

Blank. belg. 48. t. 8. f. I. K. L. M. *Eruca annularis*.

Frisch. germ. 1. p. 10. t. 2. *Eruca annularis*.

Reaum. gall. 2. t. A. f. 1-11.

Vulgo Annularia.

Habitat in *Pyro*, *Pruno*, reliquisque fructu esculen-
to, præsertim in summis ramulis.

Larva XVIpus, gregaria. ova numerosa, contigua, in formam annuli depo-
sita, ramos cingentia.

825. PHALÆNA pectinicornis elinguis; alis deflexis griseis: fasciis duabus obliquis albidis inferioribus prominulis.

Frisch. germ. 9. p. 10. t. 8. Papilio crucæ tithymali secundæ.

Habitat in *Tithymalo*.

DESCR. Color totius cervinus. f. lutescens in alis; thorax valde pilosus, ejusdem coloris, sed paullo dilutioris. Caput sub thorace reconditum. Lineæ f. fasciæ duæ exalbidæ oblique alas notant: ala inferior margine ultra superiorem prominet. Antennæ valde pectinatæ instar pennæ.

826. PHALÆNA pectinicornis elinguis; alis cinereo-fuscis: lineis lunulisque glaucis: subtus puncto atro.

Act. upf. 1736. p. 25 n. 75. Papilio alis depressis fuscis: fascia pallida longitudinali ramosa, subtus puncto nigro notatis.

Act. holmens. 1742. p. 40. t. 2. f. A. B. C. D. Vermis gramen depascens.

Habitat in pratis, ubi *Gramen*, futuri proventum fœni, depascitur sæpe omne, hinc rusticis notissima per aliquos annos: 1740, 1741, 1742 non sine damno summo totius regni; relinquit plantas, sed omne gramen consumit. fossis capitur, e quibus adscendere nequit; suibus transit in pabulum; a Cornicibus devoratur egregie.

DESCR. Est e Phalænis mediis. Tota satis brevis, hirsuta. Alæ superiores cinereo-fuscæ, quas lineæ aliquot longitudinales glaucæ exarant. ubi hæ striæ ramosæ evadunt, observatur lunula grisea cornibus posteriora respiciens; supra hanc lunulam punctum griseum est. Alæ hæ subtus cinereo-fuscæ, cum puncto nigro in medio: alæ inferiores pallide griseæ cum fuscidine versus marginem, & puncto subtus nigro.

827. PHALÆNA pectinicornis elinguis; alis planiusculis: superioribus macula alba anguli ani; femina aptera.

Goed. belg. 1. p. 113. t. 59. Antijk peregrinum.

List. goed. p. 191. t. 79. femina.

Swam. quart. 183. t. 10. mas & femina.

Act. upf. 1736. p. 25. n. 74. Papilio alis depressis cinereo fuscis, antennis pectinatis.

Mér. eur. 84.

Raj.

Raj. inf. 173. n. 24. *Phalæna cinerea ventricosa*, corpore brevi, alarum expers.

344. *Eruca sublutea pilosa*, quatuor in medio dorso agminulis seu penicillis pilorum longiorum luteorum, & longo pilorum nigrorum penicillo in cauda.

Reaum. gall. 1. t. 19. f. 12. 13. 17.

Habitat in *Pruno*.

Mas alis gaudet amplis, cinereo nebulosis: *femina* alis caret.

MAS antennæ fuscis, plumosis. *Alæ* superiores supra flavescentes, fusconebulosæ, in singula ala versus angulum ani macula alba lunulata: alæ hæ subrus lutescentes s. ferrugineæ, uti & alæ inferiores utrinque. *FÆMINA* pectinicornis cinerea, alis vix manifestis, pallidis.

Larva pedibus XVI, hirsuta, fasciculis 4 dorsalibus albidis, fastigiatis & scopis ad latera solitariis oppositis ut & in cauda unica; scopæ loco antennarum, brachiorum & caudæ constant pilis apice penicilliformibus longioribus.

828. *PHALÆNA pectinicornis elinguis*; alis deflexis cinereo-undulatis: fasciis transversis obscurioribus, capite inter pedes porrectos.

Merian. eur. 47.

Reaum. gall. 1. t. 33. f. 4. 5. 10. 11. 12.

Goed. belg. 3. p. 33. t. 5.

List. goed. p. 191. f. 81.

Raj. inf. 185. n. 7. *Phalæna media cinerea*, alis oblongis, exterioribus quatuor lineis nigricantibus transversis distinctis.

344. n. 9. *Eruca major pulcherrima pilosa* e viridi flavicans, quatuor in medio dorso scopulis e flavo albicantibus, cum purpureo penicillo longiore supra caudam.

Habitat in *Pruno Armeniaca dicta*, *Castanea*, *Pyro*.
DESCR. Larvam sæpe vidi (nondum *Phalænam*) quæ scopulis 4 in medio dorso flavo-albentibus, & penicillo caudæ purpureo.

829. *PHALÆNA pectinicornis elinguis villosissima cinerea*; alis exterioribus lineolis obsoletis nigris maculaque duplici pallida.

Mouff. lat. 189. Antennulata.

Merian. eur. t. 18. *Taraxacum*.

List. goed. 192. t. 80.

Goed.

Goed. belg. 1. p. 84. t. 36. *Eruca fasciculata*.

Raj. inf. 186. n. 8. *Phalæna obsolete cinerea*, alas corpori velut circumvolvens, pedes primores longa & densa lanugine hirsutos antrorsum longissime porrigens.

334. *Phalæna* e cinereo albicans, corpore habitiore, antennis plumosis rubentibus, primores pedes cum sedet protendens & alas corpori velut circumvolvens.

344. *Eruca media nigra*, longis pilis hirsuta, quinque medio dorso innascentibus pilorum longiorum scopulis: nigro albo & ex luteo viridi coloribus variis.

Habitat in *Leontodonte*, *Trifolio*.

DESCR. Larva pilosa, fasciculis quinque in dorso, ad aures & caudam solitarios.

830. *PHALÆNA pectinicornis elinguis*; alis cinereis: exterioribus lineis binis oblique transversis albidis.

Act. upf. 1736. p. 25. n. 65. Papilio alis depresso cinereo testaceis: lineis binis albis obliquis.

Habitat Upsaliæ.

DESCR. Hirsutissima est & satis magna. capite & thorace crasso. Alæ deflexæ, griseo-cinereæ, lineis duabus transverso-obliquis, albis, ante posticam lineam umbra quasi exalbida. Alæ inferiores nervis 8. crassioribus exaratae sunt, quorum quatuor exteriores puncto crassiusculo in medio fere notatae. Antennæ filiformes, albicantes, subtus vix manifeste pectinatae (qua femina erat) exclusa d. 1. Junii 1742.

LARVA magna, nigra, pedibus XVI, tota hirsuta, dorso pilis rufo-fuscis, reliquis nigris, exiit Larvâ die 16 Maji eodem anno.

831. *PHALÆNA pectinicornis elinguis*; alis glaucis: exterioribus lineis binis oblique transversis flavis.

Habitat - -

DESCR. Præcedenti dimidio minor. Alæ superiores incumbentes, cinereo-glaucæ, fasciis duabus transversis, cruribus posteriora versus flexis, flavis. totum corpus griseum seu dilute testaceum. Alæ inferiores absque maculis, sed margine prominulo, versus earum basin, quo margine extra superiores fere uti in *Quercus folio*, sed minus manifeste. Antennæ parvæ, levissime pectinatae. Mas erat.

832. *PHALÆNA pectinicornis elinguis*: Bombyx dicta.

Aldr. inf. 280 - 282. 246. f. 2. 3.

Jonst. inf. t. 22. Papilio Bombyx.

R

Mouff.

Mouff. lat. 181. Bombyx.

Mer. eur. 1. p. 1. t. 1.

Gæd. belg. 1. p. 93. t. 42.

List. gæd. 84. f. 32.

Blank. belg. 60. t. 9. f. D. E. F.

Charl. onom. 40. Papilio Bombycum.

Alb. angl. t. 12. f. 16.

Bradl. nat. t. 27. f. 1. E. 1.

Reaum. gall. 2. t. 5. f. 2.

Triewald. act. stockh. 1745. p. . . t. .

Vulgo Bombyx.

Suecis Silkesmask.

Habitat in *Moro*, ex cujus foliis victitat, apud nos tantum colitur.

OBS. Larva caudata est.

833. PHALÆNA pectinicornis elinguis; alis cinereo flavoque rufis: margine laceris.

Gæd. belg. 1. p. 155. t. 67. Libatrix.

List. goed. 81. t. 30.

Act. upf. 1736. p. 25. n. 63. Papilio alis depressis erosis croceo-rufis.

Pet. gaz. 29. t. 19. f. 4. Phalæna fasciata perelegans extremitate spiralis?

Vulgo Libatrix.

Habitat in variis, præsertim in *Glechomate*.

DESCR. Pedes annulis albis plurimis notantur. Alæ incumbentes deflexæ, pone erosæ, supra ruffo & fusco variæ; linea oblique transversa albida, cum puncto unico albo ad basin & altero in medio. Alæ subrus nebulosæ. Antennæ parum pectinatæ, antice versus basin albæ.

834. PHALÆNA pectinicornis elinguis; alis angulato-dentatis fulvis: linea duplici fuscis, thorace flavo.

Goed. belg. 2. p. 161. t. 38. Terribilis an?

Raj. inf. 296. n. 21. Eruca geometra rubescens teres bacilliformis, cum duplici tuberculo insigni in medio dorso & tribus inferioribus exstantibus annulis e tuberculis compositis.

Habitat in *Alno* 775 a cujus foliis pascitur.

DESCR. Larvæ facies adeo exacte refert ramulum Alni, præcedentis s. penultimi anni, ut vix natura quid magis simile unquam effinixerit; crassitie, figura, colore, tuberculis, scabritie, omnibus. est enim lon-

longitudo Larvæ 3 ad 4 digitorum transversorūm, crassities fere pennæ minoris anserinæ; color cinereo-griseus; pedes 10: quorum 6 antecedentes prope caput, breves; 2 in caudâ; 2 paulo ante pedes aſi. versus caudam sensim incrassatur animal, versus caput, quod mirum, attenuatur. Lævis est; variis tuberculis vestigia petiolorum referentibus, ut, qui viderit alni ramulūm, non opus habeat descriptione.

Phalæna ipsa prodiit post mensem, magnitudine Bombylium excedens: thorace hirsuto, flavo; abdomine incarnato; alis omnibus angularis, sive erosus fulvis: superioribus lineis duabus obsolere fuscis, remotis; inferioribus supra etiam subtrus fulvis; sed punctis fuscis, obsoletis, remere sparsis cum macula lunari fusca in medio, & punctis nigris in margine alarum omnium. Os nullum. *Antennæ* barbatae; rachi albida villis incarnatis.

Goed. belg. 2. t. 34. in multis a nostra differt, licet in paucis conveniat, propius accedit ad *Goed. belg. 2. t. 38.* sed hujus alæ inferiores carent fascia ista transversa.

835. PHALÆNA pectinicornis elinguis; alis planiusculis cinereis: singulis ocello fasciaque fusca,

De Geer.

Jonst. inf. t. 8. f. 7.

Reaum. gall. 1. t. 49. f. 7.

Mouff. lat. 20. Phalæna tertia.

Raj. inf. 146. Phalæna major pulchra, maculis ophthalmoidibus in singulis alis singulis.

147. *Eruca viridis rarius pilosa, fulvis s. rubentibus in medio annulis, geranicola Mouffet. 180.*

Pet. gaz. 53. t. 33. f. 12. Phalæna nigrescens, maculis majoribus, subtus flavescens.

Habitat in *Rosa* & *Rubo* in Finspång Ostrogothiæ.

De Geer; ad Staffund Uplandiæ. B. Kallenberg.

DESCR. Corpus crassiusculum. *Antennæ* pectinate lanceolate cinereæ, latæ: Alæ omnes luteo ferrugineæque variæ, singule utrinque in medio ocello magno nigro cum annulo griseo eique induta lineola alba. Infra ocellos fascia griseo fusca linearis undulata versus marginem posticum. *Pulchella* avis & majuscula.

836. PHALÆNA pectinicornis elinguis; alis deflexis griseis: macula duplici albidò-flavescente geminata. *De Geer.*

Merian. eur. t. 9.

Goed. belg. 1. p. 116. t. 61. Cæruleo-cephalus.

List. goed. 121. t. 47.

Frisch. germ. 10. p. 5. t. 3. f. 4. Eruca cæruleo vitidis: triis luteis.

R 2

Re-

Reaum. gall. 1. t. 18. f. 7. 8. 9.

Raj. inf. 163. n. 17. *Phalæna media habitior*, alis exterioribus pullis, duabus tribusque maculis albis, e duobus circellis compositis contiguis notatis. Habitat in *Pyro*, *Cratægo*, adfinibus.

* * * *Antennis pectinatis, Lingua spirali.*

837. PHALÆNA pectinicornis spirilinguis; alis subdeflexis margine rubro: superioribus fulvis lunula fusca, inferioribus fuscis.

Rob. ic. t. 30. f. 1.

Act. upf. 1736. p. 23. n. 41. *Papilio* alis planis fulvis: macula rubente.

Raj. inf. 228. n. 75. *Phalæna minor*, corpore crasso e fusco & rubro diversicolore, alis exterioribus obscure rufis s. pullis: duabus maculis nigris notatis, interioribus e pullo & rubro variis.

Habitat in *Gramine*.

DESCR. *Antennæ* pectinatæ (in fœmina minus) rachi coccinea, radiis fuscis. *corpus* pilosum crinibus flavis. *Abdomen* inter pedes rubrum, *Alæ superiores* extus luteæ (in mare flavæ, in fœmina fulvæ), in medio alæ extus lunula ferruginea seu fulva in macula fusca; subtus fusco-nebulosæ. *Inferiores Alæ* extus cinereæ, macula in medio fusca, oblonga, & arcu intra marginem fusco; ergo alæ inferiores extus simillimæ alis superioribus a latere interiore. Alæ inferiores subtus pallidæ macula in medio obscura. omnes alas cingit margo e pilis coccineis.

838. PHALÆNA pectinicornis spirilinguis viridi-cærulea nitens; alis inferioribus fuscis.

Habitat Upsaliæ in Lillieholmen loco campestri d. 3 Junii frequens.

DESCR. Magnitudo Tabani majoris. Color viridi-cæruleus, nitens in alis superioribus supra & toto abdomine; at alæ inferiores utrinque & superiores subtus fusca.

839. PHALÆNA pectinicornis spirilinguis; alis planiusculis rotundatis: supra fuscis: antrorsum albis.

Habitat in Pratis.

DESCR. Magnitudo media. *Antennæ* magnæ, nigre: *Alæ* omnes supra fusca, margine albæ, & versus basin e medio albæ. subtus omnes cinereo punctatæ lineolis undulatis duabus griseis; *superiores* subtus macula una alterave albicante magna.

840. PHALÆNA pectinicornis spirilinguis; alis planiusculis angulatis flavis fusco-nebulosis. *Act.*

Aët. upf. 1736. p. 24. n. 48. Papilio alis planis pallidis angulatis.

Alb. angl. t. 42. f. 69.

t. 95. f. C. D. *varietas vel sexus.*

Habitat in *Roslagia*.

841. PHALÆNA pectinicornis spirilinguis; tentaculis fetaceis longitudine antennarum, alis planiusculis albidis. *De Geer.*

Habitat - - -

DESCR. Alæ planiusculæ, albidæ; *Phalæna* mediæ magnitudinis: tentacula in hac una unica adfunt inter omnes a me visas.

* * * * *Antennis pectinicornibus alis planis sedentes.*

842. PHALÆNA subfeticornis spirilinguis; alis patentibus dentatis: fasciis cupreo-cinereis.

Habitat - - -

DESCR. Alæ omnes pone, præsertim inferiores, ipsa substantia (nec pilis) dentatæ, supra fascia ad basin, & lata in medio cupro-cinereæ in superficie cinerea.

843. PHALÆNA pectinicornis spirilinguis; alis patentibus cinereis: fasciis duabus fuscis.

Habitat in Umbrosis.

DESCR. Alæ superiores cinereæ, fascia ad basin fusca, parva, & alia in medio magna, undulata; tota superficies, si lente inspicatur, punctis albis adspersitur; rachis antennarum alba est: inferiores alæ pallida fascia unica in medio obsoleta; subtus hæc alæ puncto nigro obsoleto gaudet in medio, abdomen cinerascens.

844. PHALÆNA subpectinicornis spirilinguis; alis patentibus: fasciis albidis fuscisque variis.

Habitat in *Pinetis*, pini foliis victitans.

DESCR. Alæ cinerascens, fasciis nebulosis, obscurioribus & albidioribus cinereis, variis in diversis individuis, ut distinctæ fasciæ vix determinari possint; inferiores alæ canæ, excepto postico margine: puncta nigra, oblonga marginem tenuiorem cingunt in utraque alæ; subtus alæ cinereæ cum puncto nigro in singula medio. Pedes cinerei albis maculis. Antennæ corpore dimidio breviores tenues, & vix manifeste pectinatæ, cinereæ. Abdomen albidum immaculatum. Rostrum spirale flavum. character nigricans in medio alæ superioris.

845. PHALÆNA pectinicornis spirilinguis; alis patentibus albidis: lineolis quatuor nigris transversis marginalibus.

Aët. upf. 1736. p. 23. n. 44. Papilio alis planis albidis, fasciis linearibus nigricantibus.

Goed. belg. 1. p. 23. t. 35. Somnolentus.

List. goed. 38. t. 12.

Pet. mus. 3. n. 4. Phalæna hortensis media cinerea, maculis fuscis notata.

Raj. inf. 179. Phalæna minor, alis amplis e cinereo albicantibus, interdum fusco cinereis, quatuor in exteriorum margine maculis linearibus e rufo nigricantibus.

Frisch. germ. 3. p. 15. t. 3. f. 1. Eruca spithametra viridi-lutea maculis nigris.

Merian. eur. t. 25.

Vulgo W. littera.

Habitat in *Ribe baccis rubris* 197 & *Grossularia spinosa* 198 Larva geometra.

DESCR. Antennæ albidæ, parum plumosæ. Alæ planæ, supra cinereæ albidæ; majores margine exteriori notatæ lineolis quatuor transversis nigris, quarum secunda reliquis longior, quarta vero latior. Alæ subtus subgriseæ sunt. Mas antennis pectinatis; femina omnino setaceis, nec ullo modo pectinatis, sed tantummodo setatis etiam lente inspecta observatur.

* * * * * Antennis simplicissimis, Lingua spirali;
Alis planis sedentes patentibus.

846. PHALÆNA seticornis spirilinguis; alis patentibus albo fuscoque nebulosis, ano flava.

Goed. belg. 2. p. 37. f. 13.

List. goed. p. 156. f. 61.

Alb. inf. t. XXXVII. f. 60.

Reaum. gall. 1. t. 49. f. 18. 19.

Pet. gaz. 51. t. 32. f. 8. Phalæna minor alba, maculis nigrescentibus ornata.

Raj. inf. 222. Phalæna minor; alis oblongis ex albo & caruleo nigricante variis, ad exortum flavis.

Habitat in omnibus Pomiferis, Drupiferisque arboribus, uti in *Pyro*, *Malo*, *Ceraso*, folia & flores devastans, integrosque hortos fructu spolians.

LARVA fumo ex arbore abigitur, descendit per fila tenuia, mox iterum ascendit per corticem arboris, ni visco sit oblitus, vel a gallinis admittis deçretur. Circa Solstitium æstivum descendit & evanescit, in Puppam transitura.

847. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis patentibus supra fuscis pone subtusque flavescens.

Hoffn. inf. 4. t. 11. f. 3.

Habitat in pascuis Oestunæ Uplandiæ. *D. Leche.*

DESCR. Facies papilionis 787. *Corpus* nigricans. *Alæ superiores* fuscae & tristi colore, pone versus marginem quasi fusco flavescens obsoletæ; macula in medio versus marginem crassiorem una alterave magis obscura. *Alæ omnes* subtus flavescens fasciis obsoletis concretescentibus & puncto magno lunari atro in alis superioribus, fere in medio.

848. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis patentibus canis: fasciis cinereis duabus tribusve punctoque nigro.

Habitat in Pratis arboribus confitis.

DESCR. Magnitudo tabani. *Alæ superiores* canæ fasciis duabus vel tribus latis æqualibus transversis subcinereis. *alæ inferiores* canæ versus posticum marginem magis cinereæ. *Alæ omnes* subtus coloris accipitrini s. cinerei: cum tinctura rufescentis coloris vix manifesti; punctum nigricans in alis exterioribus utrinque conspicuum. *Maris antennæ pestinatae* sunt; *Fæminæ vero setaceæ* uti præcedentis.

849. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis patentibus albis: maculis inæqualibus nigris plurimis.

Mouff. angl. p. 905.

lat. p. 96. *n.* 10.

Fonst. inf. p. 89. *n.* 10. *t.* 6.

Mer. eur. 1. p. 11. *t.* 29. (male antennis clavatis.)

Gæd. belg. 1. p. 101. *t.* 31.

List. gæd. p. 24. *f.* 9.

Blank. belg. p. 41. *t.* 7. *f.* E. F. G. H. Geometra.

Frisch. germ. 3. p. 14. *t.* 2. Spithometra nigro luteoque maculata.

Pet. mus. 3. n. 4. Phalæna hortensis alba, maculis plurimis nigris insignita.

p. 4. *n.* 7. Eruca geometrica, pulchre variegata, grossulariis depascens.

Raj. inf. 178. *n.* 14. Phalæna media, alis amplis albis, maculis crebris nigris & lineis transversis luteis variis.

179. Eruca geometra grossularia majuscula alba rubro & nigro coloribus varia.

373. *n.* 1. Eruca geometra grossulariam depascens.

Habitat in *Ribes* Speciebus, *Amygdalo*, *Salice*, *Pruno spinosa*.
Larva Xpus.

850. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis patentibus rotundatis niveis: atomis cinerascens parvis.

Habitat in Lucis.

DESCR. E majusculis hujus ordinis. Tota nivea, supra. Alæ pulvere vix conspicuo cinerascens adspersa. Oculi nigri; Femora primaria nigricantia.

851. PHALÆNA feticornis; alis patentibus albis: omnibus nebuloso-reticulatis glabris.

Act. upf. 1736. p. 24. n. 52. Papilio alis planis nitidis albis: omnibus reticulatis.

Raj. inf. 227. n. 87. Phalæna minor piscinas & stagna frequentans, alis utrisque albo & fusco s. nigricante colore variis?

Habitat in *Lemna*.

DESCR. Alæ omnes reticulatæ sunt, reticulo duplici linea nigricante, intra quas color flavescens, sed admodum obsoletus: intra circulos sive campos retis albæ omnino sunt albæ. Alæ utroque latere spectatæ concolores sunt.

852. PHALÆNA feticornis; alis patentibus albis, pone fascia marginali; inferioribus nigra: punctis quatuor albis.

Reaum. gall. 2. t. 32. f. 13. t. 16. 17.

Habitat in *Lemna*, ex cujus foliis in cylindrum collectis fil nidus pro puppa supra aquas.

DESCR. Magnitudo fere Tabani. Antennæ corpore $\frac{1}{2}$ breviores, articulis singulis ab altero latere albo triangulo pictis, inde hinc visæ annulis albis cinctæ conspiciuntur.

Alæ superiores albæ fascia ad marginem posticam fusca in medio glauca; punctum fuscum in medio alæ. Lineola flexuosa glauca ante fasciam. subtus cinereæ sunt hæc alæ puncto in medio fusco.

Alæ inferiores albæ: fascia ad marginem posticam nigra, lineola longitudinali superincumbente glauca & punctis quatuor albis, in fascia, secundum ejusdem longitudinem; in medio hujus alæ punctum nigrum & macula nigricans; subtus hæc alæ albidiores sunt.

853. PHALÆNA feticornis; alis patentibus albis: inferioribus nebuloso-reticulatis glabris.

Læsel. prussic. 178. Eruca nymphææ.

Reaum. gall. 2. t. 32. f. 1. 11. 8. 9.

Act. upf. 1736. p. 24. n. 51. Papilio alis planis nitidis albis, inferioribus reticulatis. Habi-

Habitat in *Potamogetone foliis natantibus* 139.

DESCR. Est hæc præcedente duplo major.

854. PHALÆNA feticornis; alis patentibus cinereis: fasciis linearibus fuscis, punctoque nigro.

Habitat in Aquosis.

DESCR. Magnitudo Tabani. Alæ albo-cinereæ fasciis angustis, undulatis & puncto in mediis alis nigro, tam supra quam infra.

OBS. Nescio adhuc utrum os lingua spirali instruat, nec ne.

855. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis patentibus albidis obsolete fusco-undulatis nitidis.

Act. upf. 1736. p. 24. n. 50. Papilio alis planis nitidis albidis: fasciis undulatis.

Reaum. gall. 2. t. 19. f. 1-5.

Habitat in *Urtica*.

856. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis patentibus: fasciis tribus griseis, punctoque nigricante.

Act. upf. 1736. p. 24. n. 47. Papilio alis planis griseis, fascia pallida.

Habitat - - -

DESCR. Alæ superiores plano-patentes, flavæ, nitidiusculæ, fasciis tribus griseis: quarum prima ad basin, secunda spatio remota, angusta; tertia magis remota, latior, pone undulata. Alæ inferiores albo-flavescentes: singulæ alæ subtus in medio puncto nigro notatæ: *antennæ* setæ crassioris instar equinæ. *pedum* priorum palmæ albo fuscoque variæ, magnitudo mediocris: in alis superioribus inter fascias duas posteriores punctum nigrum; pars postica alarum superiorum immaculata flavescens.

857. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis patentibus viridibus.

Habitat in Ostrogothia.

858. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis patentibus flavescente - niveis fascisque linearibus nigris.

Habitat in pratis & *Gramine*.

DESCR. Alæ omnes concolores, tam supra quam infra niveæ cum tinctura flavescenæ; nervi nigri ramosi; in *superioribus* linea transversa nigra, dein similis præcedente cum hamo; tum parum arcuata, demum ex duplici arcu. *inferiores* lineola transversa, dein parum arcuata, cum ex duplici arcu. margines omnes postici albi deneibus nigris.

859. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis patentibus albidis: fascia lata nebulosa interius & notata.

Mer.

Mer. eur. t. 120.

Gæd. belg. 3. p. 17. t. K.

List. gæd. 39. t. 13.

Vulgo Omicron - ypsilon.

Habitat in Propæolo.

DESCR. *Antennæ* setaceæ, minus barbatae. *Lingua* spiralis. *Alæ* supra cinerascens, nitida: exteriores basi fusca macula, in medio ad marginem majorem macula magna, fusca, versus apicem macula minori fusca. *Abdominis* segmenta singula a tergo duobus punctis nigris: margo alarum exteriorum posticus lineola e punctis binatis constructa notatur. punctum nigrum sub singula ala. *Pedes* & tibiæ primores nigricantes albis punctis. Vel alia accuratio descriptio: *Corpus* albidum. *abdomen* a tergo duplici ordine punctorum nigrorum. *Alæ* superiores supra albescentes aut albæ, basi obsolete nigricantes aut nigræ. Fascia in medio lata inæqualis nebulosa vertus corpus omicro-ypsilon notata, corniculis corpus versus respicientibus apicem macula e duplici puncto nigricante.

Alæ inferiores supra albescentes linea transversa cinerica repente. *Alæ* omnes subtus pallidæ, introrsum pallidiores linea e punctis albidis cinctæ punctum nigrum in singula ala subtus. *Mas* albidior est femina.

860. PHALÆNA seticornis spirilinguis; alis patentibus albis: margine undique interrupte fuscis.

Act. upf. 1736. p. 23. n. 37. Papilio alis planis albis, maculis fuscis inæqualibus marginalibus.

Habitat. - - - - -

DESCR. *Alæ* albæ margine postico fusco lato inæquali; fasciæ margine exteriori macula longa versus basin, brevior in medio; vertus apicem occurrit macula marginis postici.

861. PHALÆNA seticornis spirilinguis; alis patentibus nigro-nebulosis: fasciis duabus albis.

Act. upf. 1736. p. 24. n. 46. Papilio alis planis cinereis, fasciis albis punctatis.

Habitat - - -

DESCR. Alis fedet planis; *alæ* hæ versus basin nigro-nebulosæ, dein fascia undulata alba, angusta, hinc nigricante nebulosa latiore, tum alba minore præcedente, majore autem insequente alba, punctis quibusdam nigris notata; ultimo fascia nigricans punctis albis. *Antennæ* nigræ. *pedes* albi.

862. PHALÆNA seticornis spirilinguis; alis patentibus: fascia duplici alba, duplicique nigra alterna.

Act. upf. 1736. p. 23. n. 45. Papilio alis planis albidis, fasciis latis cinereis.

Habitat. - - -

DESCR. Facies præcedentis. *Alæ* versus basin nigricantes: mox fascia lata alba, dein fascia lata nigra, ultimo fascia lata alba.

863.

863. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis patentibus cinereo - maculatis,
Act. upf. 1736. p. 23. n. 43. Papilio alis planis virescentibus cinereo-maculatis.
Alb. angl. t. 50. f. 86.
 Habitat - - - -
DESCR. Hæc colore virescente superbit, & unica infuper macula versis alarum apices.
864. PHALÆNA feticornis spirilinguis tota atra, alis erectis apice albis.
Act. upf. 1736. p. 23. n. 35. Papilio alis planis nigris: apicibus albis.
 Habitat in *Pascuis* mense Junio & Julio frequens.
DESCR. Est e minoribus. Tota atra, exceptis summis apicibus alarum exteriorum margine albis; dum sedet alas erectas, uti Papiliones diurni, tenet.
865. PHALÆNA feticornis spirilinguis tota nivea,
Act. upf. 1736. p. 24. n. 39. Papilio alis planis albis.
 Habitat in pratis mense junio.
DESCR. Tabano primo paullo major, omnibus suis partibus nivea.
866. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis patentibus: fascia duplici fusca albaque alternis.
Frisch. germ. 15. p. 35. t. 14. Papilio erucæ spithametræ lineis utrinque tribus.
 Habitat in *Pruno*.
867. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis patentibus, erucæ viridis bacilliformis.
Frisch. germ. 7. p. 27. t. 19. Papilio erucæ spithametræ luteo - viridis erectæ stantis.
 Habitat in *Pruno*.
868. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis patentissimis linearibus ramosis; exterioribus bipartitis; inferioribus tripartitis.
Reaum. gall. 1. t. 20. f. 1. 2.
 ? *Frisch. germ.* 3. p. 20. t. 10. Papilio erucæ florum caprifolii?
Raj. inf. p. 205. n. 101. Phalæna minima, alis amplis,

plis rigidis, membrana connectente facile distructa a se invicem disjunctis.

Aët. upf. 1736. p. 26. n. 87. Papilio alis ramosis.

Habitat in *Lonicera* (*Xylosteo*) in insula upsalienfi Lielholmen.

* * * * * *Alis simplicissimis, Lingua spirali; nec alis planis sedentes nec fronte prominula.*

869. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis superioribus fuscis: linea punctisque duobus rubris; inferioribus rubris. *It. æt.* 120.

Mouff. lat. p. 98. n. 3. t. 97. f. inter tres infimas suprema. & p. 183 flavescens superior.

Jonst. inf. t. 7. ord. 3. Phalæna minima pratensis 2.

Charl. onom. p. 53. Eruca Jacobæa.

Rob. icon. t. 20.

Alb. inf. t. XXXIV. f. H. G.

Mer. eur. 3. p. 56. f. 28.

Goed. belg. 1. p. 56. t. 9.

List. goed. p. 134. f. 54.

Blank. belg. 11. t. 1. f. G. H. I. K. Eruca arenaria. germ. 9. t. 1. f. I. K.

Reaum. gall. 1. t. 17. f. 4. 5. 6. 7.

Pet. gaz. p. 52. t. 33. f. 6. Phalæna umbrica, linea maculisque fanguineis.

Raj. inf. 168. n. 26. Phalæna media, alis exterioribus colore nigro & fanguineo variis, extimo dumtaxat margine nigro;

Derrham. physico-theol. 1. 8. c. 6. n. 6. Papilio Jacobæa.

Habitat in Senecione 668, Jacobæa 690, minus frequens apud nos, quam in Dunis Belgicis.

DESCR. Corpus nigrum. Antennæ setaceæ, rostra duo spiralia minima. Alæ nigrae: superior margine longitudinali linea rubra, macula rubra ad apicem & alia macula ad marginem interiorem; ala inferior rubra margine crassiore nigro.

870. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis incumben-
tibus: exterioribus cæsiis nebulosis; inferioribus
luteis, fascia atra marginali.

Hoffn.

Hoffn. inf. t. 15. f. 18.

Goed. belg. 1. p. 71. f. 14. Noctua.

List. goed. p. 114. f. 41.

Blank. belg. 35. t. 6. f. D. E. F.

germ. 28. t. 6. f. D. E. F.

Alb. inf. 72. f. C. D.

Mer. pin. 198. Papilio major, cum exterioribus alis fuscis, internis aureis nigra linea fimbriatis.

Mer. eur. t. 49.

Raj. inf. 237. n. 18. Papilio major, alis prælongis: exterioribus vel rufis vel ex cinereo nigricantibus; interioribus fulvis cum fascia lata nigra prope immum marginem.

Frisch. germ. 10. p. 17. t. 15. f. 4.

Reaum. gall. 1. t. 14. f. 8. 9. 6. 7. 8. 10.

1. t. 41. f. 11.

Act. upf. 1736. p. 124. n. 60. Papilio alis depressis griseis, obscure maculatis, inferioribus flavis, margine nigro.

Habitat in Thlaspi Bursa pastoris 532 in Senecione, Auricula urfi, Primula, Cheirantho, variis.

871. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis incumben-
tibus griseis: albo fulvoque reticulato maculatis.

Goed. belg. 1. p. 126. t. 68.

List. goed. p. 136. f. 55.

Habitat in Sambuco; volitantes copiose Upsaliæ ad Sandwiks Kiällan juxta viam vidi 1742. Junio XI.

DESCR. Magnitudo majoris muscæ. alis plano-deflexis, fuscis, variis rotundis & ferrugineo-fulvis maculis undique adpersis.

872. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis deflexis
ferrugineo-cinereis: maculis alba flavaque, ano
barbato ferrugineo.

Raj. inf. 165. n. 20. Phalæna media, corpore brevi crasso, alis exterioribus e pulvere rubentibus, maculis nigris variis?

*Frisch. germ. 7. p. 29. t. 21. Papilio crucæ atriplici-
næ nigrae linea laterali lutea?*

Smolandis Askepiesk,

Habi-

Habitat in *Urtica*, *Spinacia*, *Atriplice*, frequens æstate in domibus lucentibus candelis seipsam cremans,

DESCR. Alæ pone lineola alba: maculæ duæ obsoletæ: anterior alba, posterior flava. Anus amplissimus, 3 valvis monstruosissimus, barba ruffa rectus. Alæ superiores ferrugineo-nigræ, maculis & lineolis obsoletis albidis. Alæ subtus pallidæ puncto nigricante in medio.

873. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis deflexis: exterioribus fuscis, lambda græco inscriptis.

Reaum. gall. 2. t. 26. Et. 27. f. 4. 5. tom. 1. t. 19. f. 2.

Frisch. germ. 1. 5. p. 37. t. 15.

Blank. belg. 54. t. 8. f. N. O. P. Geometra secundus.

Pet. gaz. t. 64. f. 6. Phalæna lambda.

Goed. belg. 2. p. 82. t. 21. Philopson.

List. goed. 41. f. 14.

Merian. eur. t. 82.

Raj. inf. 163. n. 16. Phalæna e mediis minuscula, alis exterioribus cinereo & nigro colore variis, media parte linea alba γ literam aliquatenus referente, notatis.

Æt. upf. 1736. p. 25. n. 68. Papilio alis depressis litera γ aurea inscriptis.

Vulgo γ . Gamma aureum.

Habitat in *Artemisa* *Abrotanum dicta*, *Lactuca*, *Borragine*.

DESCR. Alæ fusco-nebulosæ, pulchrè variegatæ, litera γ vel λ notatæ; singula littera in singula alâ superiore. alæ inferiores fuscæ: lingue longissimæ sunt.

Variat alarum γ argenteo & aureo colore, forte inde sexu.

Frisch. figura differt situ litteræ γ , cujus ctura duo respiciunt marginem anteriorem, in nostra contra ac ille pingit.

874. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis depressis cinereis macula obsoleta: subtus C obscuro, inferioribus albidis.

Habitat in Hortis frequens.

DESCR. Mediæ magnitudinis. Alæ superiores supra cineræ, macula laterali obsoleta ovata & transversum undulatis lineis. Alæ inferiores supra fere nivæ. Alæ omnes subtus cinerascèntes arcu magno obsoleto sulco literam C mentiente. *Thorax* antice griseus.

875. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis deflexis nebulosis: fascia una alterave aurea. *Mer.*

Mer. eur. v. 1. p. 14. t. 39.

Raj. inf. 182. Phalæna media, alis exterioribus duplici area transversa viridi - aurata serici instar splendente insignibus.

Habitat in *Mentha*, volitando mel florum haurit.

DESCR. Magnitudo media. *Caput, thoracis* antica pars & *antennæ* exalbido-flavescentia. *Alæ superiores*: nebulosæ, versus marginem posticum cinereo-obsolera: dein fascia pallido-aurata, tum nebulosæ sunt alæ cum tinctura aurea, quæ quasi alteram fasciam auream constituit; demum nebuloso cinerascens ad basin alæ. Alæ superiores subtus fuscæ, ad marginem postice griseæ; *Alæ inferiores* supra fuscescentes & eadem infra subgriseæ cum arcu nigricante reflexo & puncto lunulato.

876. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis depressis fuscis: linea utrinque ferruginea, humeris gibbis, fasciculoque. medii dorsi.

Habitat in *Humulo*.

DESCR. Phalæna e majusculis f. *Gammæ* 873 par; *Alæ* supra fusco-nebulosæ: *superiores* ad basin lineola curva subferruginea (ante hanc pallidior alia) transversa, & alia ferruginea transversa versus apicem. Alæ *subtus* pallidæ puncto nigro in medio. *Pedes* anteriores longiores barbatae. Collare a tergo thoracis prominet & fasciculus pilorum a tergo thoracis cinereus. fasciculus minimus pilorum nigricantium in medio dorsi.

Larva glabra, curva, pone oblique truncata, viridis, humeris triangulæ flavo notatis.

877. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis depressis fuscis: superioribus macula duplici pallida, thoracis apice basique gibbis.

Habitat in *Lactuca*, metamorphosin intra terram subiens.

DESCR. Fasciculus duplex thoracis a tergo: altero ad basin thoracis gibbo, altero ad apicem. Phalæna tota fusca est, sed in medio alæ exterioris versus marginem crassiores duæ maculæ pallidæ: quarum prior rotunda, posterior reniformis. Linea alba intra marginem posticum duplici dente exiens. Alæ inferiores cineræ. *Anus* barbarus.

Larva livida glabra, subtus pallide incarnata latere linea nigricante subtus.

878. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis deflexis ferrugineo cinereis: duplici macula cinerea, thoracis apice basique gibbis.

Habitat *Phalæna* hæc frequens inventa in *Carduo* nutante 655 florente. In hoc *Carduo* florente omni nocte variæ Phalænx in copia colligi possunt.

DESCR. Magnitudo e mediis majuscula. *thorax* basi collari expanso, dein fasciculo, tum versus apicem alio fasciculo, demum in initio dorsi alius fasciculus & ultimo in tertio segmento dorsi parvus fasciculus. *Alæ*
supe-

superiores supra canæ macula rotunda & obtuse cordata, cana, cui adjacet regio ferrugineo cinerea, variis lineolis nigris picta; subtus cinereæ; *Alæ inferiores* supra albidæ, extrorsum fuscescentes; subtus cinereæ puncto & lineola fusca. *Abdomen* ovatum arcuatum, non barbatum.

879. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis deflexis canis; maculis ψ-formibus nigris.

Frisch. germ. 2. p. 13. t. 2. Eruca dorso faccato.

Reaum. gall. 1. t. 42. f. 5. 6.

Raj. inf. 350. Eruca rarius pilosa, cornu in medio dorso erecto.

Goed. belg. 1. p. 62. t. 22. Admirabilis.

List. goed. 209. f. 92.

Vulgo litera ψ Psi.

Habitat in *Armeniaca*, *Malo*, *Quercu*.

DESCR. Magnitudo media. *Alæ superiores* canæ maculis littera ψ inverti adpersæ. Linea nigra per oculos a rostro utrinque solitaria. *Alæ inferiores* exalbidæ subtus puncto nigro. *Mas* notis ψ manifestioribus, *Femina* vero omicro nigro supra alas superiores distinguitur.

880. PHALÆNA feticornis spirilinguis triangularis; alis deflexis flavis: lineis duabus ferrugineis obliquis.

Aët. upf. 1736. p. 24. n. 49. Papilio alis planis pallidis nitidis.

Reaum. gall. 1. t. 16. f. 12. 13. 14.

Habitat in *Brassica*.

DESCR. Tota flavæ est & mediæ magnitudinis seu Tabani majoris. *Tibiæ* posticæ spinosæ. *Alæ* deflexæ & pone quasi forcipata cauda avis a se invicem distantes apicibus, ac parum plicatæ: lineæ tres obliquæ retrorsum descendunt in ala superiore, quarum prima vix conspicua; secunda ferruginea designans quasi in maculam ferrugineam ante marginem; tertia linea adhuc longior; margo etiam parum fuscescit. subtus alæ omnes lineola obsoleta obliqua notatæ, flavescentes. Lineola unica obliqua in superiore latere alarum inferiorum.

881. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis deflexis nigricantibus, collari abdomineque fulvis. *De Geer*.

Habitat in *Roslagia*.

OBS. Alæ deflexæ, oblongæ, pone plicatæ, reliqua fusca.

882. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis incumben-
tibus flavis: fasciis duabus griseis obliquis; postica
interrupta. Habi-

Habitat in Hortis.

DESCR. Phalæna magnitudinē muscæ carnivoræ: *Alæ* deflexo-incumbentes, breves, laræ: superiores pallide flavescences, fasciis duabus retrorsum spectantibus, fusco-griseis, quarum postica in medio interrupta. *Pedes* spinosi.

883. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis depresso-fulvis: macula marginali argentea triangulari.

Habitat in Pomariis rarius.

DESCR. Magnitudo muscæ domesticæ; *Alæ* deflexo-compressæ: superiores supra fulvæ seu rufo-luteæ macula ad marginem exteriorem, fere in medio, argentea, triangulari, basi marginem obtegente; superiores alæ subtus fuscæ. Inferiores alæ albidæ. *Antennæ* corpore dimidio breviores, simplicissimæ. *Lingua* spiralis, brevissima. *Oculi* nigri.

884. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis deflexis albidis: superioribus duplici fascia obsolete cinerea.

Habitat in Hortis rarius.

DESCR. Magnitudo minoris muscæ, ad nasutas proximè accedit, sed alæ magis parvæ, tamen omnino deflexæ: color totius albus est, sed in superioribus alis, quæ nudæ sunt, fascia duplex cinerea, imo & cinerities versus alarum apices, quasi fasciæ retia dimidiata: *thorax* tegitur villis longiusculis, qui in gibbum fere elevantur. *Antennæ* filiformes, cinereæ.

885. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis deflexis pallide griseis: fascia saturatiore.

Habitat in Hortis.

DESCR. Magnitudo muscæ carnivoræ. *Lingua* brevissima. *Alæ superiores* griseæ s. flavescences, fascia in medio versus marginem interiorem spectans, saturate grisea; similis macula ad basin alarum & parva macula ad marginem exteriorem, versus apicem etiam saturate grisea; alæ subtus in medio fuscæ. *Alæ inferiores* crassiori margine albescentes. Alæ superiores parte rarisæ. Affinis antepenultimæ 882.

886. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis deflexis: supra fuscis margine albam lineolam emittente.

Habitat Stockholmiæ inter arbusta.

DESCR. Magnitudo Tabani. *Alæ superiores* supra fuscæ margine crassiore albæ, in medio linea seu ramulo posteriora respiciente albo, & fascia transversa exalbida versus marginem posteriorem; *alæ inferiores* cinereæ; omnes subtus glaucæ.

* * *Antennis simplicissimis; lingua spirali; fronte prominula.*

887. PHALÆNA feticornis spirilinguis; corniculis duobus recurvis basi cristatis, alis plano-incumbentibus.

8

Reaum.

Reaum. gall. 1. t. 18. f. 11. 12. 13. 14. 15.

Habitat in Domibus, frequens vere.

DESCR. Figura oblonga, planiuscula: magnitudo muscæ carnariæ. *Rostrium* spirale. *alæ superiores* nitidæ, cavitatibus longitudinalibus striatæ, griseæ, punctis obsoletis minimis sparsis; *Alæ inferiores* albæ, nitidæ: omnes pone ad marginem villosæ. *Pedes* spinosi. *antennæ* feticiformes. in fronte loco maxillarum prominularum Cornicula duo subulata, parva, acuta, recurva versus antennas, basi verrucosa sive cristata. *Abdomen* subtus utrinque punctis 5 nigris, versus latera sitis, longitudinalibus. *corpus* alias torum alis superioribus concolor. Color alarum parum variat; hinc aliis griseus, aliis glaucus: singulis exterioribus 2 punctis albis cum antecedente nigro.

888. PHALÆNA feticornis spirilinguis; corniculis duobus subulatis recurvis, albis nigricantibus supra alis maculatis.

Habitat in Nemoribus.

DESCR. Minima est, oblonga, nigricans. *alæ superiores* in dorso albidis maculis tribus longitudinalibus nigricantibus. *Alæ* pone barbatae nigrae, ad latera fuscæ; maculae f. fasciæ tres in medio dorsi longitudinaliter dispositæ nigricantes. *cornicula* recurva subulata non cristata.

889. PHALÆNA feticornis spirilinguis; corniculis duobus subulatis recurvis, alis incumbentibus nigro cinereoque nebulosis.

Habitat in truncis *Populi tremulae* 819, cujus foliis larva victitat, eaque convolvit.

DESCR. Magnitudo muscæ carnariæ, antice acuminata, corpore depresso. *alæ superiores* incumbentes, fuscæ canoque nebulosæ, pone punctorum ordine nigro. *cornicula* simplicia recurva; *Antennæ* fere corporis longitudine.

890. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis superioribus pone unguiculo curvo terminatis.

Habitat.

DESCR. Magnitudo muscæ majoris. *Antennæ* nigrae, filiformes. *corpus* torum fusco-nigricans; *alis superioribus* punctis lunulato-linearibus, transversis adspersis; hinc ex albo & nigro quasi undulatæ sunt alæ. apex alarum superiorum sive margo exterior & crassior definit in unguiculum curvum sive arcuatum sursum; margo alarum exteriorum crassior, magis niger lineolis curvis albisque pulchre variegatus.

891. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta; alis superioribus albis: punctis nigris, inferioribus fuscis.

Albin. inf. t. 60. f. A. B. C.

Merian. eur. 2. p. 2. t. 2. in medio intra folliculum.

p. 43. t. 44. in lana.

gallice t. 52. & 94.

Reaum.

Reaum. gall. 2. t. 12. f. 1-9.

Raj. inf. 196. Phalæna parva, alis longis, lividis s. plumbeis, exterioribus punctis nigris crebris stictois. obs. (bis in eadem pagina).

Act. upf. 1736. p. 26. n. 81. Papilio alis depressis argenteis nigro punctatis.

Habitat in *Evonymo*, *Ceraso*, *Pruno spinosa*, *Pado*; præsertim in *Evonymo* 133, cujus folia quotannis ita devastat, ut inde Germanis *Spinnelbaum* dicatur arbor ob hujus fila.

DESCR. Extus tota nivea. *Alæ superiores* extus punctis atris quatuor aut quinque ordinum longitudinaliter digestis. *Caput & thorax* etiam punctis nigris adpersa. *Alæ superiores* subtus ut & *inferiores* utrinque plumbee sive fuscæ. *Venter* subtus albus supra niger. *Os* proboscide spirali. *Antennæ* setaceæ. *Alæ* convolutæ in formam teretiunculam. *Pedes* spinosi.

Larva exalbido-flava, pilis rarioribus. *caput & annulus corporis* primus nigra: ordo punctorum nigrorum in utroque latere ex punctis decem. *pedes* XVI.

Præ reliquis hæc Larva, quæ maxime gregaria, fila net & membranas texit albas, magnas, intra quas habitat.

OBS. Phalænas nasutas voco, quarum maxillæ prominent; corpus his angustum, alæ complicatæ in semicylindraceum; spinas communiter in pedibus habent: rostrum spirale: antennæ his setaceæ.

892. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta nigra, capite niveo, alis pone albidis.

Raj. inf. p. 204. n. 98. Tenia vestivora major, alis oblongis acutis: exterioribus adscapulas nigricantibus, inferius albescentibus; interioribus fuscis sive cinereis.

Habitat in *vestimentis*, *pellibus*, *trapeziis* & omnibus a lana vel villis animalium confectis; præsertim delectatur *vestimentis Rhangiferinis* Lapponum.

DESCR. Tota oblonga, angusta; versus apicem alæ elevata. *Caput* album. *Alæ superiores* nigrae, sed a medio ad apicem albæ, albedine punctis vix conspicuis fuscis parum inquinata. *Alæ inferiores* cinerae; *Corpus & artus* nigra. *antennæ* setaceæ.

Larva facit cucillos cylindraceose villis, quos radit; hinc hi cuculli gaudent eodem colore ac vestimenta, quæ consumit; si hæc variegata sunt, fit & cucullus variegatus. incedit cauda elevata, quam regit cucullus, in quo se recondit terrefacta; cum crescat quotidie crassitie, evadit & quotidie cucullus angustior, hinc a latere dissecatur & lacinia nova ampliatur; hinc si varie coloratas vestes illi objicias, variegatus erit cucullus intarhistrionis.

893. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta cinerea, thoracis puncto utrinque albo.

S 2

Reaum.

Reaum. gall. 3. t. 20. f. 2. 3.

Habitat in Vestimentis, cujus larva cylindros conficit, iisque se vestit & occultat.

DESCR. Parva est; Alæ cineræ; abdomen, pedes, caput & tota pars inferior albida.

894. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta cana, capite subgriseo, puncto nigro in medio alarum.

Habitat in vestimentis pilosis, quæ corrodit & depilat intra cucullum latitans.

DESCR. Minima est & præcedentibus duabus affinis, noxia & vulgaris.

895. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta viridis.

Frisch. germ. 3. p. 18. t. 8. Papilio viridis erucæ falicinæ.

Habitat in *Salicibus*.

DESCR. Latior est aliis, sed ratione latitudinis admodum brevis & pone obtusa. alæ superiores extra dilute virides, nullo autem modo ad cæruleum vergentes, sed albido virides. maxillæ albidæ. alæ inferiores (& superiores subtus) albidæ ad plumbeum inclinatum colore. venter albus. pedes spinosi & tota Phalæna subtus albida. caput album.

896. PHALÆNA feticornis spirilinguis; alis incumben-
tibus griseis: inferiorum margine crassiore albido.

Aët. upf. 1736. p. 25. n. 77. Papilio alis depressis brevissimis testaceis.

Habitat in *Rosis* 406, ubi legi Propolin.

DESCR. Congeneribus latior est, verum ratione latitudinis admodum brevis & pone obrusa. Alæ omnes griseæ seu dilute testaceæ, tam supra, quam infra, ut & totum animal, sed superiores alæ lineolis transversis, inæqualibus obscurioribus, vix conspicuis; inferiores Alæ margine crassiore versus basin albido-flavescentes; alæ superiores pone emarginatæ margine nigricante.

897. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta nigricans:
fasciis duabus albis tessellatis.

DESCR. E maximis hujus ordinis hæc est, tota nigro-fusca; fascia alba, linearis duplex alas superiores transversim secat, quarum altera juxta basin, altera versus alarum apicem; harum singula alba est, sed maculis parvis nigricantibus quasi tessellata.

898. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta grisea nigro-nebulosa.

Habitat in Domibus rarius.

DESCR. Parva, semicylindræa, alis margine superiore villosis; alæ supra griseæ sunt, sed nebulosæ colore fusco-nigricante. pedes grisei. oculi nigri: nasus minus prominens. antennæ alis breviores, setaceæ, nigre.

899.

899. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta nigra: lineis argenteis transversis quatuor.

It. gotl. 260. nomen præcedens.

Habitat in monte *Hoburg* Gottlandiæ copiose, ubi pulveris volatilis instar terram occupat.

DESCR. Est inter minimas hujus ordinis, oblonga, nigra, semicylindracea. *Caput & Antennæ* albæ. *alarum* margo tenuior villis terminatur. *Lineæ* quatuor transversæ argentiæ alas distinguunt, quarum prima medietate retrorsum flexa, secunda recta, tertia & quarta medietate antrorsum flexa.

900. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta nigra: lineis argenteis transversis tribus.

Act. upf. 1736. p. 26. n. 84. Papilio alis depressis oblongis argenteis: lineis tribus transversis aureis: media bifurca.

DESCR. Est inter minimas hujus ordinis, oblonga, nigra, semicylindracea. *alarum* margo tenuior villis terminatur, ut in omnibus hujus ordinis. *Lineæ* tres transversales argentiæ alas distinguunt, ita tamen, ut interjacens nigrum non latius sit lineis argenteis, quarum prima medietate retrorsum, ultima antrorsum flexa; intermedia vero transversalis, utrinque extremitates versus bifida. Si asservatur Phalæna hæc mortua perit nigredo, & ejus loco deauratus prodit color.

901. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta fusca: linea aurea oblique transversali.

DESCR. Differt in paucis admodum a duabus præcedentibus, linea scilicet unica oblique transversali, cujus medium a tergo antrorsum flectitur; hinc utrinque diriguntur; lineæ crura oblique retrorsum.

902. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta nigra; alis exterioribus deauratis, antennis corpore longioribus.

Habitat Upsaliæ in *Salice*.

DESCR. Magnitudo muscæ; tota nigra; *antennæ* seticæ corpore longiores; nigrae annulis minimis albis. *alæ* exteriores extrorsum nigrae.

903. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta alba; alis exterioribus linea duplici fusco argentea: pone vago-undulatis.

Habitat in sylvis acerosis.

DESCR. Minima magnitudine culicis, nivea, *alis* exterioribus ad basin utrinque lineolis duabus longitudinalibus fusco-argenteis; pone characteribus vagis nigro-argenteis obsolete notatis.

904. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta flava planiuscula: lineis quatuor transversis fusco-argenteis.

Habitat in fylvis.

DESCR. Magnitudo muscæ; lineæ 4 transversæ fusco-argenteæ, quarum tertia introrsum bifida; ultima in ipso margine postico alarum.

905. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta cinerea; alis antice albidis, pone fascia lineari albicante.

Habitat - -

DESCR. Puppæ pallidæ intra rete album, oblongum, tenacissimum, plures simul.

Phalæna nasuta fere major, Pedes spinosi; Ala longæ, cinereæ ad viride vergentes, antice versus basin albidæ, quæ albedo pone lineola nigricante terminatur; fascia albida, linearis, transversa, curva versus apicem; intra apicem lineola undulata, nigra. Ala inferiores pallido-albidæ, margine fuscæ, terminatæ villis longiufculis, albidis, parallelis. Oculi nigri.

906. PHALÆNA feticornis, spirilinguis nasuta atra; linea alba transversali.

Act. upf. 1736. p. 23. n. 38. Papilio alis planis nigris: linea transversa alba.

DESCR. Est inter minores, præcedentibus 903.904 paulo major; tota atra, sed linea alba, minimè argentea, angustissima, transversa alas in medio notat.

907. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta albida: striis longitudinalibus albis punctulo nigro terminatis.

Raj. inf. 229. n. 106. Phalæna minor pascuorum gemina proboscide, alis oblongis, cum sedet circumvolutis, exterioribus ex argenteo lutescentibus vel argenteis vel plumbeis.

Act. upf. 1736. p. 26. n. 82. Papilio alis depressis cuneiformibus oblongis striatis.

Habitat copiosissima per totam æstatem in lætissimis Pratis roriferisque graminosis, insidens gramine capite semper deorsum spectante; inter omnes in pratis nostris frequentissima.

DESCR. Corpus oblongum, lineare, alis circumvolutis albo-plumbeis ad argenteum nitorem inclinantibus, cum striis concavis pallidioribus longitudinalibus, terminatis antequam marginem attingunt alarum; intra harum striarum fines & marginem punctorum nigricantium minorum & vix conspicuorum ordo transversus. Pedes spinosi.

908. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta albida: linea longitudinali argentea postice ramosa.

Habitat in lætissimis pascuis cum præcedente.

DESCR.

DESCR. A præcedente parum & vix differt; major hæc est, in iisdem tamen locis occurrit, eodem modo sedet & quiescit, ut pro una eademque facile haberetur, ni sola figura differret. Si alæ probe inspiciantur, quæ alias plumbeo-albæ, in his observatur linea argentea in medio, longitudinalis, pone emittens ramos simpliciter striarum instar.

909. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta cinerea,
dorso vitta alba.

Habitat in Hortis oleraceis frequens mense Majo
in Junium.

DESCR. Magnitudo Culicis; sedet *alis* compressis, oblongis, versus anum altioribus magisque compressis subcinereis; *dorsum* seu alarum complicatarum latus cælum respiciens est album, vittæ instar longitudinalis utrinque duobus tribusque denticulis instructæ. *Antennas*, dum sedet, recta antrorsum protendit; volitat juxta terram.

910. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta fusca:
macula utrinque nigra.

Reaum. inf. 2. t. 15. f. 7. 8?

Habitat in fylvis.

911. PHALÆNA feticornis spirilinguis subnasuta nebuloso-fusca; macula duplicato-triangulari dorsali alba.

Habitat in Senticetis & juniperetis frequens Fahlunæ.
DESCR. Parva est, & pratensi 907 minor, fusca & quasi simul nebulosa; in medio dorsi duplex macula triangularis alba, seu distinctius macula simplex triangularis alba, cujus apex caudam respicit & basis caput; huic immertia quasi est alia alba triangularis macula ad medium, ut solum basis versus caput conspiciatur ac si esset prior prolifera macula.

912. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta cinerea:
puncto utrinque nigro.

Habitat in Hortis.

DESCR. Hæc inter majores nasutas numerari debet. *Alæ* supra canæ parum nebulosæ. Punctum parvum nigrum in medio alæ exterioris utrinque. *Alæ inferiores* canescentes non nebulosæ. *Lingua* spiralis brevissima.

913. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta nigricans:
lineolis luteis margine albis undulatis.

Habitat in Pado.

DESCR. Magnitudo muscæ domesticæ. *Antennæ* nigre, corpore dimidio breviores. *Alæ superiores* supra nigricantes lineolis undulatis luteis tam copiose pictis, ut quisnam color prevaleat, difficile determinatur; margo alarum crassior pone 5 vel 6 lineolis parvis albis vel argenteis undulatus. *Alæ inferiores* nigricantes margine crassiore latere albo.

914. PHALÆNA feticornis spirilinguis nasuta fusca albidoundulata; alis inferioribus fuscis margine albis.

Frisch. germ. 10. p. II. t. 9.

Habitat in strobilis *Abietis*, quos perforat, & in iis excluditur primo vere.

DESCR. Est magnitudine Culicis, *Antennæ* corpore paulo breviores, *lingua* non videtur. *Alæ exteriores* griseo-fuscæ, lineolis transversis albedo-argenteis, inaequalibus. *interiores* alæ superne fuscæ margine pone albo & margine laterali exteriori albo; qui duo albi margines non coeunt. Alæ inferiores subrus albæ; omnes alæ pone villis quasi ciliatæ, qui in superioribus fuscæ, in inferioribus albi: margo alarum superiorum exterius & posterius ater. *nasus* minus quam in reliquis prominet.

* * * *Antennis simplicissimis, Lingua nulla.*

915. PHALÆNA feticornis elinguis, capite bicorni, alis albidis: fasciis marginalibus transversis nigris.

Habitat in domibus, præsertim *D. Olai Celsi*, trapetzia devastans.

DESCR. Est nasutus major, *alis* patenti-deflexis, *exterioribus* obsolete cinereis; margine exteriori variis fasciis transversis nigris notato. *Alæ inferiores* cinereo-albidæ. *frons* appendiculis duobus reflexis, ut in 887. 888. 889. villosis; apice vix majore conspicuo obtuso erecto (non recurvo & acuto ut in 887) nudo, lævi, glabro, qua nota a reliquis manifeste distinguitur. *Antennæ* setacæ.

* * *

916. PHALÆNA feticornis elinguis; capite bicorni, thorace flavo, alis incumbentiplanis griseo-fuscis.

Habitat in umbellis *Heraclii* 231, cujus umbellas quotannis devastat & involvit sub metamorphosi.

DESCR. Phalæna nocturna alis planis incumbentibus: *thorax* a tergo albicans, pone quasi trilobus; *Caput* albicans, maxillis quibus recurvis cristatis, apice subulatis, nigris, erectis; subrus tota albicans-fusca est.

917. PHALÆNA feticornis elinguis; antennis brevissimis rufis, thorace flavo, alis deflexis.

Act. upf. 1736. p. 124. n. 57. Papilio alis depressis: supra argenteis, subtus obscuris.

Raj. inf. 157. n. 3. Papilio media alis longis, in fæmina flavis cum lineis rubentibus, in mare albis.

Habitat in radicibus *Humuli* s. *Lupuli*, quam valde devastat non sine summo possessoris damne, præsertim Upsaliæ in prato Regio frequens sub nocte, minus agilis; observatur 1 Junii.

DESCR.

DESCR. Phalæna inter nocturnas nostras maximas locum tenet. Oculi nigricantes. Antennæ fetacæ, thorace longe breviores hinc brevissimæ. *thorax* ipse flavus. *Abdomen* flavo-rubens. *Alæ* subtus nigricantes sive fuliginosæ. *Alæ* supra colore maxime differunt sexu.

MARIS enim *alæ* supra summe niveæ, ut quid albidius me non vidisse meminero; *pedes* poltici lana grisea valde barbati.

FÆMINÆ *alæ* autem supra flavæ, nuno immaculatæ; nunc duplici obliqua linea, nunc simplici linea obliqua fulva notatæ, hinc eandem dicerem cum *Gad. belg. 1. p. 47. t. 12. & List. gad. 195. t. 82.* Nisi antennæ in nostra tam mare, quam fœmina omni barba carerent.

* * * *Lingua non dum examinata.*

918. PHALÆNA feticornis; alis incumbentibus: superioribus exteriore margine inferioribus totis flavis.

Act. upf. 1736. p. 25. n. 76.

Habitat Upsaliæ & in Prædio Cronstedtiano, Fulleroæ, prope Arosiam,

DESCR. Est hæc e minoribus, non autem minimis, oblonga. *Alæ* exteriores dilute cineræ, sed margine exteriore secundum totam longitudinem flavo. *Alæ* inferiores etiam totæ flavæ.

919. PHALÆNA feticornis; alis incumbentibus linearibus pilosis.

? *Reaum. inf. 1. t. 12. 13.*

Habitat ad paludes, uti Stockholmæ ad *Brabelund* & Friedrichshof, ubi culicum instar volitat supra aquas circa vesperam.

DESCR. *Antennæ* fetacæ, longæ. Magnitudo & facies culicis vulgatissimæ pungentis. *Alæ superiores* lineares, *inferiores* subulatæ, omnes pilis longis hirsutæ: dum *alæ* clauduntur observatur utrinque ad latera macula alba. *Pedes* pilosi.

920. PHALÆNA alis luteis: punctis minutissimis nigris.

Act. upf. 1736. p. 25. n. 78. Papilio alis depressis luteis; corpore nigro.

Habitat Stockholmæ.

DESCR. Est hæc inter parvas numeranda, magnitudine Tabani majoris. *corpus* nigrum. *Alæ* majusculæ, luteæ, punctis nigris, æqualibus, distinctis, sparsis.

921. PHALÆNA feticornis; alis griseo-fuscis: inferioribus albidis; fœmina aptera.

? *Reaum. gall. 2. t. 30. f. 89.*

Raj. inf. 369. n. 9. Eruca geometra parva pallide
S S
feu

seu ex flavo virens, lineolis albicantibus, tum secundum longitudinem, tum transversis.

Habitat in *Pyro*, *Malo*, *Pruno*, *Carpino* LARVA.

DESCR. Alæ maris amplæ, griseo-fulcæ, fascia transversali vix manifesta dilutiore. Fæminæ alæ admodum parvæ, cineræ, maculis nigris, Pedes longi, annulis nigris.

LARVA viridis, pedibus 10, linea utrinque laterali, longitudinali, alba, parva; anhuo spatio intra puppam latitans antequam excludatur, licet minor musca sit.

922. PHALÆNA albo-virescens; alis planiusculis.

Habitat Upsaliæ.

DESCR. Tota ejusdem coloris inter album & viride medii, magnitudine ad Urticariam 774 facile accedens.

V. HYMENOPTERA.

Tenthredo.

923. TENTHREDO antennis clavatis, atra; segmentis abdominalibus 3. 4. 5 ferrugineis.

Goed. belg. 1. p. 119. t. 64.

List. gæd. 179. f. 77. a.

Frisch. germ. 4. p. 42. t. 25. Eruca falcina viridis, rugis sexaginta duabus.

Habitat in *Salice*, *Alno*, *Betula*.

DESCR. Larva glabra, viridis, pedibus 28; sæpe jacet spiralis cochleæ depressæ instar. Linea dorsalis longitudinalis nigra, utrinque flava. Tenthredo ipse magnitudine Crabonis niger hirsutus, articulis 3. 4. 5. abdominalibus ferrugineis, reliquis nigris. Femora & tibiæ nigræ, palmis flavis. Antenna clavata, flavæ, infimo articulo nigro. Alæ venis atro-ferrugineis, margine postico fuscis.

924. TENTHREDO antennis clavatis, atra; abdomine ovato, alis ferrugineis.

Aët. upf. 1736. p. 29. n. 9. Ichneumon ater, alis testaceis, antennis clavatis.

Habitat in *Lapponia Uhmensi* & *Pithocæ* in *Alno*.

DESCR. Magnitudo vulgaris Bombylii, obrussissima; abdomine subrotundo, depresso, villoso, atro, holosericeo. Thoracæ & capite nigro. Antennæ clavatae, nigræ, articulis sex, obrussissimæ. Alæ ferrugineæ, puncto marginali nigro, oblongo, venis rufis reticulatæ.

925. TENTHREDO nigra; artubus ferrugineis; anicorniculo cylindrico.

Aët.

Aët. upf. 1736. p. 28. n. 1. Ichneumon flavus, abdomine medio nigro, cauda acuta, aculeo umbilicali triplici exserto.

Reaum. gall. 6. t. 31. n. 1. 2.

Aët. stockb. 1739. t. 3. f. 7.

Habitat passim.

DESCR. Differt hæc manifeste a reliquis omnibus nobis notis speciebus. 1:0 *Magnitudine*, utpote reliquis duplo major. 2:0 *Alæ* pone obtuso sed corniculo terminato. 3:0 *Inseritione nigri Aculei* in medio abdominis subtrus. 4:0 *Colore*: *Caput* nigrum, pone oculos flavum. *Thorax* niger totus, hirtus, basi utrinque flavescente puncto prominulus. *Alæ* ferrugineæ. *Antennæ* corpore dimidio breviores, luteæ, 2: articulorum. *Abdomen* cylindrico-oblongum, incisuris tribus posticis, duabusque primis, luteis; at 3. 4. 5. 6. maxima ex parte nigris; ultimum segmentum obrusum, terminatum corniculo recto, tereti, acuto; abdomen subtrus atrum, e cujus medio rima versus posteriora fissa, e qua exit aculeus rectus, niger, ano & corniculo abdominis longior, rigidus, compositus e tribus setis conjunctis. *Femora* brevia, nigra: tibiæ & palmæ omnes luteæ.

926. TENTHREDO atra; pedibus ferrugineis: ani apice depresso acuto.

Habitat *Stockholmiae*, ubi lectus a *L. Klase*. *Med. Stud.*

DESCR. Magnitudine cum præcedenti certat. *Tota* atra. *Thorax* & *Caput* hirtuta; *Abdomen* glabrum, novem articulis; extremus articulus sine ani terminatur spina crassa, acuta, depresso, non vero, ut in præcedenti, cylindrica. *Aculeus* triplex incipit sub medio abdominis & protrahitur ultra ani spinam. *Alæ* subfuscæ. *Antennæ* nigre, versus basin fuscæ, articuli 20. *femora*, tibiæ, palmæ ferrugineæ.

Ergo differt a præcedenti colore toto nigro, spina ani difformi; reliqua satis conveniunt.

927. TENTHREDO antennis septinodiis, flava; capitis vertice thoracisque medio nigris, macula alarum ovata.

Habitat in *Salicibus*.

DESCR. *Abdomen* absque petiolo thoraci admatum, totum flavum. *Thorax* flavus, sed in medio tergi macula magna nigra, & subtrus inter pedes primarios & secundarios macula magna nigra. *Caput* pone oculos nigrum. *Antennæ* fuscæ, 7 articulis, subulate. *Alæ* incumbentes, membranaceæ, reticulatæ; cum puncto marginali nigro. *Pedes* flavi, sed palmæ posteriores nigricantes.

928. TENTHREDO antennis septinodiis, abdomine flavo: pone nigro.

Frisch. germ. 2, p. 12. t. 1. f. 21. 22. 23. 24.

Habitat frequens in *Pratis Upsaliensibus* mense Majo.

DESCR. *Alæ* incumbentes, nigricantes, diaphanæ. *Abdominis* tres vel quatuor anteriores articuli rufescentes; *Corpus* reliquum nigrum: *pedes* rufi.

929. TENTHREDO antennis septinodiis, corpore flavo, macula alarum longitudinali sternisque nigra. *Act. upf.* 1736. p. 29. n. 14. Ichneumon alis planis luteis: margine exteriori nigris, collari nigro.

Habitat in Hortis & Pratis.

DESCR. Hæc facie & coloribus convenit cum duabus proxime præcedentibus omnino, ut an certo specie differant, hærem, ni diversas in copula diversa conjunctas observassem. Huic *Abdomen* flavum; *Thorax* flavus, in medio tergi & medio sterni niger; *Oculi* & *caput* pone nigra; *pedes* flavi, sed palmarum omnes articulis nigris. *Antennæ* subulatæ, fuscæ, 7 articulis. singularis est, quod punctum marginale alarum, non ut in præcedenti ovatum sit, sed extensum longitudinaliter cum margine exteriori alæ ad ipsam basin.

930. TENTHREDO flava; alarum macula ferruginea. Habitat in pratis vere.

DESCR. Magnitudo formicæ minoris; ventricosa; tota quanta flava, exceptis folis oculis. Alæ flavo-griseæ, in medio macula ferruginea obsoleta.

931. TENTHREDO nigra: pedibus flavis, thoracis characteribus flavis.

Habitat in pratis & sylvis.

DESCR. *Caput* nigrum, pone duabus lineolis flavis: maxillæ rufobidentatæ. *Thorax* niger, apice flavo, laterisque basi tuberculo flavo. *Abdomen* nigrum, *Pedes* flavi, sed femora 1. 2. versus basin nigra. Alæ nigro-nitidæ venis atris: macula marginali ovata, atra. *Antennæ* setacæ, articulis plus quam triginta.

932. TENTHREDO atra; antennis undecim-nodiis alis nigro alboque maculatis.

Habitat ad arcem *Drotningholm*, C. Kallenberg.

DESCR. Magnitudo mediocris. *Corpus* totum, uti *abdomen*, *thorax*, *caput*, *artus* nigra. *Antennæ* simplices, undecim articulis. Alæ membranaceæ, venosæ: superiores macula duplici nigra notatæ, quarum macula thoraci propior lunulata; altera vero subrotunda est; hanc excipit ad apicem alarum macula alba.

933. TENTHREDO falicina: Larvæ cæruleo-viridis, pectore caudaque fulva.

Frisch. germ. 6. p. 9. t. 4. Ichneumon flavus larvæ viridis nigro punctatæ.

Goed. belg. 1. p. 65. t. 18.

List. goed. 125. t. 49.

Reaum. gall. 5. t. 11. f. 3.

Habitat in *Salice* tam glabris 812, quam hirsutis foliis 811. (Sælg & Pihl.)

DE

DESCR. LARVAM solam vidi, quæ frequens est. Tôtum *Corpus* cæruleum sive viridi-cæruleum, 9 ordinibus longitudinalibus macularum nigrarum; sed tria segmenta prima corporis, & tria postrema, fulva sunt, ramen nigro punctata. *Caput* nigrum, glabrum: *Pedum* tria paria in fulva pectoris parte, dein 6 paria in parte corporis cærulea, tum upum par in cauda fulvâ; summa 20 pedes.

934. TENTHREDO populnea.

Habitat in *Populo tremula* 819. J. Moræus.

DESCR. Tenthredinem non vidi, sed Larvam Fahlunæ. *LARVA* virefcens *capite* atro, *collo* ante pedes & cauda flavefcente. *Macularum* longitudinalium nigrarum 4 ordines e maculis s. punctis XI in singulo latere cum impari terminatice. β minores duplicatæ supra singulos pedes. *Pedes* secundarii, præter caudæ obliquæ, sex paria. Præcedenti valde similis.

935. TENTHREDO antennis septinodiis, nigra; segmentorum abdominalium marginibus, excepto secundo & tertio, flavis.

Blackwell. herb. t. 87. f. 10.

Habitat in *Scrophularia* omni, præcipue in *fætida* 520, quam omni anno devastat in horto academico *Upsaliensi*, & per plurimos retro annos devastavit.

DESCR. ANIMAL prodiit prima Junii. *Caput* nigrum. *Maxillæ* nigrae, dentatæ; *Oris* labium superius flavum, sub singulo oculo lineola flava. *Antennæ* ferrugineæ sive fulvæ, clavatæ, septem articulis, excepto infimo. *Thorax* niger a basi ad alas utrinque linea flava. ad latera baseos punctum utrinque flavum, & sub alæ insertionem macula flava; apex thoracis puncto flavo gemino, altero post alterum ad basin femoris tertii paris macula flava. *abdominis* nigri segmenta 1 4 5 6 7 8 9 lineis flavis terminantur, non vero 2 3, ergo spatium latius inter lineam primam & secundam flavam tergi; subtrus omnia segmenta margine flava sunt. *femora* omnia nigra, sed tibiæ rufæ. *Alæ* subaqueæ, puncto marginali ferrugineo, & margine exteriori alarum majorum ferrugineo. *Facies* & magnitudo vespæ.

PUPPA pedibus instructa jacet intra terræ glebam (ad radices *Scrophulariæ*) excavatam uti *Scarabæi* Pupa, ubi delitescit a præcedenti anno per hyemem in primum Junii.

LARVA nivea, longitudine digiti transversi, crassitie pennæ anserinæ; *capite* nigro; pedibus 6 & 16 seu 22; tota superna superficie punctis nigris notata, quorum intermedia dorsalia paulo majora.

936. TENTHREDO antennis septinodiis, dorso nigro lineis pallidis transversis arcuatis recurvis.

Habitat in *Ostrogothia*. Fr. Hasselquist.

DESCR. *Alæ* membranaceæ; majores margine exteriori nigro puncto nigro oblongo. *Femora* & *Tibiæ* pallidæ, pone nigrae. *Oculi* atrii. *Abdomen* subtrus flavum, a tergo nigrum lineis ad latera retrorsum flexis pallidis s. singulo segmento macula magna semicirculari tecto, margine postico & laterali pallido. *Scutelli* apex flavo-albicans infra quem macula flava &

ad ejus latera puncta duo minima pallida. *Antennæ* nigrae, septem articulis.

937. TENTHREDO antennis octodecim-nodiis, pedibus ferrugineis: posticis albo nigroque annulatis.

Reaum. gall. 5. t. 14. f. 1. 2. 3. &c.

DESCR. inter parvas est; *Facies* ichneumonis. *Abdomine* lineari, totus ater; sed femora & tibiæ & palmæ omnes ferrugineæ, exceptis posticis albo nigroque variis; *Antennæ* atræ 18 articulis.

Habitat in *Rosarum* foliis.

938. TENTHREDO antennis duodecim-nodiis nigris, abdomine subtus ferrugineo, pedibus flavis, alis immaculatis.

Reaum. gall. 3. t. 46. f. 5. 6. 7. 8. &c. t. 47. f. 1. 4.

Act. upf. 1736. p. 29. n. 3. Ichneumon bedeguaris.

Blank. belg. 187. t. 16. f. v. x. y. z. mala.

Succis Sömmtorn.

Habitat in *Rosa* 406, ubi excrescit tuber in modum Lichenis ramosissimi rufi, officinis *Bedeguar* in *Cottula fetida* 703. gibbus, extimo pollicis articulo similis, produxit eandem.

DESCR. Magnitudo pediculi, *Antennæ* nigrae, rectæ, 12 circiter articulis: caput & thorax gibbus, niger. *Abdomen* subovatum, alis brevius, carinatum, subtus ferrugineum, versus anum nigrum. *pedes* ferruginei. *Alæ* albæ absque macula marginali singulari.

939. TENTHREDO thorace viridi-æneo; abdomine aureo.

Blank. belg. 188. n. 12. t. 16. quoad descr.

germ. 142. t. 16. f. 5.

Act. nat. cur. ann. 12. obs. 10.

Habitat in *Bedeguar Rosæ* 406, licet rarius.

DESCR. Omnium hujus generis pulcherrima, magnitudine minimæ formicæ. *Antennæ* cylindricæ, nigrae, corpore dimidio breviores. *Thorax* æneo-viridis. *Abdomen* deauratum, ignei coloris. *pedes* incarnati. *aculeus* triplex setæ instar, longitudine corporis, niger, intermedio rubro.

940. TENTHREDO cæruleo-ænea, pedibus pallidis, alis immaculatis.

Frisch. germ. 4. p. 39. t. 22. Ichneumon viridis in *Eruca rubra Salicis*.

Habitat in variis excrescentiis *Salicis* inter alios vermiculos.

DESCR.

DESCR. *Corpus* magnitudine pediculi, totum cæruleum, nitens, absque ulla rubedine abdominis. *Antennæ* corpore dimidio breviores, nigrae. *Pedes*, præsertim versus extremitates & ad genua, albido-pallidi. *Cauda* acumine fetaceo trifido. *Alæ* absque ullo puncto marginali, aquææ.

941. TENTHREDO atra, thoracis tergo virefcente, pedibus saltatricibus.

Habitat in Salice 804. cujus ramuli terminantur *Rosula* imbricata, magnitudine & figura coni Humuli, intra squamas, dum separantur, in intimo apice unicum sedet insectulum, arcte inclusum, conniventibus numerosis foliolis, quod prodiit a latum Junio 5.

DESCR. Magnitudo pulicis. *Corpus* totum, pedibus & antennis atrum. *Antennæ* filiformes, apicem versus minime acutiores sunt, tamen corpore dimidio breviores. *abdomen* ovatum, acutum. *pedibus* saltat, licet figura pedum crassiore non gaudeat. *caput* & *thorax* a tergo virefcentia sunt.

942. TENTHREDO thorace viridi nitente, abdomine fusco: basi cingulo pallido, pedibus flavescensibus.

Habitat in *Salice floribus pentrandris* 712, ubi *Gallæ glabræ* irregulares ramos terminantes intus lamellæ, inter quarum lamellas jacet hoc insectum; prodiit fine Aprilis.

DESCR. Magnitudo vix pulicis. *Caput* & *thorax* nitide viridi-sericea. *abdomen* ovatum, fuscum, basi pallido cingulo cinctum. *pedes* pallidi. *Antennæ* minus pallidæ, corpore breviores.

943. TENTHREDO nigra; femoribus flavis.

Habitat in *Salice floribus pentrandris* 712, ubi *Gallæ nudæ*, irregulares ad ramorum apices excrescentes, & proxime insequente vere, emarcido terminatrici ramulo, terminatrices sunt hæ gallæ magnitudine ovi columbini, duræ, & plane lignosæ, figura pyri exficcati, quas dum aperio, in earum centro cavitates oblongas, majores, farina grossiore repletas reperio, inque farina hujus Tenthredinis puppam; ad latera vero, quæ ex lamellis constant, alios vermiculos minutissimos observo, qui proxime antecedentes sunt. Ambæ exeunt fine Aprilis.

DESCR. Magnitudo muscæ nigrae, alis incumbentibus, nigra. *antennæ* subulatæ, corpore breviores, octo articulis nigris. *Pedes* omnes pallidi. *punctum* marginale nigricans alarum.

944. TENTHREDO atra, tibiis femoribusque albis.
Habitat in foliis *Padi* 396, quæ subtus edendo cri-
bri instar perforat.

DESCR. Antennæ, caput, thorax, abdomen atra. Alæ glaucæ puncto margi-
nali oblongo atrò. femora & tibiæ albæ, sed . palma, præsertim
posticæ, nigrae. Antennæ antrorsum exsertæ, 7 vel 8 articulis acuminatæ.

945. TENTRHEDO gallæ foliorum Salicis.
Welsch. becaft. 1. p. 128. t. 128. Verrucæ foliorum
Salicis.

Frisch. germ. 4. p. 22. t. 4. Ichneumon foliorum Sa-
licis.

Reaum. gall. 3. t. 37. f. 1 - 5.

Habitat in *Salicibus* variis, in quarum foliis nodi seu
gallæ nodosæ intra quas habitat.

946. TENTHREDO gallæ foliorum Fagi.
Frisch. germ. 2. p. 24. t. 5. Ichneumon foliorum ulmi.
Habitat in Fago & Ulno.

DESCR. Alæ corpore longiores, ut in Phalanis deflexæ, puncto margi-
nali terram spectante.

947. TENTHREDO gallæ glabræ foliorum Querci.
Frisch. germ. 2. p. 22. t. 3. f. 5. Ichneumon gallarum
foliorum Querci.

Rhed. inf. p. 115. 157.

Leuwenb. arcan. p. 217.

Blank. belg. 181. t. 16. f. A-H.

Reaum. gall. 3. t. 39. f. 14. 15. 16.

Suecis Gallåple.

Habitat in *Smolandia*, frequens in foliis *Querci*, præ-
sertim in fruticibus, ubi a latere terram spectan-
te plures sæpe Gallæ globosæ, rubicundæ, gla-
bræ, quæ non indurescunt, in medio larvam con-
tinentes. ex hac conficiunt cives atramentum. In-
sectum perfectum non vidi; in Uplandia rarior est.

948. TENTHREDO gallæ imbricatæ.
Habitat in *Quercu* ubi fructificatio monstrosa in gal-
lam imbricatam inæqualem & pedunculatam tran-
sit, quæ insectum fovet.

949. TENTHREDO gallæ Glechomæ.
Blank. belg. 186. Hedera terrestris.
Welsch. becaft. 1. p. 127. t. 127. f. 1. Strumulæ Chamæcissi.
Reaum. gall. 3. t. 42. f. 1. 2. 3. 4. 5.
 Habitat in Glechoma 486 ubi globus durus in ipso folio, subhirsutus; insectum tamen non dum vidi.
950. TENTHREDO Hieracii.
Rupp. jen. 163. Hieracium myophorum.
Ghemn. brunsv. 43. t. 7. Pulmonaria gallica murem referens.
Valent. virid. t. 328. f. 1. Hieracium murorum folio pilosissimo vulgo Pulmonaria gallica.
Heuch. hort. wittenb. 1. t. 1. Hieracium myophorum.
Aët. upf. 1723. p. 415. Hieracium myophorum.
 Habitat in *Hieracio* (637) *murorum* C. B. causans varietatem 637 β. gallis singularibus, cujus insectum dum hæc scripsi non dum visum mihi erat, sed galla faciem muris hirsuti gerit.
 OBS. Species hujus antea sub *Ichneumonum* genere militarunt, omnes nunc ob diversissimam metamorphosin & Larvam propriam constituunt; nonnullæ difficile, ab ichneumonibus sola ex facie externâ distinguuntur hodie, præsertim mares. Qui posthac species examinent, observent accurate numerum articulorum in antennis, quæ notam specificam primariam subministrabant, hoc olim nescius ipse prætervidi.

Ichneumon.

951. ICHNEUMON serico conglobato albo.
Journal. savant. 1713. p. 474. Mouche a cotton.
Derrb. physico-theol. 1. 8. t. 6. n. 21.
Raj. inf. 255. n. 13.
Frisch. germ. 6. p. 24. t. 10.
Reaum. gall. 2. t. 35. f. 6.
Aët. upf. 1736. p. 29. n. 10. Ichneumon tophos sericeos exstruens.
 Habitat in *Graminum* culmis circa autumnum in pratis non infrequens.
 DESCR. Tophi magnitudine ovi columbini, solitarii, albi.
952. ICHNEUMON serico conglomerato-flavo.
 Goed.

Goed. lat. 1. p. 59. n. 11.

List. goed. 17. n. 7. *Alterum experimentum.*

Wagn. helvet. 226. Vermiculi ex crambide.

Raj. Cantabr. p. 35.

inf. 254. n. 12. ♂ p. 260. *Musca brassicaræ erucæ.*

Derrb. physico-theol. 1. 8. c. 6. n. 21.

Reaum. gall. 2. t. 33. f. 2. 7. 8.

Mer. europ. t. 45.

Æt. upf. 1736. p. 29. n. 11. *Ichneumon parasiticus erucarum minimus.*

Habitat in Larvis *Papilionis brassicaræ*; quumque Larva hæc ad metamorphosin sese accingat moritur, ex ejus corpore prodeunt plurimi hujus vermiculi, a matre antea intra corpus Larvæ sepulti; hi tum nent & deinde mutantur.

DESCR. Non uti præcedentes unum communem nent tophum, sed singulum parvum; Lana huic non alba, sed flava est. *Corpus* nigrum, magnitudine pulicis. *Antennæ* nigrae, corpore longiores; *pedes* flavi.

953. ICHNEUMON Aphidum. *It. gotl. 307.*

Habitat in *Aphidibus* 714. *Serratulæ* foliis spinosis.

DESCR. Ambulat hic super Aphides, magnitudine pulicis, præcedenti similis, torus niger; *abdomine* ad basin, ut & pedibus, flavis; sed *pedes* postici modo ad genicula flavi. *Antennæ* atræ; cum ova deponat anum versus thoracem inflectit & incurvat aratri instar, eoque pungit vel anum aphidis vel appendiculi apicem.

954. ICHNEUMON nigro-cærulescens subhirsutus, abdomine fessili, pedibus flavescens. *De Geer.*

Habitat in Roslagia.

DESCR. Mediæ magnitudinis Vespæ. *Alæ* longitudine abdominis, latiores, margine exteriori fusco.

955. ICHNEUMON ater, femoribus testaceis, antennis medio albis.

Habitat *Upsaliæ.*

DESCR. Est mediæ magnitudinis, *abdomine* longo & fere subulato; *pedes* longi, nigri, sed *femora* longa, testacea: totum *corpus* atrum, etiam *Antennæ*, quas in medio annulus albus cingit, rectæ. *Alæ* fusca.

956. ICHNEUMON niger; pedibus ferrugineis: palmis anticis nigris, antennis unicoloribus.

Habitat in pascuis.

DESCR.

DESCR. Hic inter, non maximos habendus est. Antennæ, caput, thorax, abdomen atra. Antennæ longitudine fere abdominis, omnino nigrae. Aculeus longitudine abdominis, setaceus, niger. pedes ferruginei cum femoribus, tibiis, palmis, exceptis pedum anteriorum tibiis, apice nigris.

957. ICHNEUMON ater; femoribus pedibusque testaceis, antennis subtus pallidis.

Æt. upf. 1736. p. 50. n. 21. Ichneumon antennis spiralibus, corpore atro, ventre falcato, pedibus luteis.

Habitat in Pupis sive Chrysalidibus Papilionum.

DESCR. Magnitudine & facie omnino præcedentis penultimi f. 954, sed in eo sola femora testacea, in hac vero & femora & pedes testacei coloris, solum tali seu apices tibiarum nigri. Antennæ etiam nigrae, sed subtus secundum totam longitudinem dilute testaceæ ad nigrum inclinantes. femora postica clavata. Abdomen sessile, oblongum, acuminatum.

958. ICHNEUMON ater; tibiis femoribusque ferrugineis, tibiis posticis nigris, antennis medio albis.

Habitat ad arcem *Drotningholm*. E. Kallenberg.

DESCR. Est mediæ magnitudinis. Totus antennis, capite, thorace, abdomine, ater, at tibiæ & femora pedum anteriorum ferruginea sunt; sed in postico pari pedum sola femora ferruginea & longa sunt, in his autem tibiæ & plantæ pedum nigrae. Antennæ in medio albæ sunt.

959. ICHNEUMON ater; pedibus rufis,

Raj. inf. 256. Vespa Ichneumon tota nigra; præter pedes, qui crocei sunt.

ib. Musca tripilis corpore tenui admodum & prælongo, fetis a cauda, omnium, quas unquam vidi, longissimis, exeuntibus.

Æt. upf. 1736. p. 29. n. 3. Ichneumon cauda tripili, abdomine, tereti atro, pedibus filiformibus rubris.

Habitat passim apud nos in hortis & pratis.

DESCR. Corpus totum antennis, capite, thorace, abdomine, aculeo nigrum. Aculeus filiformis, niger, constans fetis tribus, (intermedio rubro,) corpore longioribus. Abdomen cylindricum. Pedes longi, toti rufi. Alæ macula nigricante marginali.

960. ICHNEUMON ater; tibiis apiceque thoracis albis.

Habitat in pratis.

DESCR. Mediæ est magnitudinis, totus ater; antennæ etiam nigrae; apex thoracis in tergo solus albus. femora nigra. Tibiæ omnes albæ, uti & palmæ in primis pedibus. Abdomen sublunulatum, punctum marginale alarum pallidum.

961. ICHNEUMON niger; fronte pallida, pedibus rufis.
Aët. upf. 1736. p. 50. n. 20. Ichneumon cauda incrimi, abdomine tereti atro, pedibus filiformibus rubris.

Habitat apud nos frequens.

DESCR. præcedentibus minor. *Antennæ* nigrae. *frons* pallida. *puncta* nulla ante alas, nec ulla in incisuris abdominis. *Alæ* rufæ; *pedes* postici tibiis apice nigrescentibus: *Alæ* membranaceæ cum puncto marginali, minime glauca, sed aquei coloris. *Abdomen* cylindricum est.

962. ICHNEUMON ater; pedibus rufis, tibiis posticis apice nigris, antennis medio albis.

Aët. upf. 1736. p. 50. n. 21. Ichneumon antennis spirabilibus, corpore atro, ventre subfalcato, pedibus luteis.

Habitat passim ruri.

DESCR. *Abdomen* atrum, minime cylindricum, sed lanceolato-depressum. *Caput & thorax* nigra. *Alæ* subglauca, puncto marginali pallido. *Antennæ* spirales, longitudine fere corporis, nigrae, annulo in medio albo. *Femora*, *tibiæ & palmæ* omnes ferrugineæ, sed *tibiæ* postice versus apices præsertim & harum *palmæ* nigrae sunt; *femora* autem, quæ longiuscula, ferruginea sunt in pedibus posticis, ut in reliquis.

963. ICHNEUMON niger; pedibus ferrugineis, tibiis posticis albo nigroque variegatis.

Habitat in Scania. D. Leche.

DESCR. Culice paulo major. *Antennæ* pallidæ. *Frons* flava. *Caput*, *thorax*, *abdomen* immaculate nigra. *Abdomen* cylindricum. *Pedum* duo paria priora ferruginea; par tertium femoribus obscure ferrugineis: tibiis duobus annulis albis totidemque nigris alternis notantur.

964. ICHNEUMON niger; fronte punctisque abdominis albidis, pedibus rufis.

Aët. upf. 1736. p. 29. n. 19. Ichneumon niger, abdomine cylindraco punctato; pedibus rubris, alis albidis.

Habitat apud nos rarius.

DESCR. *Antennæ* nigrae. *Caput* nigrum, fronte flavo-albida. *Thorax* niger, *m. cula* lineari albida supra insertionem alarum. *Abdomen* cylindricum, longum, nigrum, punctis duobus albis ovalibus transversis ad marginem singulæ incisuræ abdominis a tergo. *Pedes* rufi, sed postici tibiis nigri. *Alæ* parum glauca cum puncto marginali oblongo atro. Quibusdam *Aculeus* niger, longitudine corporis vel longior.

965. ICHNEUMON ater; tibiis nigris, abdomine maculis utrinque quatuor albis.

Habitat Upsalia. R. Haft.

DE.

DESCR. Corpus totum nigrum sive atrum, sed macula utrinque ante oculos alba; duo alba puncta supraſos. ante alarum baſin utrinque linea alba a capite ducta cum puncto albo, & ſubtus puncto albo. *Apex thoracis* albus cum lineola alba tranſverſa. *Abdomen* longum, ſegmentis 1. 2. 3. 4. utrinque macula ſive puncto albo: horum. 1. ſegmentum petioluſ eſt. *Aculeuſ* nulluſ manifeſtuſ.

966. ICHNEUMON niger; abdomine tibiisque ferrugineis, antennarum medio albo.

Habitat rarius in arvis.

DESCR. Eſt inter maximos noſtrateſ. *Abdomen* totum ferrugineum eſt, excepto petiolo nigro, quo peſtori annectitur. *Tibiae* omneſ ferrugineae, at femora nigra. *Thorax* niger, ſed ſcapularum regio verſuſ alaſ a collo linea flava utrinque notatur. *punctum* itidem flavum ſub baſi alarum: *lineola* flava ſupra oculoſ. *Antennae* ſpiraleſ, in medio albæ, cæterum nigrae.

967. ICHNEUMON luteus totus.

Gæd. belg. 2. p. 135. f. 37.

Liſt. gæd. 59. f. 20. C.

Raj. inf. 253. n. 6. *Veſpa ichneumon* major tota fulva, aliſ ampliſ: anterioribuſ nota fulva circa medium marginem anteriorem inſignibuſ.

Aët. upſ. 1736. p. 29. n. 15. *Ichneumon* flavuſ, abdomine falcato, aliſ erectiſ.

Habitat frequenſ in viiſ & plateiſ noſtriſ.

DESCR. Totum corpus, caput, thorax, abdomen, antennæ, pedeſ, uniuſ ejuſdemque coloriſ flavi, vel dilute lutei. *Alae* membranacei coloriſ, puncto marginali luteo. *Abdomen* arcuatum, baſi anguſtiuſ petiolo adfixum. *antenna* longitudine fere corporiſ infiniteſ articuliſ. *oculi* ſoli nigricanteſ.

968. ICHNEUMON niger; abdomine tibiisque ferrugineis, antennis annulo albo.

Habitat Upſaliae.

DESCR. Eſt hic e majoribuſ generiſ. *Caput* nigrum: oculi nigricanteſ: *Antennae* nigrae, ſpiraliter inflexae, in medio albi inſtar annuli, licet vix perfecti, cingit albedo antennaeſ. *Thorax* niger; a capite verſuſ alaſ utrinque linea albida; ſub alarum inſertionibuſ punctum albicanſ. *femora* nigra omnia, ſed tibiae & palmae omneſ pallide ferrugineae. *Abdomen* ferrugineum totum, ſed petioluſ abdominiſ niger eſt. *Alae* membranacei coloriſ, puncto marginali ferrugineo.

969. ICHNEUMON totuſ luteuſ; abdominiſ apice nigro.

Raj. inf. 253. n. 7. *Veſpa ichneumon* praecedenti congener, ſed minor, tum corpore tum aliſ, verum imo abdomine ſeu cauda nigra.

Habitat rarius in nemoribus.

DESCR. Corpus totum luteum, duo tantum segmenta extrema abdominis nigra. Alæ membranacei coloris. Antennæ longitudine corporis.

970. ICHNEUMON niger; abdomine ferrugineo apice nigro, antennis annulo albo,

Act. upf. 1736. p. 29. n. 7. Ichneumon aculeo triplici, pedibus abdomineque testaceis, apice nigro.

Habitat inter flores passim, nec non in sylvis.

DESCR. Caput & thorax nigra. Antennæ nigræ, annulo albo. pedes omnes rufi. abdomen obverse ovatum, ferrugineum, ultimo articulo nigro, aculeo parvo triplici, alæ membranaceæ.

971. ICHNEUMON niger; abdomine ferrugineo: apice nigro, antennis nigris.

Act. upf. 1736. p. 29. n. 5. Ichneumon niger, cauda exserta triplici, pedibus anterioribus abdomineque luteis.

Habitat in Pinetis.

DESCR. Antennæ, caput, thorax nigra. Abdomen obverse ovatum, ultimo articulo nigro. Pedes ferruginei, sed femora postica nigra. Aculeus triplex longitudine fere abdominis. Alæ glaucæ. Præcedenti duplo major est.

972. ICHNEUMON niger; abdomine toto ferrugineo.

Act. upf. 1736. p. 29. n. 6. Ichneumon aculeo triplici erecto, collari nigro, abdomine pedibusque testaceis.

Habitat cum præcedentibus duobus.

DESCR. Caput, antennæ, thorax nigra. Alæ membranaceæ. Abdomen obverse ovatum, ferrugineum. pedes omnes ferruginei; præcedente paulo minor.

973. ICHNEUMON ferrugineus; abdominis apice pectoreque inferiore nigro.

Habitat rarius in sepibus.

DESCR. Antennæ, capituli latera, pedes, abdominis antica pars, ferruginea; at Thorax subcæus & abdominis tria extrema segmenta nigra.

974. ICHNEUMON niger; abdomine antice luteo, pedum geniculis nigris.

Habitat Upsaliæ. R. Haft.

DESCR. Caput nigrum: linea circum oculos fulva: macula frontis flava; & labium flavum. Antennæ ferrugineæ. apex Thoracis macula flava. Pedes ferruginei, sed postici basi ovati, nigri. femora & tibiæ apice nigra. abdomen flavo-ferrugineum, compressum, sulcatum, sed apice nigrum in dorso abdominis linea longitudinalis nigra

975. ICHNEUMON niger; abdomine antice luteo, pedibusque luteis.

Raj. inf. 255. *Vespa ichneumon* major & longior, abdomine multo tenuiore ligamento pectori adnexo.

Aët. upf. 1736. p. 29. n. 16. *Ichneumon niger*, abdomine falcato superne luteo, alis erectis.

Habitat vulgaris Upsaliæ, frequens in viis.

DESCR. Convenit facie cum proxime præcedentibus, est tamen paulo minor. *Abdomine* antierius luteo & posterius duobus tribusque segmentis nigro convenit cum prioribus duobus; *thorace* undique nigro & petiolo abdominis etiam nigro a prædictis differt. *pedes* maxima parte nigri sunt. *aculeo* pungit & dolorem excitat.

976. ICHNEUMON niger; abdominis segmentis duobus anticis ferrugineis, apice thoracis flavo.

Habitat Upsaliæ.

DESCR. Antennæ, caput, thorax nigra, sed apex thoracis albido flavus, abdominis petiolus niger, duo segmenta prima ferruginea, ita tamen, ut margo prioris ferruginei segmenti nigricans sit; hinc pars abdominis ferruginea quasi linea transversa notata: quatuor reliqua abdominis segmenta nigra sunt. *femora* nigra sunt, sed tibiæ maxima ex parte ferrugineæ. *Abdomen* semicylindricum.

977. ICHNEUMON ater; abdominis sessilis segmentis anticis rufis, alis fuscis.

Frisch. germ. 2. p. 11. t. 1. f. 13.

Raj. inf. 254. n. 9. *Vespa ichneumon* major, capite, thorace & pedibus nigris, abdominis anteriore parte rubra, posteriore nigra.

Aët. upf. 1736. p. 50. n. 25. *Ichneumon ater*, alis nigricantibus, abdomine medio-superiore testaceo.

Habitat sæpe frequens in Uplandia.

DESCR. E maximis generis sui est, torus ater, uti antennæ, caput, thorax, pedes & alæ. *abdomen* ovatum, vix petiolatum, ferrugineo-rufum sive fulco-rufum, exceptis ultimis tribus segmentis nigris. *antenna* breves, arcuatæ, articulis decem.

978. ICHNEUMON abdomine antice ferrugineo: postice nigro: punctis quatuor albis, antennis albo annulo.

Aët. upf. 1736. p. 30. n. 22. *Ichneumon* abdomine testaceo: apice nigro: punctis quatuor albis.

Habitat frequens circa Upsaliam & alibi.

DESCR. Hic sequenti simillimus. *Antenna* nigre annulo albo in medio, cum in sequenti antennæ nigre, secundum totam longitudinem hinc alba.

bæ. *Pedes* rufi in hoc, sed femora postica nigra; in sequenti femora postica, uti reliqua, rufa. Caput nigrum absque macula, cum in sequente frons flava. *Thorax* in hoc niger; in sequenti apice & ad insertiones alarum lateus. *Abdominis* primum segmentum nigrum, secundum ac tertium ferrugineum, reliqua nigra, a tergo alba macula singulari notata; in sequenti segmentum abdominis primum & secundum flavum, reliqua nigra a tergo majori macula flava notata. *Alæ* utrinque glaucæ.

979. ICHNEUMON abdomine antice ferrugineo: postice nigro: maculis flavis quinque, antennis hinc albis.

Habitat cum præcedente.

DESCR. Vide præcedentis descriptionem & ibi datas differentias.

980. ICHNEUMON abdomine antice ferrugineo: postice nigro immaculato, antennis annulo albo.

Act. upf. 1736. p. 50. n. 23. Ichneumon antennis spiralis, abdomine nigro, articulis duobus superioribus testaceis.

Habitat cum præcedentibus.

DESCR. Facie convenit cum penultimo, ut an pro varietate sola habendus sit, dubitem, convenit cum eo antennis nigris, singulo albo, capite nigro, thorace nigro apice flavo; pedibus luteis, sed femoribus gaudet nigris; alis glaucis. abdomine nigro, segmento secundo & tertio ferrugineo, reliquis immaculatis.

981. ICHNEUMON abdomine antice ferrugineo: postice nigro: incisuris flavis, antennis annulo albo.

Act. upf. 1736. p. 50. n. 24. Ichneumon antennis spiralis, abdominis articulis nigris margine flavis, secundo toto testaceo.

Habitat cum præcedentibus.

DESCR. Convenit facie cum tribus proxime præcedentibus, præsertim cum ultimo; nam. *Corpus* nigrum. *antennæ* albo annulo; *apex* thoracis flavus: *abdominis* primus articulus niger, secundus ferrugineus, reliqui nigri marginibus flavis. *Alæ* glaucæ cum puncto marginali.

982. ICHNEUMON niger; abdomine medio pedibusque anterioribus rufis, palmis posticis albis.

Habitat in nemoribus.

DESCR. Mediæ magnitudinis est, caput, antennæ totæ nigre. *abdomen* rufum, basi & apice nigro. *pedes* 4 anteriores rufi; pedes postici duo longiores, nigri, solis pedum plantis albis. *Alæ* membranacæ puncto marginali nigricante.

983. ICHNEUMON niger; tibiis segmentoque secundo tertioque abdominis flavis.

Habitat *Upsalæ*. R. Hast.

DESCR.

DESCR. Caput, thorax, antennæ nigra, ante oculos utrinque macula flava. apex Thoracis flavus. *abdominis* primum segmentum est petiolus niger; reliqua segmenta depressa, quorum secundum & tertium flavum, reliqua nigra, sed quartum tribus maculis obsoletis ferrugineis. *femora* nigra; *pedes* flavi, geniculis nigris.

984. ICHNEUMON niger; alis albis: fascia duplici nigra: posteriore majore.

Habitat in pratis.

DESCR. parvus est, magnitudine culicis, angustus, torus niger, *antennis* tenuissimis rectis. Torum *corpus* atrum est, sed *femora* primæ rufescent; *alæ* aqueæ cum macula magna nigricante postice; & ante hanc lineola transversa nigra.

985. ICHNEUMON tibiis posticis clavatis.

Mouff. lat. 64. f. 121. *Musca tripilis* 1.

Reaum. gall. 4. t. 10. f. 14.

Act. upf. 1736. p. 28. n. 2. Ichneumon cauda triplici, abdomine superne flavescente, pedibus clavatis.

p. 29. n. 17. Ichneumon cauda inermi, abdomine falcato, pedibus clavatis.

Habitat in *Arena*.

DESCR. Caput, thorax, pedes, antennæ nigra, *Aculeus* in fœmina triplex, niger (intermedio rubro,) piliformis, longitudine corporis vel longior, apice albus. *abdomen* falcatum, petiolo thoraci adfixum, nigrum, sed versus basin rufum. *pedes* posteriores constant femoribus parvis, his proximus articulus est tibia nigra, minus crassa, & tertius articulus sive tibia inferior crassissima, nigra, clavata; ultimus articulus tenuis basi albus.

986. ICHNEUMON linearis; antennis longitudine corporis, tentaculis setaceis, femoribus clavatis.

Habitat in *Scania*. D. Leche.

DESCR. Est longitudine Culicis, valde tenuis & oblongus. *Pedes* testacei, *femora* clavata. *Abdomen* clavatum. *antennæ* longitudine corporis, in cauda tres setæ longitudine corporis. *alæ* complicatæ sive incumbentes, macula ferruginea marginali, duæ setæ sive *tentacula* ad os longitudine thoracis, albæ. alter sexus caret setis in cauda.

987. ICHNEUMON viridi-æneus; antennis nigris spiralis.

Habitat in juniperi Triglochide, cujus Tipulam devastat. vide Tipulam antepenultimam.

DESCR. *Corpus* torum viridi-æneum magnitudine pediculi; *Antennæ* nigre spirales. *Alæ* aqueæ: puncto marginali rubro. *Larva* rubra. *Puppa* ovata pellucida aquei coloris.

Apis.

* *Vespa*.

988. APIS thorace nigro: antice rufo immaculato, abdominis incisuris puncto nigro duplici contiguo.

Mouff. lat. 50. Crabro.

Merr. pin. 196. Crabro.

Raj. inf. 250. Crabro vulgaris.

Frisch. germ. 9. p. 21. t. 11. f. 1. Crabro.

Swamm. bibl. t. 26. f. 9.

Succis Bolgetting.

Habitat in arboribus sub arborum radicibus & in domibus vacuis, victitat raptu aliorum insectorum, etiam apum domesticarum.

DESCR. Labium superius luteum: Caput rufum. Thorax niger, antice rufus. Pedes grisei. abdominis incisuræ extrorsum luteæ, introrsum nigre, punctis duobus in segmento 3 4 5, sed basi connatis cum nigredine interiore incisurarum.

989. APIS thorace lineolis trium parium differentium flavescens, punctis nigris incisurarum liberis,

Mouff. lat. 52. Vespa.

Merr. pin. 196. Vespa flava major.

Raj. inf. 250. Vespa vulgaris.

Frisch. germ. 9. p. 23. t. 12. f. 2.

Swamm. bibl. t. 26. f. 8.

Succis Wespa. Getting.

Habitat sub tectis frequens apud nos, muscarum prædatrix.

DESCR. Antennæ nigricantes. Thorax ater: lineis duabus anterioribus lateralibus, lineolis duabus transversis posticis; duabus aliis adhuc minoribus posterioribus: *Insegmenta* abdominis nigra, omnia margine flava, in singulo duo puncta nigra connexa cum nigredine in prioribus incisuris, in posterioribus vero distincta. *Pedes* flavi.

990. APIS nigra; abdomine fasciis quinque flavis: prima remotissima.

Frisch. germ. 9. t. 12. f. 1.

Habitat passim.

DESCR. Antennæ clavatæ, nigre, infimo articulo subtus flavo, puncta flava 2 ad basin maxillarum a latere, 2 ad apicem labii superioris, 2 in fronte, 1 intra cornua, 2 in medio tergi thoracis, 1 ad singulam alam. Thoracis basis linea flava. tibia omnes flavæ. *segmenta* abdominis omnia quinque margine flava, quorum primum remotius, latius, semibifida lineola. Alæ minus explicatæ.

991. APIS nigra; thoraci basi flavescente, abdomine fasciis quatuor flavis: prima remotissima.

Frisch. germ. 9. p. 24. t. 12. f. 8. 9.

Habitat ruri.

DESCR. Nigra tota est. *antennæ* fere clavatæ; a tergo ad basin *Thoracis* duæ maculæ trigonæ, versus apicem thoracis macula nulla. *Abdomen* cingitur quatuor flavis fasciis, quarum prima maxime a reliquis remota est. *Tibiæ* etiam flavæ sunt.

992. APIS nigra; thorace basi apiceque flavescente, abdomine fasciis quatuor flavis: tertia interrupta.

Habitat in campis & arvis.

DESCR. Vespa vulgari minor. *Antennæ* nigrae; *Corpus* nigrum, sed a tergo ad marginem *thoracis* anteriorem lineola flava, & in medio thoracis a tergo punctum flavum. *abdomen* tribus fasciis transversis flavis a tergo notatur, quarum secunda ac tertia remotissima; his duabus interiacet ab utroque latere punctum oblongum flavum. *Pedes*, exceptis femoribus rufis, nigri sunt.

993. APIS nigra; abdomine fasciis quatuor flavis: tribus primis interruptis.

Habitat passim.

DESCR. *Corpus* nigrum, ape minus. *Tibiæ* omnes flavæ. *thorax* immaculatus. *abdomen* a lateribus pingitur utrinque tribus lineolis transversis flavis, & pone has lineola transversali flava. *antennæ* breves, nigrae, basi flavæ.

994. APIS nigra; abdomine fasciis quatuor undique flavis.

Frisch. germ. 9. t. 12. f. 5. an?

Habitat Fahlunæ juxta viam publicam in arena, cuniculos formans ad latus arenæ juxta Capellum.

DESCR. Tota nigra est, ape domestica minor. *antennæ* nigrae, in medio latiores. *Caput* nigrum; *thorax* niger, a tergo pari punctorum transversorum flavi coloris. *abdominis* primus articulus niger, puncto utrinque flavo; segmento 2 3 4 5 nigro, margine circum torum abdomen flavo; segmento ultimo, seu ani, toto nigro. *Pedes* nigri, hinc inde pallidi.

995. APIS glabra nigra; abdomine fasciis tribus flavis: prima remotissima.

Habitat in Scania. D. Leche.

DESCR. Mediæ hæc magnitudinis, tota nigra, sed frons inter antennis puncto albo. *thorax* niger, sed in apice duo puncta albida. *Abdominis* tria segmenta margine flava, quorum duo postica approximata, primo magis distante; horum linea flava intermedia subtus conspicitur, non vero reliquæ. præter hæc observatur & in thorace utrinque ad basin, ut & utrinque sub alæ insertionem, punctum album minutissimum.

996. APIS glabra nigra; abdomine fasciis tribus flavis: tertia remotissima; primo articulo infundibuliformi. Habitat in *Scania*. D. Leche.

DESCR. *Antennæ* nigrae, basi flavæ: linea flava ante singulos oculos: linea flava ad basin thoracis, & punctum flavum in medio thoracis, ut & sub alarum infertionem. *Abdomen* adnectitur pedunculo pyriformi supra puncto flavo notato, qui *primus* articulus est; *secundus* articulus & *tertius* cingitur a tergolata linea flava singulus; *quartus* articulus caret linea flava, sed ad latera maculam flavam habet; *quintus* articulus margine flavo est. *Pedes* flavi.

997. APIS glabra nigra; tibiis flavis, abdominis fasciis tribus flavis: primis interruptis. Habitat passim inter flores.

DESCR. *Caput* atrum. *Antennæ* atræ, basi flavescentes. *Thorax* niger, basi pone caput punctis duobus linearibus flavis. *Abdomen* glabrum, atrum: segmentum 1 immaculatum; 2 macula utrinque ovata; 3 immaculatum; 4 linea flava a tergo interrupta; 5 linea flava contigua; 6 immaculatum. *Abdomen* subtus totum atrum est. *Tibiæ* extrorsum flavæ, introrsum fulvæ. *Palmae* nigrae & femora nigra, exceptis prioribus. Vespæ hæc longitudine est muscæ domesticæ, sed angustior.

998. APIS thorace nigro: lineolis flavis, abdominis segmentis nigris: margine flavis; primo secundoque ferrugineo.

Habitat rarius in hortis.

DESCR. Magnitudo & facies vespæ vulgari simillima. *Caput* nigrum, fronte flava cum macula hastata; maxillæ flavæ. punctum flavum inter antennæ. capitis latera flava utrinque lineola. *Thorax* niger cum lineola ante singulam alam flava; puncto flavo sub ala, & lineola transversa pone singulam alam. *Abdominis* segmenta nigra, marginibus flavis, sed primum segmentum omnino ferrugineum marginae flavo; secundum segmentum basi in medio nigro. femora maxima ex parte nigra, sed tibiæ ferrugineæ. *Antennæ* nigrae.

999. APIS pedibus maxillisque flavis: apice nigris, incisuris abdominalibus glabris: margine nigris.

It. gotl. 246. Jord - bij.

Habitat in monticulis arenosis *Gotlandiæ*, ubi in singulo nido unicus pullus.

DESCR. Oculi, os, pedes flava. *Thorax, abdomen* nigra: segmento abdominis singulo intra margines flavo; margo enim basæos & extimus niger est. primum segmentum macula utrinque unica notatur. *Alæ* glaucæ, venosæ. *thorax* subhirsutus, macula flava pone singulam alam. linea flava interrupta ad apicem thoracis. *Oris* labium superius corneum, in flexum, magni, acuminatum, concavum. *Dentes* utrinque solitarii, flavi, apice nigri. Cræbronis magnitudo.

Differt sexu: *Alia* abdomine luteo maculato (ut supra); antennis supra nigris, subtus flavis; aculeo corneo brevissimo, rigido; *Alia* albo

pi-

picte, ubi prior luteo. antennæ fere ex toto nigre, aculeo pungente, longo, flexuoso, ut in ape.

1000. APIS nigra; pedibus maxillisque flavis. *It. gotl.* 336.
Habitat in *Wisingsö* insula Wetteri, in ipsis anti-
quissimis tumulis sepulchralibus.

DESCR. Magnitudo $\frac{1}{2}$ muscæ vulgaris; toto corpore nigra exceptis pe-
dibus & maxillis pallide luteis. *Antennæ* filiformes, corporis fere lon-
gitudine, subtus pallidiores.

1001. APIS nigra; pedibus fronteque flavis.
Habitat in antliis & siphonibus cariosis *Scaniæ*.
D. Leche.

DESCR. Magnitudo precedentis. *Tota* nigra, sed inter antennas flava:
pedes (exceptis femoribus,) rufo - pallidi, præsertim quatuor poste-
riores. *Antennæ* dimidio corpore fere breviores, rectæ.

1002. APIS nigra; abdominis primo articulo infundibu-
liformi, secundo campanulato maximo.

Frisch. germ. 9. p. 17. t. 9.

Habitat in *Salicetis*.

DESCR. Facies apis domesticæ quodammodo; tota atra, margines fe-
gmentorum abdominis omnes flavi; articulus abdominis primus tenuis,
parum ventricosus, secundus maximus, ut omnes reliquos intra se retrotractos
occultare possit, huic articulo utrinque macula flava (apud nos non uti
Frischii) linearis obliqua, *thorax* niger; macula flava unica ad basin,
ad singulam alam unica, ad apicem unica, sed hæc bifida est. *Frischii*
descriptio optima est.

* * *Apes proprie dictæ.*

1003. APIS gregaria.

Mouff. lat. 2. Apis.

Merr. eur. 2. p. 19. t. 1.

Aldr. inf. 20.

Fonst. inf. 1. t. 2.

Charl. exerc. 6.

Merr. pin. 106. Apis domestica s. vulgaris alvearium.

Raj. inf. 240. Apis.

Dal. pharm. 386. n. 15. Apes.

Mouff. lat. 37. Fucus.

Merr. pin. 196. Fucus.

Suecis Bii.

Habitat apud nos in sylvarum cavis arboribus ra-
rius, communiter rusticis colitur.

Cibus

Cibus harum est mel e vasis nectariis florum, præfertim autumnò e floribus Ericæ, sed mel inde rufescit; Provinciæ itaque Erica destitutæ, ut Oelandia, mel album suppeditant, at Cera e farina antherarum conficitur.

Apum genus ab Ichneumonibus differt lingua membranacea longa inflexa. D. *De Geer*.

1004. APIS nitida; thorace viridi-cæruleo, abdomine inaurato.

Aët. upf. 1736. p. 28. n. 5. Apis parietina nitida, collari cæruleo, abdomine aureo.

Frisch. germ. 9. p. 19. t. 10. f. 1. Vespa argillacea variegata s. superbe colorata.

Habitat in parietibus & muris, præfertim argillaceis.

DESCR. Ape domestica minor. *pulcherrima* sane in genere suo Apis est; caput & thorax *cyanea* nitidissima; abdomen ignei coloris nitens *auro*, pungit & vulnerat uti apis. *Alæ* fuscæ. *Abdominis* ultimum segmentum (exceptis ani) dentatum est, uti & thorax aliquatenus pone. *Antennæ* nigræ, articulis 12.

1005. APIS glabra, nigro-ænea immaculata; pedibus ferrugineis.

Habitat in Scania. D. Leche.

DESCR. *Lechei* hæc est. Vespa parva, prænata: *antennis* latis, *capitatis*, æqualibus, uno angulo deorsum pendentibus. *Caput* thorace latius. *thorax* longior, medio crassior. *abdomen* latum, depresso-rotundum, cum umbone in medio inferius. *alæ* abdomine longiores, sine colore, cum unico rivulo marginali nigro non exeunte. *Pedibus* fusco-fulvis, parvis. *magnitudo* pediculi; *antennæ* vespæ; nulli circuli colorati abdominis.

1006. APIS subhirsuta cinerea, abdomine conico, segmentorum marginibus albis.

Raj. inf. 262. Vespa sylvestris caudata, abdomen nigro: annulis flavis distincto?

Habitat in terra & minis.

DESCR. Ape domestica paulo minor est. *antennæ* nigræ, subclavate. *Caput* & *thorax* pilis cinereis. *abdomen* conicum, acutissimum, incisurarum marginibus albidis, adeoque 5 a tergo, 4 vel 3 subtus lineolæ albæ, *Frons* nigra.

1007. APIS subhirsuta cinerea; abdomine nigro: segmentis albidis, fronte flavescente.

Habitat in terra. P. Kalm.

DESCR.

DESCR. Ape domestica minor, nigra, villis albidis seu canis adspersa. *Abdomen* nigrum, segmentis villosis canis; vel 6. *Frons* flavescens tota. *Antennarum* infimus articulus flavus, reliquæ nigrae. Tota facies præcedentis, a qua differt abdomine minus conico & fronte flava.

1008. *APIS* hirsuta; capite thoraceque nigro, abdomine rufo, fronte bicorni.

DESCR. Sequentè paullo major. Thorax, caput, oculi, antennæ nigra. *Abdomen* rufum. Pedes rufescentes, ad minimum posteriores. *frons* nigra, minime alba. ad basin maxillarum in fronte duo *Cornicula* incurva, rigida, nec mobilia, prominula, hirsutie vix longiora, nigra infra apicem: a parte exteriorè denticulo notata. facies & magnitudo apis domesticæ.

1009. *APIS* hirsuta, capite nigro, abdomine rufo, fronte alba.

Act. upf. 1736. p. 28. n. *Apis* fusca, fronte alba, colliari testaceo.

Raj. inf. 242. *Apis* sylvestris parva, abdomine breviorè, toto supina parte lanugine rufa vestito, thorace lanugine albicante.

DESCR. Tota hirsuta; facies apis domesticæ, seu proximæ antecedentis, sed minor. *Caput* & *antennæ* nigrae. *frons* pilosâ, albida. *femora* albis pilis. *thorax* fuscus. *venter* pilis rufis ruber.

1010. *APIS* nigra; abdomine supra lineis quatuor albis, subtus lana fulva.

Raj. inf. 242. *Apis* sylvestris corpore longo angusto, parva nigra, dorso lanugine rara fulva obsito, abdomine supino nigro glabro splendente, prono lanugine rufa densa vestito.

DESCR. Ape domestica minor. *caput* nigrum. *frons* cinerea. *thorax* niger, hirsutie subcinerea. *abdomen* ovatum, nigrum, acutum, inciturarum marginibus albis; subtus lana rufa seu ferruginea valde pilosum. *pedes* nigri; postici palmis rufescentes.

1011. *APIS* nigra; tibiis ferrugineis, abdomine maculis utrinque quatuor flavescentibus.

Habitat passim in hortis. Licet minima sit, sæpe tamen muscam domesticam se triplo vel quadruplo majorem occisam secum trahit.

DESCR. *Caput* & *thorax* nigra, immaculata. *abdomen* nigrum, cujus incisuræ quatuor primariæ a tergo notantur singuli pari macularum albo-flavescentium, quarum par thoraci proximum maculam habet utrinque ovatam, reliqua paria constant maculis linearibus. *Femora* nigra, sed *Pedes* ferruginei. *antennæ* non capite longiores, nigrae, deorsum inflexæ & apicibus obsolete.

* * * Bom-

* * * *Bombyli hirsuti.*

1012. APIS hirsuta nigra; thoracis cingulo flavo, ano albo.

Jung. verm. 51. Bombylius.

Mouff. lat. 53. f. 2. Bombylius.

Goed. belg. 2. p. 174. f. 46.

List. goed. 233. f. 105.

Frisch. germ. 9. p. 24. t. 13. f. 1.

Raj. ins. 247. n. 5. Bombylius.

Act. upf. 1736. p. 28. n. 12. Apis hirsuta, nigra, collari abdominisque cingulo nigro, apice albo.

Reaum. gall. 6. t. 3. f. 1.

Suecis Jord - Humbla. *Uplandis.* Mömus.

Habitat in ipsa Terra, ubi copiosum mel colligit.

DESCR. Inter Bombylios dictos hæc maxima est. Totum Corpus undique hirsutum & nigrum; Abdomen antice flavum, pene album, medio nigrum est: thorax antice flavo colore cingitur.

1013. APIS hirsuta atra.

Act. upf. 1736. p. 28. n. 15. Apis hirsuta, tota nigra.

Habitat in Terra, minus frequens.

DESCR. Præcedenti similis, sed minor; toto Corpore nigro, immaculato, exceptis setulis quibusdam circa collum sulphureis.

1014. APIS hirsuta atra; ano fusco.

Act. upf. 1736. p. 28. n. 14. Apis hirsuta nigra, abdominis apice fusco.

Habitat in Terra, minus frequens.

DESCR. Præcedenti similis, solo apice Abdominis minus nigro.

1015. APIS hirsuta atra; ano fulvo.

Reaum. gall. 6. t. 11. f. 1. 2.

Act. upf. 1736. p. 28. n. 13. Apis hirsuta nigra, abdominis apice rubro.

Frisch. germ. 9. p. 25. n. 2. (sed nostra minor.)

Suecis Sten - Humbla.

Habitat in *acervis lapidum*, copiose mellificans.

DESCR. Tota atra est, excepto apice abdominis tribus incisuris igneis sive rufo - fulvis.

1016. APIS hirsuta; thorace nigro abdomine luteo.

Act. upf. 1736. p. 28. n. 12. Apis hirsuta maxima

Alpino - lapponica, collari nigro, abdomine luteo.

Habi-

Habitat in *Alpibus Lapponicis*, ubi modo unicam legi.
 DESCR. Magnitudine ad *Scarabæum* cornibus cervinis 337 accedit,
 tota hirsuta & atra, excepto abdomine toto luteo seu ferrugineo,
 folaque abdominis basi nigra.

1017. APIS hirsuta fulva; abdomine flavo.

Frisch. germ. 9. p. 26. n. 8.

Aët. upf. 1736. p. 28. n. 18. Apis hirsuta, collari
 fulvo, abdomine flavo.

Suecis Moss-Humbla.

Habitat sub *Hypnis* & *Muscis* aliis, in pratis fre-
 quens, parum mellificans.

1018. APIS hirsuta fulva; abdominis medio nigro: ano
 albo.

Aët. upf. 1736. p. 28. n. 17. Apis hirsuta, collari ful-
 vo, abdominis basi fulva: medio nigro, ano albo.

Habitat sub *Muscis*.

Formica.

1019. FORMICA magna. *It. gotl. 232.*

Raj. inf. 69. Formica maxima hippomyrmex.

Aët. stockh. 1741. p. 39. Hæst-Myror.

Habitat in *Truncis putridis* cavis.

DESCR. Caput nigricans, in occipite puncta tria. *Thorax ferrugineus*
 ad tergum nigricans apice albo, *pedes* ferruginei. *Squama* inter thoracem
 & abdomen ovata integra acuto-rotundata. *Abdomen* fuscum constans
 5 segmentis.

1020. FORMICA rufa.

Raj. inf. 69. Formica media rubra.

Aët. stockh. 1741. p. 39. Piff-Myror.

Habitat ubique in sylvis *acervos* e foliolis *acerosis*
 exstruens.

1021. FORMICA fusca.

Raj. inf. 69. Formica media, nigro colore splendens.

Aët. stockh. 1741. p. 40. Swart-Myror.

Habitat in *terra glareosa*.

1022. FORMICA rubra.

Raj. inf. 69. Formica minima rubra.

U

Aët.

Act. stockb. 1741. p. 40. Etter-Myror.

It. gotl. 246. Etter-Myror.

Lewenb. epist. 1687. p. 97. f. 8.

Swam. quart. p. 181. t. 9.

Habitat in *cespitiibus* graminosis.

1023. FORMICA atra.

Raj. inf. 69. Formica minor e fusco nigricans.

Act. stockb. 1741. p. 41. Små-Myror.

Habitat in terra.

OBS. De propagatione Formicarum, earumque sexu plurima scripsi in *Act. stockh.* 1741. p. 140. seqq. ubi *Mares* alatos dixi, *Feminas* maximas pennatas, *Neutras* minimas impennes; neutra cohabitant per annum, acervosque extruunt; *Mares* & *feminae* quam primum prodeunt, generant, ovaque deponunt, mox his peractis expelluntur ambo a neutris.

VI. DIPTERA.

Oestrus.

1024. OESTRUS thorace flavo: cingulo nigro, alis nigra fascia, pedibus pallidis.

Raj. inf. 271. Musca bipennis Oestrum dicta, alis membranaceis punctis crebris nigrioribus velut adpersis.

Derrh. physico-theol. l. 8. c. 6. n. 11. Vormils.

Frisch. germ. 5. p. 21. t. 7. Vermis in stercore vacuino.

Reaum. gall. 4. t. 38. 37. 36.

Succis Styng. Brömskula.

Habitat in dorso *Boum* per totam hyemem, Julio exiens.

DESCR. Magnitudo muscæ majoris, os nullum; rima absque dentibus & proboscide. *oculi* nigri. *antennæ* articulo lentiformi cum sera. *Thorax* flavus, cingulo nigro inter alas conspicuo. *apex* thoracis a tergo nigris pilis intermediis fulvis reflexis. *abdomen* fulvum, segmentis margine & basi nigricantibus, ultimo articulo abdominis nigro. *Pedes* pallidi. Halteres sub alis albi. cauda exserta inermis, sub abdomine valde inflexa. *ala* albæ, incumbentes, in medio fascia lata transversa fusca puncto fusco in apice alarum, & alio paulo infra versus marginem tenuiorem, & tertio puncto infra fasciam & corpus versus marginem tenuiorem.

1025. OESTRUS thorace flavo: cingulo nigro, alis immaculatis, pedibus nigris. Fl.

Fl. lapp. 360. n. 517. Oestrum Rhangiferinum Lapponicum, ventre fulvo.

Act. upf. 1736. p. 31. n. 23. Oestrum idem.

Act. stockb. 1739. p. 121. t. (ad paginam 84.) 3. f. 5. 6. *Lappis* Curbma.

Habitat in dorso Cervorum *Rhangiferorum* 39, præfertim mansuetorum.

DESCR. Præcedenti duplo major, *alis* immaculatis. *abdomine* magis hirsuto, ipsa tunica nigra, sed lana fulva, excepta basi abdominis, flava lana. *Pedes* nigri.

Larva per totam hyemen latet sub cute Rhenonum in dorso, caussans tubercula illa, quibus emaciantur Rhangiferi & cicatrices quibus contaminantur eorum coria. Dicitur & *æstrus* & *æstrum*.

1026. OESTRUS niger; thorace flavo.

Flor. lapp. 363. p. 517. Oestrum Rhangiferinum Lapponicum, ventre nigro.

Act. upf. 1736. p. 31. n. 24. Oestrum idem.

Lappis Trompe.

Habitat in Lapponia.

DESCR. Magnitudo & facies præcedentis, a quo differt, quod minus pilosus: *corpus* totum nigrum, sed *thorax* solus villis pallide flavis vestitus. Hunc eundem esse, qui in Lapponia ova sua Rhenonum sinui frontis infigit & quem in itinere, verno tempore, sæpe evomunt, me docuit nobiliss: *Carol. Gustav. Friedenreich*.

1027. OESTRUS sinus frontis ruminantium.

Reaum. gall. 4. t. 35. f. 21. 22. 23. 24.

Suecis Noosmatiken.

Habitat in nasu sive sinu frontis animalium ruminantium.

1028. OESTRUS ani Equorum,

Reaum. gall. 4. t. 35. f. 1-5.

It. gotl. 277. Vermes hæmorrhoidum cæcarum facie.

Habitat in recto ani Equorum, instar hæmorrhoidum cæcarum hærens; hujus volatile animal nondum perfectum a me observatum est dum hæc scribo.

1029. OESTRUS aquæ.

Gæd. belg. 1. p. 128. t. 70. Chamæleo.

List. gæd. 355. t. 144.

Frisch, germ. 5. p. 28. t. 10. Tabanus aquaticus.

U 2

Swamm.

Swamm. quart. 138. t. 4. Tabanus.

Habitat in paludibus & piscinis frequens.

OBS. Larva mihi notissima, muscam autem non dum vidi, forte unica ex enumeratis in hoc Catalogo? incertus hæreo, utrum æstri, aſili, tabani aut muscæ generis.

Asilus.

1030. ASILUS antennis capite longioribus clavatis acuminatis, segmentis abdominalibus glabris: margine flavis, fronte glabra. *De Geer.*

Reaum. gall. 4. t. 33. f. 12. 13.

Habitat in pascuis.

DESCR. Facies vespæ: abdomine obtuso; totus glaber: fronte nuda, lutea.

1031. ASILUS ferrugineus; abdominis articulis tribus prioribus atris; posterioribus quatuor flavis.

Mouff. lat. p. 46. Vespæ; species, figura exterior.

Jonst. inf. t. 10. f. 2. Musca boaria aldr. tab. 1.

Hoffn. inf. t. 16. f. 10.

Raj. inf. 267. Musca maxima crabroniformis.

Frisch. germ. 3. p. 38. t. 8. Musca rapax magna, abdomine luteo maculato.

Reaum. gall. 4. t. 8. f. 3.

Act. upf. 1736. p. 29. n. 8. Ichneumon collari gibbo, abdomine ovato acuto.

Habitat in pascuis, volitat *juxta terram*; a rusticis creditur hoc esse, quod boves currere cogat violento raptu ad aquas, ne pedes inter ungulas spurias vulneret; quo jure hæc noverint, me latet.

DESCR. Facies crabronis: Thorax magnus, gibbus: Rostrum nigrum, subulatum. alæ, pedes, venter subrus ferruginea: abdominis tres articuli primores nigri; proxime insequentes flavi; anus seu cauda ipsa ruffa.

1032. ASILUS flavus hirsutus, pedibus nigris, alis glaucis. *It. gotl.* 327.

Habitat in *Smolandia*.

DESCR. Magna est, in cauda quasi ungula capriina intra quam variæculei innoxii.

1033. ASILUS lividus, thoracis lineis dorsalibus tribus nigris.

Habitat in floribus.

DESCR.

DESCR. Magnitudo muscæ. *Abdomen & Femora* longa, pallida s. livida. *thorax* lividus, a tergo lineis tribus longitudinalibus nigris. *oculi* grisei. *Rostrum* nigrum, sub pectore inflexum, longitudine thoracis. *Alæ* aqueæ. *Antennæ* nigrae.

1034. **ASILUS niger hirsutus**; abdominis articulis tribus postremis albis.

Flor. lapp. 360. Oestrum bovinum, cauda alba.

Aët. upf. 1736. p. 31. n. 25. Oestrum bovinum, cauda alba.

Habitat in *Nericia*, unde 1731 a Profess. Ströméro allatus.

DESCR. Magnitudine & præced. 1031 & Crabronem ipsum superat. Totus oblongus, niger & hirsutus est. *Frons* pallefcit. *Alæ* griseæ segmenta abdominis tria ultima alba. *anus* ipse corneus, niger, unguæ capriæ instar latus; *Femina* ergo est. alium habeo, cui cauda simplex & abdomen dilutius flavum, qui *Mas* est.

1035. **ASILUS ater hirtus**, alis albis, femoribus ferrugineis.

Fl. lapp. 359. n. 517. Musca atra villosa oblonga, pedibus longis, femoribus rubris.

Aët. upf. 1736. p. 34. n. 64. idem.

Habitat in nemoribus Lapponiæ Lulensis.

DESCR. Magnitudo muscæ domesticæ, sed angustior. *totus* ater, pilis hispidus, nec nitidus. *femora* ferruginea. *alæ* albæ venis nigris.

1036. **ASILUS niger**; abdominis segmentis tribus a tergo rufis.

Habitat cum præcedentibus.

DESCR. *Totus* ater, parum hirsutus; macula magna a tergo abdominis rufa, *alæ* fuscæ.

1037. **ASILUS corpore atro glabro**; alis nigris, femoribus halteribusque ferrugineis. *It. æl.* 155.

Reaum. gall. 4. t. 22. f. 7. 8.

Habitat in *Oelandia*.

DESCR. Totus glaber. *abdomen* clavatum, atrum, nitidum. *caput & thorax* atra. *pedes* sive femora ferruginea, plantis nigris. *claviculæ* ferrugineæ. *alæ* angustæ, nigrae.

1038. **ASILUS niger**; alis subrotundis ferrugineis.

Aët. upf. 1736. p. 31. n. 15. *Culex* fuscus; alis subrotundis.

Habitat in *Lapponia Umensi & Lulensi* frequens, ubi

circa vesperam choreas in aëre ducit, uti reliqui culices; non vero mordet.

DESCR. Ore gaudet culicis longiusculo nigro. *Corpus* nigrum. *Pedes* nigri, femoribus ferrugineis. *Alæ* subrotundæ, fuscæ seu ferrugineæ, valde obtusæ. Magnitudine alarum muscam domesticam superat, corpus tamen angustius est.

1039. ASILUS niger, abdominis margine maculisque tribus dorsalibus albis.

Habitat in *Urtica* rarius.

DESCR. Facies muscæ domesticæ sed dimidio minor. *Caput* nigrum, pone antennas lineola seu duo puncta oblonga alba. *Thorax* glaber, niger, nitidiusculus puncto & lineola alba laterali ante alas. *Halteres* albi. *Abdomen* nigrum; margine acuro albo maculis tribus triangularibus longitudinalibus in dorso abdominis. *Femora* nigra, *Pedes* albidii. *proboscis* acuminata est; hinc ad hoc genus, potius quam ad muscæ hanc speciem refero.

1040. ASILUS alis albis; fasciis duabus fuscis.

Act. upf. 1736. p. 33. Musca minima atra, ventre acuminato, alis incumbentibus; fasciis tribus cinereis.

Habitat in foliis *Salicis*.

DESCR. *Corpus* vix majori pediculo majus, oblongum, totum atrum una cum pedibus. *Alæ* incumbentes, fasciis duabus latis fuscis, apice & basi tamen albæ. *pedes* longiusculi. *Caput* rotto prominulo, incessus elevatus, *thorax* niger, nitidus. *Abdomen* atrum. *femora* alba.

1041. ASILUS niger glaber; alis cinereis.

Habitat in hortis.

DESCR. Musca domestica dimidio fere minor; totus ater; abdomine non ovato, sed admodum attenuato; *pedes* postici admodum longi respectu animalis. *Alæ* nec fuscæ, nec cinereæ, sed medio horum.

1042. ASILUS cinereus glaber ovatus.

Suecis Sting-Fluga.

Habitat ubique. Hic tibias nostras ingruente præsertim pluvia pungit; hic, ut continuo calcitent boves, nec pedibus quiescant, facit; ubi pungit, macula sæpe rubra in medio coccinea, diu durans.

DESCR. Facies & magnitudo & Color Muscæ domesticæ vulgarissima adeo similis, ut quis eandem absolute diceret, ni rostrum subulatum atrum, cornuum distingueret.

Hippobosca.

1043. HIPPOBOSCA pedibus tetradactylis.

Mouff.

Mouff. lat. 59. Hippoboscus.

Frisch. germ. 5. p. 43. t. 80. Ricinus volans.

Aët. upf. 1736. p. 31. n. 27. Musca equina tenax.

Reaum. gall. 6. t. 48.

Suecis Hæst-Fluga.

Habitat in Equis, Bobus, præsertim ad inguina & perineum; vulgus itinera instituens maxime metuit, ne aures intret.

DESCR. Notissima ubique est, tota glabra, grisea, tenacissima, capite privata vivit adhuc diu, pedes posteriores longiores sunt.

Character generis consistit in dente simplici cylindrico, obtuso; proboscide brevissima, alis duabus cum halteribus sub alis, pedibus unguulatis pluribus quam duobus.

1044. HIPPOBOSCA pedibus sexdactylis.

Reaum. gall. 5. t. 11. f. 1. 2. 3. 4. 5.

Habitat in pullis hirundinum & in nidis, observata a nobiliss. *De Geer.*

DESCR. Præcedenti minor. Abdomen pone emarginatum; alæ angustæ, in tergo abdominis spatio remotæ. pedes singuli sex unguibus.

Tabanus.

1045. TABANUS griseus; abdominis segmentis singulis triangulo albo.

Jonst. inf. t. 8. ord. 2. f. 22-21.

Reaum. gall. 4. t. 17. f. 8.

Fl. lapp. 363. Tabanus vulgaris griseus, incisuris dorsii macula trigona albicante notatis.

Aët. upf. 1736. p. 31. n. 17. Nomen idem.

Suecis Bröms.

Habitat frequens in Suecia australi, *Equis* æstate molestus.

DESCR. In genere suo hic maximus est. Alæ diaphanæ, venis ferrugineis. Corpus griseum. thorax cinereus. oculi nigricantes. dorsum abdominis sub alis magis flavescit, extra eas magis fuscum. In medio dorso, in singulo segmento, macula triangularis albida, acumine thoracem spectante. femora nigricantia: tibiæ luteæ.

1046. TABANUS niger; abdominis segmentis margine luteis, pedibus rufis.

Fl. lapp. 363. Tabanus flavus.

Aët. upf. 1736. p. 31. n. 18. Tabanus flavus.

U 4

Ha-

Habitat frequens in *Lapponia Norvegiæ* contermina, *Rhângiferis* molestus.

DESCR. Magnitudine ad proxime præcedentem accedit. Oculi, thorax, abdomen nigra, sed incisurarum margines pilis seu margine flavo, tam in dorso, quam in ventra, cinguntur. *Pedes & antennæ* rufæ sive obscure lutæ sunt. *Alæ* subgriseæ.

1047. TABANUS fuscus; lateribus abdominis ferrugineis, oculis lincis tribus fuscis.

Att. upf. 1736. p. 31. n. 19. Tabanus fuscus, abdominis lateribus testaceis.

Habitat frequens apud nos æstate, *Equis* molestus.

DESCR. Magnitudo Bombylii, totus hic glaber: latera abdominis versus basin ferruginea, margines segmentorum abdominis, præsertim in dorso, albidj, femora nigra. tibia rufæ. *Alæ* albidæ, incisuræ abdominis tres priores testaceæ, tres posteriores nigricantes, oculi viridescentes; lineis tribus transversis fuscis. *antennæ* lunulatæ.

1048. TABANUS cinereus; oculis lineâ transversâ.

Habitat apud nos frequens, equis & bobus molestus.

DESCR. *Alæ* albæ, totum corpus cinereum, oculos lineâ transversalis, singularis coloris notat, qua manifeste distinguitur a reliquis, & præsertim a præcedente, cui valde affinis: tibiâ pallidæ.

1049. TABANUS fuscus; alis maculis fuscis albisque variis, oculis fulvo-viridibus: punctis nigris.

Att. upf. 1736. p. 31. n. 21. Tabanus fuscus; alis cinereis: maculis albis nigrisque.

n. 22. Tabanus fuscus; alis

fuscis: maculis nigris.

Raj. inf. p. 272. Musca bipennis pulchra; alis maculis albis amplis pictis.

Habitat in Suecia, præsertim *Smolandia*, frequens.

DESCR. Magnitudine vix muscam domesticam superat. Totus fuscus, latera abdominis juxta basin sub alis flava. *Alæ* magnis maculis albis & nigricantibus variegatæ. *Antennæ* subulatæ sive filiformes, versus basin pilosæ, nec ullo modo lunulatæ. *Oculi* virides fulvescentesque nitidissimi; maculis aliquot distinctis nigris.

1050. TABANUS fuscus; alis cinereis: punctis minutissimis albis, oculis viridibus; lineolis quatuor undulatis fuscis.

Att. upf. 1736. p. 31. n. 20. Tabanus fuscus, alis cinereis punctatis.

Smolandis Blindknagg.

Ha-

Habitat apud nostrates frequens, *Pecoribus* molestus.
 DESCR. Magnitudo muscæ domesticæ; totus cinereo-fuscus: *Alæ* cinereæ, punctis minutissimis albis, cum puncto marginali majori nigricante. *Oculi* virescentes, lineolis transversis undulatis. *thorax* cinereus, lineis longitudinalibus striatis, duo puncta nigra inter oculos. *Antennæ* nigre, filiformes. *tibiæ* variegatæ.

Musca.

* *Alis variegatis.*

1051. MUSCA alis nigris: apice albis.

Act. upf. 1736. p. 33. n. 50. Musca nigra, alis fuscis: apicibus albis.

Habitat in hortis rarior.

DESCR. Rarissima hæc musca parva est, tota nigra, alis nigricantibus summo apice alba macula.

1052. MUSCA alis albis: apice nigris.

Act. upf. 1736. p. 33. n. 49. Musca nigra vibrans, alis albis apicibus nigris.

Habitat frequens in arborum plantarumque foliis, imprimis in hortis.

DESCR. Tota nigra est, exceptis *Alis* albis, summo apice macula rotunda nigra notatis: corpus nigrum est, non admodum longum, sed obtusum. *Caput* rubrum est. dum sedet continuo alas elevat, extendit ac vibrat.

Magnitudine admodum variat, dantur enim quædam alis triplo aut quadruplo majores.

1053. MUSCA alarum punctis duobus nigricantibus.

Habitat Fahlunæ in prædio *Sweden*, supra aquas fontium cursitans. *J. Moreus.*

DESCR. Musca domestica paullo minor, magis oblonga, nigricans. *Thorax* niger, setis adpersum, latere aureum, basi ad pedes canum. *Abdomen* oblongum alis tamen brevius, latere auro nitens. *Pedes* longi nigri. *Alæ* incumbentes, in singulis nervi circiter 4 nigri, & puncta duo atra versus marginem tenuiorem, quorum posticum minus est, sed magis atrum; alterum vero cum alterius alæ pari coiens latior. *Halteres* lividi.

1054. MUSCA alis albis: apice puncto nigro.

Habitat in Scania. *D. Leche.*

DESCR. Penultima longe minor, vix pediculi magnitudine. Tota nigra, alæ versus apicem ad marginem majorem puncto nigro notatæ.

1055. MUSCA alis unguiculatis albis medio puncto nigricante.

Habitat solitaria inter plantas, rarius in horto Academico.

U 5

DE-

DESCR. Magnitudo fere pulicis. *caput & thorax cærulea. abdomen nigrum. Pedes ferruginei sive testacei. Alæ albæ; puncto obsoleto nigro in singulæ alæ disco, fere in medio, vel paulo propius ad marginem interiorem. exterior margo denticulo sive ungue instruitur, ut in Musca majali 1058. Halteres albi. alas non vibrat. oculi fusco-pallidi. antennæ testaceæ. seta nigra.*

1056. **MUSCA nigricans; alis antice albo nigroque variis.**

DESCR. Facies Tipulæ. *corpus nigricans, abdomen tenue; pedes longi. Antennæ subulatæ. Alæ membranacei coloris, nervis 7 vel 8. nigricantibus: maculæ juxta marginem anteriorem, præsertim in medio, albo nigroque variegatæ. Oculi nigri. nullus denticulus in margine alæ.*

1057. **MUSCA alis unguiculatis griseis nigro-maculatis.**

Act. upf. 1736. p. 33. n. 46. Musca alis griseis nigro maculatis.

Aldr. inf. 346. t. 1. f. 5. Musca quinta.

Habitat in Floribus, præsertim in pratis foecundissimis.

DESCR. Musca domestica vulgari minor, *corpus subgriseum. Alæ griseæ, terminatæ macula marginali nigra, & aliquot maculis majoribus nigris sparsis, & plurimis minoribus obsoletis, denticulus in alæ margine crassiore.*

1058. **MUSCA cinerea; alis unguiculatis albis fusco maculatis.**

Act. upf. 1736. p. 33. n. 47. Musca alis albicantibus nigro maculatis.

Habitat in floribus, sæpe Hyoscyami & Cardui crispiflori.

DESCR. Præcedenti paulo minor, sed *Alæ albæ, non griseæ, tamen maculis adspersæ nigro-cinereis s. fuscis & quasi erosis majoribus, & aliis minimis vix conspicuis. Thorax & Abdomen cana. Oculi virides. pedes pallidi. cauda aculeo rigido, subulato, obtuso, in femina. In alarum margine crassiore inque, ejus medio denticulus setæ instar prominens.*

1059. **MUSCA alis albis: margine maculisque nigris.**

Act. upf. 1736. p. 33. n. 48. Musca alis albicantibus nigro punctatis.

Habitat in foliis arborum vere.

DESCR. Hæc musca domestica dimidiò minor, facie ad 1052 accedit, sed *alarum margines extrorsum & apice nigricantes; discus albus, punctis aliquot vagis nigricantibus.*

1060. **MUSCA alis albis: fasciis tribus punctoque terminatrici fuscis.**

It.

It. gotl. 245. *Musca* alis vibrantibus.

Habitat in Scania & Gotlandia, sæpe in *Urtica*.

DESCR. Magnitudo fere muscæ domesticæ. *thorax* niger absque macula. *Oculi* fuscii aut rufi. *Frons* fulva. *Abdomen* nigrum. *Alæ* albæ, fasciis tribus transversis fuscis, quarum prima recto-curva, secunda recta, tertia etiam retrocurva, & præter has macula fusca ad apices alarum.

1061. *MUSCA* alis albis : fasciis quatuor griseis totidemque minoribus obsoletis alternantibus.

Rhed. 1671. p. 262. t. 264.

Blank. belg. 185. t. 16. f. L.

Reaum. gall. 2. t. 38. f. 17-22.

Habitat in nucleis *Cerasorum*, præsertim *Bigaranz* dictorum.

DESCR. Magnitudo antecedentis. Descriptio Rhedi bona.

1062. *MUSCA* alis albis: fascii quatuor fuscis, dorso abdominis punctis quinque parium.

It. oel. 118. *Musca* pallida, oculis viridibus.

Habitat in *Oelandia*.

DESCR. *Musca* domestica longe minor. *Oculi* virides. *Abdomen* a tergo ordinibus punctorum atrorum quatuor; in singulo ordine punctis quinque. *Alæ* albæ, fasciis quatuor fuscis, verius marginem inferiorem angustioribus, *Cauda* acuminata.

1063. *MUSCA* alis albis : linea geminata littera S fusca, oculis viridibus.

Blank. belg. 189. t. 16. f. F.

Goed. belg. 1. p. 102. t. 50.

List. goed. 313. p. 102. t. 129.

Habitat in *Cardui gallis*. *Goedart*.

DESCR. Magnitudo muscæ fere domesticæ. *Oculi* virides. *Corpus* fulvum. *Alæ* linea duplici serpentino-flexuosa, (quarum crassior exterior est,) fusca, in formam litteræ S. ducta, ac si pedes pellucere. Tota subtus obsolete flava; ani apice albo.

1064. *MUSCA* alis unguiculatis albis : fasciis quatuor fuscis, thoracis apice flavo.

Habitat in floribus & foliis *Cardui crispi* 658 frequens, rarior in *Cerasi foliis* mense Junio.

DESCR. Est e muscis parvis. *thorax* cinereus, apice a tergo flavus. *Pedes* testacei, *alæ* albæ, versus basin margine exteriori flavescentes. *Alas* has transversim pingit fascia quadruplex, quarum prima omnino recta sive transversa, 2. 3. 4. parum arcuata, harum ultima *alæ* ipsas terminat. *alæ* gerit ubi *Musca* domestica. *Oculi* virides. *Abdomen* nigrum, femine mucrone subulato, acuto, terminatur. denticulus in margine crassiore *alæ*.

1064

1065. MUSCA alis pallidis: venis nigricantibus; lineis transversis duabus undatis apiceque fuscis.

Aët. upf. 1736. p. 34. n. 65. Musca oblonga flavescens, dorso longitudinaliter punctato, alis nigromaculatis.

Habitat in Hortis.

DESCR. Musca domestica major est, oblonga, similis rapacibus. abdomen flavum: ordo duplex punctorum atrorum a tergo abdominis: in singulo segmento punctorum atrorum par. *Alæ* pallidæ, venis nigricantibus, longitudinalibus; apices alarum cineræ; linea duplex, undulato-nigricans in medio alarum, transversa.

1066. MUSCA alis membranaceis nigro maculatis, abdominis triplici ordine punctorum nigrorum.

Habitat in nemoribus.

DESCR. Musca domestica major, longior. *Caput & thorax* cinerea; in thorace striæ tres, fusæ. *Alæ* albescentes fasciis quatuor nigris, magnis. *Abdomen* flavescens cum ordine longitudinali macularum nigrarum a tergo, & utrinque ordine laterali ad latera; hæ maculæ majusculæ. *pedes* pallidi. *oculi* fusci. *anus* nigricans. *Facies* asili, sed os muscæ.

* * *Hirsutæ, dictæ.*

1067. MUSCA atra; alarum margine tenuiore finuato-albicante.

Aët. upf. 1736. p. 32. n. 35. Musca atra, alarum margine inferiore albescente lacerato.

Aldr. inf. 348. t. 2. f. 13.

Jonst. inf. t. 8. *muscarum aldrovandi* t. 2. f. 13.

Habitat in Hortis passim.

DESCR. Tota atra cum capite, thorace, abdomine, pedibus, alis; sed margo alarum tenuior albus est, vel potius exalbidus; dum hæc albedo sinus formæ, alamque quasi obtuse ferratam reddit, & in abdomine a tergo duo vel quatuor puncta nivea ad margines segmentorum.

1068. MUSCA hirsuta grisea; alis puncto obscuro.

Merr. pin. 200. Musca stercoraria.

Charl. onom. 42. Musca merdivora.

Reaum. gall. 4. t. 27. f. 1. 2. 3.

Aët. upf. 1736. p. 32. n. 28. Musca stercoraria.

Habitat ubique in stercore humano, equino, bovino.

DESCR. *Oculi* rufi. *Frons* flavescens. *Antennæ* nigre. *Thorax* cinereus. *Abdomen* hirtum, flavescens-lividum. *Pedes* hirti. *Alæ* basi & margine crassiore flavescens cum puncto in medio obscuriore. *Mas* magis hirsutus est, magisque luteus. *Femina* magis glabra, magisque cinerea.

1069. MUSCA hirsuta; thorace, abdominis apice, alarumque basibus fulvis.

Habitat in nemoribus rarior.

DESCR. Inter muscas maximas locum tenet. *abdomen* ovatum, nigrum, pone pilis fulvis hirsutum; *thorax* similiter fulvis pilis vestitus. *caput* & *pedes* nigri. *alæ* atque versus basin, præsertim versus earum marginem exteriorem macula magna ferruginea notatæ.

1070. MUSCA pilosa nigricans; abdominis basi alba, apice fulvo.

Habitat in sylvis.

DESCR. Facies Bombylii: magnitudo muscæ domesticæ, sed angustior. *caput* nigrum. *Thorax* niger, apice albido; *abdomen* in medio nigrum, basi albis pilis, apice vero fulvis vestitur. *Pedes* nigri. *alæ* membranacæ, venis ferrugineis, tenuissimis, & macula obsolete ferruginea in medio alæ, eaque satis magna.

1071. MUSCA pilosa; thorace griseo, abdominis apice albo, alis macula ferruginea.

Æt. upf. 1736. p. 32. n. 32. Musca fusca, abdominis apice villis albo, alis pallidis macula lunata ferruginea.

Habitat in hortis.

DESCR. E maximis muscis hæc est, corpore toto nigro, sed frons pilis flavis. *thorax* pilis griseo-flavis, at *abdomen* versus basin nudum, nigrum, versus apicem autem seu posteriora pilis albis vestitur. *tibiæ* versus genicula, quibus femoribus junguntur, exalbidæ. *alæ* exalbidæ venis fulcis, in medio macula transversali ferruginea notatæ.

1072. MUSCA pilosa, thorace griseo, abdomine nigro, alis macula obsolete ferruginea.

Habitat in hortis.

DESCR. Est e maximis muscis. Nigra est, sed frons & thorax pilis griseis vestiti. *abdomen* nigrum, minus pubescens. *alæ* membranacæ, venarum anastomosi juxta medium marginis anterioris ferruginea. *oculi* nigri, linea duplici perpendiculari fusca. *Pedum* posteriorum par temore & proximo articulo seu tibia nigrum est. hæc tibia etiam pone gibba observatur. Facies apis domesticæ.

1073. MUSCA abdomine anteriori albo, posteriori nigro; alis albis: nigra macula.

Æt. upf. 1736. p. 32. n. 30. nomen idem.

Habitat rarius in horto academico.

DESCR. Certè hæc, si non maxima muscarum nostratium sit, inter maximas tamen omnino est. fronte gaudet alba flava cornea. *alæ* albæ, præsertim versus basin. in medio alarum macula magna nigra; infra hanc maculam & apices alarum venæ fuscæ. *abdomen* dimidiatum, versus basin supra & subtrus album pellucidum, versus apicem nigrum. *pedes* nigri;

gri; minus pilosa est, quam præcedentes. *oculi* fusci. *antennæ* flavæ seta nigra pilosa.

1074. **MUSCA** hirsuta; thorace fulvo, alis macula fusca. Habitat in floribus *Scaniæ*. D. Leche.

DESCR. Est inter magnas. *oculi* fusci. frons flava. *antennæ* fulvæ. *thorax* valde pilosus, fulvus. *Abdomen* nigrum, pilis flavis vestitum. *Pedes* nigri, *abdomen* subtus nigrum, marginibus incisurarum albidis: latera abdominis margine luteo prominent, extra inferioris superficiæ latitudinem.

1075. **MUSCA** pilosa cinerea; alis ferrugineis macula fusca.

Att. upf. 1736. p. 32. n. 34. Musca fusca; alis testaceis macula ferruginea.

Habitat in nemoribus.

DESCR. E maximis generis sui, facie quodammodo Tabani. *Alæ* pallido-ferrugineæ cum macula in medio, præsertim versùs marginem exteriorem, saturatius ferruginea seu fusco-ferruginea. *Corpus* villis cinereis, & parum magis in abdomine griseis tectum, *tibiæ* superne albidæ inferne nigre.

* * * *Variegata.*

1076. **MUSCA** nigra; lateribus abdominis testaceis.

Att. upf. 1736. p. 32. n. 31. Musca nigra, abdominis lateribus flavis, alis albis.

Raj. inf. 271. Musca bipennis major diversicolor, cauda setis nigris obsita.

Reaum. gall. 4. t. 31. f. 8.

Habitat passim locis uliginosis.

DESCR. Hæc e maximis generis sui est, adpersa toto corpore setis raris, vagis, nigris. latera abdominis utrinque testacea seu macula unius utriusque maxima pallida notata.

1077. **MUSCA** atra; basi alarum ferruginea.

Reaum. gall. 4. t. 26. f. 10.

Habitat passim.

DESCR. Est hæc simillima præcedenti, & e magnis in suo genere. Tota nigra, sed ante oculos macula utrinque deaurata. *pili* nigri seu potius setæ sparse per totum corpus. *pedes* nigri. *abdomen* ovatum. *alæ* aqueæ, sed versùs basin flavæ sive potius ferrugineæ.

1078. **MUSCA** thorace griseo; abdominis basi fascia lutea interrupta, marginibus incisurarum exalbidis.

Att. upf. 1736. p. 32. n. 37. Musca abdomine fusco, annulis luteis, lateribus flavis.

Ab.

Alb. angl. 13. f. M. L.

Reaum. gall. 3. t. 31. f. 8.

Merian. eur. t. 2.

Habitat in horto academico ubique in floribus.

DESCR. Musca domestica major est. *thorax* villis luteis adspersus. *abdomen* nigrum, utrinque juxta basin seu in primo segmento luteum, dein tribus lineis transversis angustissimis albicantibus notatum, quæ oriuntur a segmentorum omnium abdominis margine albicante. *femora* nigra. Tibiæ superius albidæ. *frons* pallida. *oculi* nigri. punctum marginale nigrum minimum in medio alæ.

1079. MUSCA nigra; segmentis abdominalibus, excepta prima, flavis: medio nigris. *De Geer.*

Habitat in Ostro-Gothia.

DESCR. Magnitudo muscæ domesticæ. segmenta abdominis numero 6; flava, linea transversa nigra, at primum totum nigrum. In thorace utrinque duæ maculæ flavæ.

1080. MUSCA thorace flavo, abdomine fasciis quatuor luteis transversis: prima majore interrupta.

Act. upf. 1736. p. 32. n. 36. Musca subhirsuta, abdomine annulis luteis nigrisque variegato.

Albin. angl. 17. f. I.

Habitat in horto academico ubique in floribus.

DESCR. Facies fere Bombylii. *Thorax* flavis pilis vestitus. *abdomen* ovatum, in segmento 1:mo par macularum majorum, quod fere coit a tergo; in segmento 2:do par macularum angustiorum, quod coit a tergo; margo hujus segmenti in medio flavus. Segmentum 3:m versus basin transversaliter flavum, ut & margo, hinc exurgit a tergo abdominis primo macularum majorum lutearum par, dein tres fasciæ transversæ angustiores, omnes pilis luteis compositæ.

1081. MUSCA thorace striis quatuor flavis, abdominalibus segmentis tribus interrupto flavis.

Reaum. gall. 4. t. 31. f. 1 - 11.

Frisch. germ. 4. p. 26. t. 13.

Habitat in aquis stagnantibus, ubi Larva longo filio pendula.

DESCR. *oculi* fusci. *Thorax* a tergo 4 striis flavis, & tribus nigris latioribus alternantibus. *abdominis* segmenta fusca, singula fasciæ flava magna interrupta (posterioribus minoribus) subtrus est totum primum & maximum segmentum maxima ex parte flavum. femora postica crassa.

1082. MUSCA nigra, abdomine niveo fasciis duabus nigris.

Habitat in *Potentille* floribus aliisque rarius.

DESCR.

DESCR. Musca domestica dimidio minor. *oculi* fusci. *Thorax* ater nitidus. *abdomen* ovatum, niveum, segmento primo in medio versus basin nigro, secundo toto albo, tertio & quarto margine postico nigris, anti albo apice nigro. tota subtrus atra; sed tibiæ pallidæ, & segmentum primum abdominis subtrus album.

1083. MUSCA fusca subhirsuta, abdominis margine acuto lineis utrinque tribus flavis, quarta triangulari.

Hoffn. inf. 3. t. 7.

Habitat in Plantis.

DESCR. Musca domestica major. *thorax* fusco cinereus villosus apice flavus. *oculi* fusci, lineola transversa obscuriore. *Alæ* subferrugineæ. *Abdomen* ovatum, nigricans segmento singulo apice utrinque (non in medio) flavo, excepto 4:to quod terminatur triangulo flavo. *Halteres* albi. *Antennæ* nigre clavato-subulatæ. *Femora* nigra, tibiis ultimis flavis. *facies* singularis.

1084. MUSCA fusca; segmentis abdominalibus tribus margine albidis: primo latere flavo, thorace vix maculato.

Goed. belg. 1. p. 20. t. 2. Vermiculus Porcinus.

List. goed. 307. t. 126.

Mer. eur. t. 20.

Blank. belg. 78. t. 10. f. F.

Swamm. bibl. t. 38. f. I-C.

Reaum. gall. 4. t. 20. f. 7.

Raj. inf. 272. Musca apiformis, tota fusca, cauda obtusa, ex ejula caudata in latrinis degente orta.

Habitat in *Aquis stagnantibus*, *cloacis*, *similibusque* impuris.

DESCR. Musca apiformis fusca hirsuta; abdominis segmentis margine albidis. *Alæ* in medio ferrugineæ. *Pedes* nigri; tibiæ extrorsum albæ. *frons* albidula villosa. segmentum abdominis primum pallidum, subtrus primum abdominis segmentum ad latera pallidum. *Thorax* tribus maculis longitudinalibus obscurioribus notatum. Mira proprietates. *larva* quæ inter ramenta papyracea aquæ immersa, dum pappus conficitur a bibliopegis, malleis ligneis runditur, fortissimo prelo comprimitur, tamen vivit incolumis.

1085. MUSCA atra; abdomine holosericeo: fasciis quatuor pallidis interruptis.

Habitat frequens vere in floribus *Mali* & *Pyri*, præsertim circa vespas.

DESCR. Facies muscæ domesticæ, sed dimidio minor. Tota atra est. *apex* Thoracis a tergo duobus punctis pallidis. *abdomen* atrum, holosericeum, fasciis tribus pallidis seu glaucis in medio dorso interruptis. *artus* omnes nigri, *alæ* membranaceæ, immaculatæ.

1086. MUSCA atra; abdomine cingulis duobus a tergo flavis.

Habitat inter flores.

DESCR. Magnitudo muscæ domesticæ, vel paulo major. *corpus* totum atrum, glabrum. *abdomen* superne lineis duabus transversis flavis, subrus vero unica transversa flava, quæ alternat cum dorsalibus, notatum, frons lineis duabus flavis; ad basin *thoracis* utrinque macula parva lutea. *Pedes* versus apices flavi. *ala* fuscæ, macula obscura.

1087. MUSCA nigra; alis ferrugineis, abdomine cingulis tribus albis: a tergo interruptis.

Habitat inter flores.

DESCR. Est e majoribus, non maximis muscis. *Corpus* totum nigrum, sed *ala* & *pedes* omnino testacea seu ferruginea. Linea alba utrinque ad oculos; circuli tres cingunt æqualiter abdomen, albi, a tergo in medio interrupti, ceu cultro dissecti.

1088. MUSCA fusca; marginibus incisarum abdominis cinereis, alis ferrugineis.

Act. upf. 1736. p. 32. n. 38. Musca glabra, abdomine annulis fuscis pallidisque cincto.

Habitat in floribus, præsertim in hortis obvia.

DESCR. Musca domestica longe major, fusco-cinerea, at segmenta abdominis incana, hinc annuli tres abdominis quasi incani; tibiæ versus apices nigræ, alias albæ. *Ala* ferrugineæ, apicibus aqueis. vix hirsuta est.

J. Aphidivoræ.

1089. MUSCA abdomine ovato nigro: lunularum pari, cingulisque tribus flavescens.

Act. upf. 1736. p. 32. n. 41. Musca nigra glabra, abdomine cingulis luteis superioribus dimidiatis cincto.

Goed. belg. 1. p. 111. t. 41.

List. goed. 315. f. 133.

Habitat in hortis, victitans *Larva* aphidibus præsertim Ribis 704.

DESCR. Hæc sequenti facie, magnitudine, figura, simillima; differt solum abdomine a tergo duabus lunulis in primo segmento, & dein tribus cingulis transversis flavescens, in medio dorso fere angustioribus. *Apex thoracis* a tergo etiam flavescens. Os, pedes, abdomen subtus, flavescens; in margine exteriori *alæ* linea fusca obsolæta.

1090. MUSCA abdomine ovato: tribus paribus lunularum albicantium.

Act. upf. 1736. p. 32. n. 39. Musca fusca glabra, dor-

X

dorso abdominis tribus paribus albarum lunularum notato.

Goed. belg. 1. p. 99. t. 47. Proboscis elephantis.

List. goed. 319. f. 134.

Alb. angl. 66.

Mer. eur. t. 89.

Blank. belg. t. 10. f. P.

Reaum. gall. 3. t. 31. f. 9.

Frisch. germ. 11. p. 17. t. 22. f. 1.

Habitat Larva in foliis arborum, præsertim Pyri, victitans aphidibus.

DESCR. Noscitur ab aliis sex lunulis albis per tria paria dispositis in tergo abdominis. Facies præcedentis.

1091. MUSCA oblonga; abdomine flavo: characteribus nigris transversalibus.

Aët. upf. 1736. p. 33. n. 45. Nomen idem.

Habitat in floribus: Larva Aphidibus victitat.

DESCR. Reliquis longior & angustior est, tota glabra. *pedes* flavi. *Alæ* albæ, nitidæ. *Abdomen* tenue, flavum, segmentis primis duobus apice & basi fuscis; reliquis versus marginem exteriorum & posteriorem punctis tribus acutis fuscis, velut characteribus notatis. A sequentibus duabus vix nisi abdominis colore differt.

1092. MUSCA abdomine oblongo: paribus tribus teragonorum lutescentium.

Habitat in plantis aphidibus victitans.

DESCR. Sequenti adeo similis, ut facile pro eadem haberetur. *Oculi* fusco-ferruginei. *thorax* æneo-nigricans, nitidiusculus. *Alæ* aqueæ, nitentes. *apex thoracis* non flavus, sed thoraci concolor. *pedes* primores 4 flavi, postici 2 nigri, geniculis luteis. *Abdomen* oblongum, lineare, nigrum; macularum flavescientium par in primo segmento minus; in secundo segmento par macularum flavescientium majus exacte teragonarum; in tertio etiam simile, sed minus secundo; in reliquis nulla macula; an sexu solummodo a sequenti diversa? *abdomen* subtus eburneum sive albicans.

1093. MUSCA abdomine oblongo: paribus tribus trigonorum lutescentium.

Aët. upf. 1736. p. 32. n. 43. Musca fusca, dorso tribus paribus trigonorum luteis notato.

Habitat in plantarum foliis frequens; ubi Larva inter aphides degit. Pupa flava, oblonga, hinc acuminata.

DESCR. Inter minores est & oblongas. *frons* flava. *Oculi* fusco-ferruginei.

ginei. *thorax* aeneo-nigricans, nitidiusculus, apice flavo. *Alæ* aequæ. *Abdomen* nigro-cærulescens, lineare; In primo segmento par punctotum lutescentium; in segmentis 2.3.4. singulis scilicet horum, par macularum lutescentium, rotundatum, quarum posticum par magis triangulare, angulo posteriora spectante; ultima duo segmenta flava puncto nigro in medio. *Abdomen* subtus flavum. *thorax* a lateribus flava irregulari macula. *Pedes* flavi.

1094. MUSCA abdomine subcylindraceo; tergo tribus paribus lunularum albicantium.

Act. upf. 1736. p. 32. n. 40. Musca fusca, abdomine oblongo pubescente, dorso tribus paribus albarum lunularum notato.

Habitat inter flores.

DESCR. *Corpus* incanum. *Abdomen* pubescens, lunulis minoribus sine thoracem respicientibus: harum lunularum posticum par cohæret cum albedine, qua abdomen subtus tingitur.

1095. MUSCA grisea; abdominis tergo punctis quatuor nigris.

Habitat in Scania. D. Leche.

DESCR. Magnitudo muscæ domesticæ, facies Afili vel Muscæ stercorariæ. *caput* nigricans. *Alæ* membranaceæ, margine anteriore pallidiore. *thorax* canus. *Abdomen* tenue, lividum, versus anum fuscum, puncta quatuor longitudinaliter disposita a tergo abdominis, nigra, in singulo segmento singula, femora livida, tibiis pedibusque fuscis.

1096. MUSCA oblonga; femoribus posticis majoribus.

Act. upf. 1736. p. 33. n. 45. Musca oblonga nigra, abdominis lateribus inæqualiter albis, pedibus posticis longis.

Habitat in floribus.

DESCR. *Corpus* totum nigrum, angustum, longum, glabrum. *Alæ* albæ segmenta tria abdominis versus basin utrinque alba sunt. femora postica saltatoria, reliquis longiora, sed & multo crassiora validioraque, abla utrinque macula. (non tamen semper). *Abdominis* ultimum segmentum subtus nigrum est, reliqua subtus pallida. *frons* & *thoracis* latera albida.

1097. MUSCA abdomine arcibus tribus luteis reflexis.

Act. upf. 1736. p. 32. n. 42. Musca fusca, abdomine acuminato, circulis luteis retrorsum flexis cincto.

Habitat in floribus.

DESCR. parva est, & musca domestica dimidio minor, angusta & vespæ forma. *Pedes* flavi; *frons* flava. *thorax* nigricans, lateribus linea lutea & apice flavus. in *abdominis* tergo tres lineæ flavæ, arcuatæ, arcuum pedibus versus posteriora flexis; primus arcus flavus, in medio interruptus est; secundus vero integer; tertius semi-interruptus; quar-

tus vero interruptus est; quintum segmentum abdominis flavum est, punctis tribus nigris. Abdomen subrus flavum.

ε. *Aurata.*

1098. MUSCA thorace abdomineque viridi - nitente.
Aët. upf. 1736. p. 33. n. 54. Musca carnivora viridi-
 ænea, abdomine obtuso.
Mer. eur. t. 49.
Reaum. gall. 4. t. 8. f. 1. ♂ t. 19. f. 8. t. 24. f. 13-15.
Raj. inf. 272. Musca bipennis, carnariæ vulgaris fe-
 re magnitudine, thorace & abdomine supino cæ-
 ruleo colore pulchro nitente, capite nigro.
 Habitat ubique in *cadaveribus*, carnibus & putridis.
 DESCR. Musca domestica duplo major. totum corpus, thorace & abdo-
 mine, concolor, scilicet e viridi sericeum sive viridi æneum, valde ni-
 tens & politum. pedes atrii. oculi fusci. linea duplex transversim in-
 sculpta thoraci. Abdomen quatuor articulis, ovarum.
1099. MUSCA thorace cæruleo nitente, abdomine vi-
 ridi - nitente.
Goed. belg. 1. p. 233. f. 54.
List. goed. 305. f. 123.
Aët. upf. 1736. p. 33. n. 56. Musca carnivora, pecto-
 re cæruleo - æneo, abdomine viridi - æneo.
 Habitat in *cadaveribus*.
 DESCR. Facies præcedentis, sed minor, muscæ domesticæ æqualis. differt
 & colore thoracis cæruleo a præcedenti.
1100. MUSCA thorace viridi - nitente, abdomine cæru-
 leo - nitente.
Aët. upf. 1736. p. 33. n. 55. Musca carnivora viridi
 ænea, abdomine acuminato.
 Habitat in *cadaveribus*.
 DESCR. Præcedenti minor. pedes longiores. alæ magis obscuræ. caput
 & thorax viridi-ænea. Abdomen cæruleum, nitidum, angustius.
1101. MUSCA thorace nigro, abdomine viridi.
 Habitat in *cadaveribus* & putridis.
 DESCR. facies omnino sequentis, a qua solum differt, quod paulo ma-
 jor sit, quod abdomen e cæruleo - viridi niteat cupri instar, quodque
 frons inter oculos, una cum antennis & ore, albo aurata sit ceu mem-
 brana, quod in sequenti non obtinet.
1102. MUSCA thorace nigro, abdomine cæruleo.
Goed. belg. 1. p. 132. t. 53. *List.*

List. goed. 304. f. 122.

Raj. inf. 271. *Musca carnivora*, abdomine colore cæruleo nitente.

Act. upf. 1736. p. 33. n. 57. *Musca* abdomine cæruleo obtuso.

Suecis Spy - Fluga.

Habitat in *cadaveribus* & *carnibus* calori expositis.

Ubicunque carnes recentes in loco calidiori adservantur, semper se sistit, ova deponit, vermiculi sive Larvæ dein carnes putridas consumunt.

DESCR. *Musca domestica* duplo major, capite & thorace nigro, solo abdomine cæruleo nitido.

1103. *MUSCA* oblonga; capite viridi, thorace aureo, abdomine cupreo, alis macula fusca.

Habitat in pratis Fahlunæ.

DESCR. Longitudo muscæ domesticæ, sed angustior. corpus totum nitet feri instar, glabrum. caput viridi-nitens. thorax rubro aureus. abdomen cupri sive æris colore. Alæ albæ, macula fusca absque ferruginis colore.

1104. *MUSCA* oblonga; thorace æneo, abdomine anteriorius flavo; posteriorius nigro.

Act. upf. 1736. p. 32. n. 33. *Musca* nigra, abdomine anteriorius fulvo, alis immaculatis.

Habitat in pratis nemorosiss.

DESCR. Magnitudo muscæ domesticæ, sed magis oblonga figura. Oculi fusci. thorax viridi æneus. abdomen oblongum, in aliis pallido - albescens, in aliis ferrugineum, pone autem semper nigrum unio alterove segmento, ita tamen ut luteus color majorem locum semper occupet. femora nigra; tibiæ annulis albis. Alæ aquæ.

5. *Vulgares.*

1105. *MUSCA* nigra; abdomine nitido tessellato, thorace lineis pallidioribus longitudinalibus; major.

Aldr. inf. 348. t. 2. f. 16.

Jonst. inf. 70. t. 8. t. 2. f. 16. *Musca* decima sexta.

Frisch. germ. 7. p. 21. t. 14.

Raj. inf. 270. *Musca* carnaria vulgaris.

Habitat in *carnibus* recentibus.

DESCR. Eadem cum sequenti, quam vide.

1106. *MUSCA* nigra; abdomine nitido tessellato, thorace lineis pallidioribus longitudinalibus; minor.

X 3

Aldr.

Aldr. inf. 348. t. 2. f. 23. *Musca vulgaris domestica.*

Fl. lapp. 359. n. 517. *Musca domestica.*

Aët. upf. 1736. p. 33. n. 58. *Musca domestica.*

Raj. inf. 270. *Musca bipennis major*, (minor,) thorace glabro striato, abdomine supino nigro toto: maculis albis punctato.

Suecis Fluga. Stugo. Fluga.

Habitat per totam *Sueciam* vulgatissima in domibus rusticorum; rara avis in *Lapponia*; at in *Finmarckia Norwegie* integras domos fere replet.

DESCR. Nigra est; oculi rubent. sub his linea alba. Abdomen nigro & incano tessellatum; thorax tribus canis lincis. differt a præcedente, quod dimidio minor; quod non, uti prior, sub volatu bombos edat; quod non ita putrida quærat; quodque aliter generetur. Sola magnitudo in facie externa distinctam reddit, vix eandem speciem crederem.

1107. *MUSCA* nigra; fronte alba.

Aët. upf. 1736. p. 33. n. 60. *Musca atra obtusa*, fronte alba.

Habitat rarius in pratis.

DESCR. Magnitudo & facies omnino *musca domestica*, at color magis niger. *Abdominis* latera parum ferruginea. *frontis* alba, pilis quibusdam nigris. Magis etiam glabra est, quam *musca domestica*.

1108. *MUSCA* nigra; abdomine atro glabro.

Aët. upf. 1736. p. 33. n. 59. *Musca abdomine atro obtuso glabro.*

Goed. belg. 1. p. 33. f. 55.

List. goed. 305. f. 124.

Habitat cum præcedenti.

DESCR. Facies præcedentis, & magnitudo & color idem; sed *frontis* albedine caret, & *abdomen* magis atrum, glabrum.

1109. *MUSCA* atra glabra, oculis ferrugineis, femorum basi pallida.

Goed. belg. 1. p. 132. t. 73.

List. goed. 314. f. 132. *Vermiculus casei.*

Frisch. germ. 1. p. 30. t. 7. *Vermiculus casei.*

Habitat in *Caseo*, cujus Larva caseum consumit.

DESCR. *Musca* parva est, magnitudine *culicis*. tota glabra, nitida. *Oculi* ferruginei; *Alæ* immaculatæ; *os* pallidum; pedes nigri basi pallidi.

1110. *MUSCA* atra glabra, margine alarum crassiore nigro. Habi-

**Habitat in *fmctis* copiosissime & instar grandinum,
an Præcedentis varietas? sic certe videtur.**

DESCR. Musca parva est magnitudine culicis. *tota* glabra nitida; *oculi* subferruginei. & omnino præcedentis. *Alis* albis margine crassiore nigra linea. *Os* nigrum. *Pedes* toti atri. *Halteres* soli albi.

1111. **MUSCA nigra subpilosa; oculis ferrugineis, alis nervosis.**

Habitat in cellulis cerevisia & vino refertis ad potum.

DESCR. Musca parva nigra, pilis quibusdam vagis adpersa. *Abdominis* segmenta sex, nigricante basi pallidiora. *oculi* ferruginei. *Alæ* albæ tribus longitudinalibus nervis, margine crassiore solidiore.

1112. **MUSCA cinerea; thorace quinque maculis nigris, abdomine maculis tridentatis.**

Habitat in viis frequens, & in plantis vulgaris, tædiofissima sub instante pluvia.

DESCR. Facies muscæ domesticæ omnino, sed dimidio minor. *oculi* rufi. *thorax* cinereus, maculis duabus parvis ad basin, tribus longioribus majoribus in medio, & supra apicem thoracis macula nigra, bipartita. *abdomen* ovatum, canum, 4 segmentis: quorum 1 immaculatum; 2 ad basin fascia retrorsum tridentata; 3 simile secundo; 4 etiam simile secundo ac tertio, sed denticulus maculæ intermedius vix conspicuus.

1113. **MUSCA flava; abdomine supra fusco, thorace tribus striis nigris.**

Habitat in Scania. D. Leche.

DESCR. Magnitudo pediculi. *caput* flavum. *oculi* nigri. *vertex* macula triangulari nigra reclusus. *Thorax* a tergo lineis tribus longitudinalibus nigris, quarum intermedia cum capite cohæret, laterales vero a capite distinctæ; apex thoracis flavus. *alæ* aqueæ. *abdomen* flavum, a tergo fuscum. *antennæ* fulcæ.

1114. **MUSCA flava; oculis nigris.**

Habitat in Scania. D. Leche.

DESCR. Hæc parva est, magnitudine seminis oryzae. *Tota* flava; *abdomine* ovato. *alæ* aqueæ, parum flavescens. *oculi* soli nigri.

Culex.

1115. **CULEX fuscus; rostro bifurco.**

Raj. inf. 74. n. 4. *Tipula* domesticæ forte fæmina, prima furcula e fronte.

Reaum. gall. 4. t. 40. f. 1. 2.

Habitat hujus Larva in aqua; Culex non vulnerat.

DESCR. Culice sequente duplo major; color cinereus, *alæ* absque puncto. *antennæ* minus plumosæ in mare. *Rostrum* prominens, ut in reliquis.

ubi vagina apice bifurca, dilatata in duo foliola parula, lanceolata, villosa, intermedio rostro setaceo.

1116. CULEX cinereus; abdomine annulis fuscis octo,

Aët. upf. 1736. p. 31. n. 10. Culex vulgaris.

Flor. lapp. 363. Culex vulgaris.

Reaum. gall. 4. t. 43. f. omnes. & t. 44. f. omnes.

Swamm. quart. 95-99. t. 2. 3. Culex.

Blank. belg. 171. t. 15. f. A. B. C. D. Culex.

Flor. Lapp. 364. Culex alpinus.

Suecis Mygg. *Ostrobothniensibus* Kranck.

Habitat Larva in aquis, Culex ipse in *sylvis*, præsertim *Laponiæ*, nec non rarius in alpibus, ubi major est, sed una eademque species. Hominibus & animalibus sono alarum & sanguinis suctu molestissimus, præsertim noctu. Dum vulnerat sanguinemque haurit pedes posteriores erigit.

DESCR. Corpus oblongum, cinereum. abdomen octo zonis fuscis. Rostrum rectum, setaceum. Alæ albicantes, vasculosæ, ad lumen nitentes. Thorax subus hirsutus.

1117. CULEX alis aqueis: maculis tribus obscuris.

Flor. lapp. 365. Culex Lapponicus minimus.

Aët. upf. 1736. p. 31. n. 12. Culex Lapponicus minimus.

Derrham. physico-theol. l. 4. c. 11. n. 20. f. 5. 6. 7.

Culex minimus nigricans maculatus. an?

Suecis Swidknott.

Habitat in *sylvis*, copiosissime in *Norlandia*. a morfu macula pulicis instar nigricans, diutius hærens, dolens.

DESCR. Corpus magnitudine minoris pulicis, fuscum. Alæ angustæ, albæ, incumbentes, margine exteriori tribus punctis obscuris notatæ; hinc clausis alis & conniventibus punctis, fasciæ tres transversæ fuscæ in alis.

1118. CULEX niger; alis aqueis, pedibus nigris: annulo albo.

Laponibus Mockere.

Suecis Knott.

Habitat in *Laponia*, ante vesperam præsertim copiose infestans; minus in *Suecia* frequens. Legio horum infestat homines occidente sole, tædiosissimi sono

sono & reptatu per cutem, os, oculos, nasum inquirentes; non pelluntur, uti reliqui, oris flatu aut manuum agitationibus.

DESCR. Minimus est, facie muscæ, magnitudine pulicis, vix lineam longus, satis angustus. *thorax* cinereo-cærulescens; *caput* nigrum. *antennæ* filiformes, pallidæ. *oculi* nigri. *abdomen* ovatum, fuscum. *Halteres* albi. *pedes* nigri medio geniculo niveo. pars thoracis postica sæpe albicans. *Alæ* aqueæ incumbentes, ut unicam modo alam spectes, sed pone parum dehiscentes.

Utrum genuina sit species culicis, vel an Tipula, vix adsevero, cum ad rostri apicem sint duo tentacula seu antennæ, uti in Tipulis; mordet vero, quod Tipulæ non faciunt.

1119. CULEX lanigerus; alis semifuscis.

Aldr. inf. p. 350. f. 10. Musca X.

Mouff. lat. 64. f. 5. a sinistris.

Hoffn. inf. t. 8. f. 5.

Pet. gaz. 56. t. 36. n. 5. Musca apiformis, proboscide porrecta, alis maculatis.

p. 67. t. 42. n. 9. Musca apiformis, proboscide porrecta, alis non maculatis.

Raj. inf. 273. Musca bombylififormis dense pilosa nigra, abdomine obtuso, ad latera rufo.

Act. upf. 1736. p. 31. n. 14. nomen Petiveri.

Habitat in hortis, floribus inhians, quorum mel haurit volitando, nec sedendo, animal non mordens.

DESCR. Differt hæc a reliquis facie, & in quibusdam etiam ore; tandem locum hic concessi, usque dum certiora innotescant. *Rostrum* longum, temper exsertum. *alæ* dimidium longitudinaliter fuscum, quod scilicet in argini crassiori adjacet; album, quod teneriori proximum. *Totum* corpus nigrum, sed hirsutæ & lana albida undique vestitum Bombylii instar, unde facies exsurgit singularis.

1120. CULEX ater; abdomine fusco, fronte alba.

Flor. lapp. 359. Musca minima atra sanguifuga, alis albis.

Act. upf. 1736. p. 33. n. 51. nomen idem.

Habitat ætate in *Equis*, præsertim Norlandiæ, currendo inter crines & audacter sanguinem sugendo, mire Equos vexat, non adeo homines; celerrime currit, nil timens.

DESCR. Utrum pro specie muscæ aut culicis sit certo habendus, vix novi, qui os non examinavi. *antennæ* filiformes & modus sanguinem hauriendi culicis est, facies licet muscæ. *caput*, *pedes*, *thorax* atra; thoracis latera tamen cinerascunt; supra & infra oculos regio alba est. *antennæ* filiformes. *ovatus* & minimus est. Tipu-

Tipula.

* *Majores, proprie Tipulæ dictæ, alis patentibus.*

1121. TIPULA alis exalbidis: macula nivea: rivulis fuscis.

Raj. inf. 72. n. 2. Tipula maxima, alis majoribus ex fusco & albo variegatis.

Aët. upf. 1736. p. 50. n. 1. Tipula lapponica cinerea, alis albis: rivulis fuscis.

Aët. stockh. 1739. t. 3. f. 8. ubi hanc delineavi.
Habitat *Uhmœ* in Westro-Botnia, ubi eam quondam invenimus.

DESCR. Maxima est, vel reliquis nullis minor. *Corpus* & abdomen cinereo fuscum: cauda bifida. *alæ* aqueæ seu exalbidæ; rivulus fuscus secundum marginem exteriorem longitudinaliter extenditur, qui ramum versus marginem interiorem oblique emittit, & inde oblique extrorsum, ubi coadunatur cum eodem, a quo ortus; macula magna nivea occupat spatium sub ramificatione maculæ fuscæ. Adeoque inter omnes nostras speciosissima est.

1122. TIPULA alis fusco-variegatis.

Habitat - - - -

DESCR. Mediæ magnitudinis est; *corpus* totum cinereo fuscum. *alæ* subcinereæ, versus marginem anteriorem fasciis quatuor vel quinque fuscis; versus marginem posteriorem circulis tribus fuscis, cum puncto in medio fusco. *Pedes* grisei. *femora* versus apices annulo nigro cincta. *antenna* 14 articulis, quorum 1 rectus, oblongus, niger, 2 globoso-gibbus, 3-13 subrotundi, 14 acuminatus.

1123. TIPULA corpore nigro fulvoque variegato.

Raj. inf. 72. n. 4. Tipula elegans, dorso & scapulis nigris, ventre croceo, alis macula fusca notatis, lævis & splendens.

Aët. upf. 1736. p. 30. n. 2. Tipula abdomine annulis luteis nigrisque alternantibus.

Habitat in *Roslagia*.

DESCR. *Corpus* atrum & saturatissime nigrum est. *articuli* abdominis, excepto exteriore margine, crocei seu fulvi; variæ lituræ fulvæ in ipso thorace. *alæ* subfulvescentes, venis fuscis, puncto marginali obscuro. *Femora* versus basin lutescentia.

1124. TIPULA alis exalbidis: linea marginali fusca.

Gæd. belg. 2. p. 165. t. 44.

List. gæd. 331. f. 139.

Bradt. natur. p. 25. f. 3.

Frisch.

Frisch. germ. 4. t. 12.

Reaum. gall. 4. t. 11. f. 7.

Leeuwenb. epist. 1693. dec. 20. f. 4. 5. & 1714. oct. 26. f. 4.

Act. upf. 1736. p. 31. n. 6. *Tipula cinerea*, alis cinereis margine exteriori fusco.

Habitat in terra inter radices olerum ipsa Larva.

DESCR. Tota cinerea. alæ membranacei coloris, margine exteriori longitudinaliter (non tamen usque ad summum apicem) linea lata, longa, fusca pictæ, quæ linea quasi ex plicis constat; sub hac linea alæ albidior est.

1125. *TIPULA* alis exalbidis: maculis albis sparsis obfoletis.

Act. upf. 1736. p. 30. n. 3. *Tipula cinerea*, alis cinereis: vasis fuscis maculisque albis.

Raj. inf. 72. n. 6. *Tipula vulgari* similis, sed multo minor, alis fuscis: maculis albidioribus & nervis magis opacis.

Alb. inf. t. 61. f. F. mas. G. femina.

Suecis Harkrank.

Habitat ubique communis.

DESCR. Tota cinerea. alæ cinerascens, maculis aliquot albis vix manifestis sparsis; vasa alarum fusca sunt, absque macula aliqua obscura marginali.

1126. *TIPULA* alis cinerascens: lanula alba marginali.

Act. upf. 1736. p. 30. n. 4. *Tipula cinerea*, alis fuscis, macula lunata alba.

Raj. inf. 73. n. 10. *Tipula septimæ* similis, paulo tamen major: oculis viridifcentibus.

Habitat cum prioribus in cultis.

DESCR. Noscitur a reliquis facile alarum colore cinereo una cum venis unicoloribus in loco, ubi punctum marginale solet collocari, hic *Lanula* alba. *Dorsum* abdominis fuscum.

1127. *TIPULA* alis glaucis: puncto marginali corporeque atro, pedibus rufis.

Habitat in *Scania*. D. Leche.

DESCR. Est inter maximas sui generis. capite, thorace, abdomine atris. *Pedes* omnes ferruginei. *antennæ* atræ, articulis duodecim, longitudine thoracis. alæ glaucæ, præsertim inter punctum marginale & corpus, vasis nigricantibus, puncto marginali majusculo atro. basis abdominis parum ferruginea. *anus* feminae in stylum trivalvum desinit.

1128.

1128. TIPULA alis subcinereis: vasis fuscis: puncto marginali obscuro, dorso abdominis nigricante.

Act. upf. 1736. p. 31. n. 5. Tipula cinerea, alis fuscis: vasis nigris, macula lunata nigra.

Frisch. germ. 4. p. 24. t. 12. Tipula terrestris major. Habitat vulgaris per Sueciam.

DESCR. Corpus obscurum seu nigrum; latera flava; *thoracis* lituræ luteæ. *alæ* subcinereæ, vasis fusco nigricantibus, macula seu puncto marginali nigricante.

1129. TIPULA alis albidis: puncto marginali fusco, dorso abdominis cinereo.

Act. upf. 1736. p. 31. n. 7. Tipula incarnata, alis cinereis puncto nigro.

Frisch. germ. 7. p. 30. t. 22. Tipula terrestris media. Habitat cum præcedentibus.

DESCR. Differt a præcedentibus, quod dimidio minor tam mas quam femina. *Pedum* genicula nigra. *corpus* subincarnatum. *alæ* aqueæ, vasis cinerascens, punctum marginale ferrugineum seu fuscum.

1130. TIPULA alis membranaceis: puncto fusco, abdomine flavo: lineis tribus fuscis longitudinalibus. Habitat passim inter arbuſta.

DESCR. Est inter majores, non maximas, numeranda. *Alæ* aqueæ, puncto fusco. *abdomen* flavum: lineis tribus longitudinalibus fuscis, quarum una in dorso, una in singulo latere. apex abdominis fulcus. *thorax* flavus a tergo lineis tribus fuscis.

1131. TIPULA alis albidis: macula pallida obsoleta, corpore nigro luteoque variegato.

Act. upf. 1736. p. 31. n. 8. Tipula cinerea, alis cinereis immaculatis.

Habitat cum reliquis.

DESCR. *Alæ* aqueæ, vasis pallidis, puncto marginali obscuriore macula pallida. *Corpus* viridi nigroque variegatum, præsertim pectus, perbellè pictum. Magnitudo media seu proxime præcedentis. *Maris* cauda obtusa, pene capillaris, longissima. *Femina* cauda scuta, ut in reliquis.

1132. TIPULA alis fuscis, corpore atro.

Smolandis Polſa.

Habitat in Uplandia rarius.

Larvæ latent in terra pingui humida radices consumentes.

DESCR. Est e mediæ magnitudinis. *Alæ* fusce, vasis nigricantibus cum puncto

puncto marginali. thorax & abdomen atra. Pedes fusci. *Feminae* gaudent podice subulato, *Mares* vero obtuso.

1133. TIPULA flava; dorso fusco.

Habitat in *Scania*. D. Leche.

DESCR. Mediæ magnitudinis sive Culice vulgari paulo major. *Alæ* aqueæ, immaculatæ. *Corpus* flavum, sed caput, thorax & abdomen a tergo fusca. *Pedes* longi.

1134. TIPULA alis nigro-maculatis, corpore nigro.

Habitat in hortis passim.

DESCR. Est e mediæ magnitudinis Speciebus. *alæ* aqueæ, nervosæ triplici fascia punctorum conglomeratorum nigrorum; singulam fasciam punctum interjacet nigrum juxta marginem majorem *alæ*. *torum corpus* nigrum, etiam oculi. *Pedes* lividi. *antennæ* quindecim articulis.

* *Minores Culciciformes alis incumbentibus,*

1135. TIPULA thorace virescente, alis membranacei coloris: puncto nigro.

It. œland. 40. 41. 86. 160.

Reaum. gall. 4. t. 14. f. 12.

Gœd. belg. 3. p. 35. f. X. quoad figuram.

List. gœd. 336. f. 140. quoad iconem.

Habitat hujus *Larva* in mari; latitat sæpe intra tubulos filiformes molles argillaceo-glareosos, quos construit longissimos. *Tipulam* ipsam nullibi frequentiore vidimus, quam in *Oelandiæ* lucis.

DESCR. Hæc culice 116. duplo major est. *Alæ* incumbentes, membranaceæ sive aqueæ, puncto nigro in medio *alæ*, ad marginem exteriorem ex anastomasi duorum vasorum orto. *Corpus* fuscum, sed nuper exclusum omnino viride, præsertim ad latera thoracis versus abdomen. hirsuties vix ulla in toto corpore; incisurarum margines pallidiores. *Gibber* seu sacculus sub thorace. *Pedes* antici reliquis longiores, non tamen elevati. *os* antennulis incurvis, non pungens. *MAS* antennis plumosis ex pilis pallidis undique spectantibus, & ano seu cauda elevata, bifida. *FEMINA* antennis modo villosis, cauda non elevata, nec alis longiore. *LARVA* filiformis, longa, læte rubra, mollis, 12 articulis composita, cauda bifida. *Pedes* duo pone caput & totidem ante caudam, omnes absque unguibus, obtusi, apice pilis ciliati. in penultimo segmento paria duo cirrhorum filiformium pedibus ipsi longiorum.

1136. TIPULA fusca; abdomine anteriore viridi.

Habitat in nemoribus.

DESCR. Caput, thorax & tria posteriora segmenta caudæ abdominis fusca sive nigricantia. *Abdomen* teres, viride, exceptis articulis ultimis. *Alæ* albæ, immaculatæ. *pedes* longi, ex parte albi. *Antennæ* maris plumosæ, fuscæ. Magnitudo Culicis vulgaris. *Pedum* genicula nigricantia. *Pedes* antici longissimi.

1137.

1137. TIPULA pedibus anticis maximis antenniformibus motatricibus: annulo albo.

Frisch. germ. 11. p. 7. t. 13. Culex luteo viridis, pedibus antenniformibus.

Habitat in pratis *graminosi* & lucis in gramine juxta terram, Larva autem in aqua.

DESCR. Corpus in aliis dilute viride, in aliis nigro & incarnato variegatum; a tergo thoracis lineæ tres, quarum intermedia brevior. Pedes antici duplo longiores, quos sedens erectos tenet & motat instar antennarum, quas habet breves, in mare plumosas, non ita in femina. Omnes pedes annulo nigro cinguntur.

Obs. Datur & alia species major, magnitudine, colore & facie Culicis vulgaris, quæ itidem pedes longos motat.

1138. TIPULA pedibus anticis maximis antenniformibus motatricibus: apice albis.

It. æl. 160. nomen idem.

DESCR. Hæc antecedenti duplo major. Abdomen tenue, viride, thorax ater; pedes albidus, sed antice versus basin nigri. Antennæ fulcæ, in mare plumosæ.

1139. TIPULA pedibus albis: annulis novem nigricantibus, alis albo cinereoque maculatis.

Habitat in *Scania*. D. Leche.

DESCR. Magnitudo Culicis vulgaris. Alæ albo cinereoque valde maculatæ. Pedes longi, nivei, singuli annulis circiter novem fuscis, belle variegati, quibus ab omnibus facile distinguitur.

1140. TIPULA viridis; alis albis immaculatis.

Habitat copiose in altissimis montibus *Norrhellie*.

DESCR. Culice vulgari minor. Corpus totum pallide flavum. Pedes longi virides, antici longissimi. Antennæ brevissimæ: maris pectinata. oculi nigri. Alæ incumbentes, striatæ.

1141. TIPULA corpore subflavo, oculis thoracisque tergo nigris.

Habitat passim rarior.

DESCR. Vix pediculo major; alæ alæ incumbit, quasi unica esset, nitida. Corpus subflavum, a tergo thoracis nigrum; oculi magni, nigri, caput quasi nigrum efficiunt. Antennæ nigrae, articulis decem globosis. Alæ a quæ, nervis tribus, quorum marginalis cum apice intermedio jungitur; at nervus intimus versus basin marginis bifidus est.

1142. TIPULA atra; thorace gibbo, pedibus posticis magnis.

Æt. upf. 1736. p. 31. n. 16. Culex niger, pectore gibbo, abdomine cylindræo, pedibus posticis maximis.

Ha-

Habitat in sylvis, ubi in aëre *gregatim* saltat ac volitat.

DESCR. Corpus totum nigrum, *thorax* valde crassus, gibbus. *Abdomen* tenue, cylindricum. *alæ* albæ, ovatæ. *pedes* nigri, postici reliquis duplo & crassiores & longiores, tibiis clavatis seu verius inferiora crassioribus.

1143. TIPULA nigra glabra; alis nigricantibus, antennis capite brevioribus, femoribus anticis introrsum sulcatis.

Reaum. gall. 5. t. 7.

Habitat frequens in *fmētis* & *vaporariis* hortorum primo vere.

DESCR. Longitudo muscæ domesticæ, sed multo angustior; totum Corpus & artus omnes nigra. *Antennæ* capite fere breviores, incurvatæ, bo-
num cornua referentes, nigrae, singula septem articulis constat, quasi perfoliatæ essent, hinc brevissimæ; sub os duæ antennulæ inflexæ. *Os* proboscis est, non aculeus. *Abdomen* maris lineare & arctum, fæminæ vero sub-
tus flavescens crassum. *Alæ* nigricantes, margine exteriori in medio nigra obscura macula, vel saltem margine ipso magis atro. *Thorax* glaber est, pone carinatus. *Alæ* incumbentes; *femora* antica crassiora, inferiore latere sulco longitudinali exarata.

1144. TIPULA fusca; alarum basi cinerea.

Frisch. germ. 4. p. 37. t. 2. Musca vermis rerum putridarum.

Habitat in terra, primo vere frequens in *vaporariis*, sedens in vasis & testis.

DESCR. Magnitudo pediculi; *Tota* fusca. *Abdomen* glaucescens. *Antennæ* filiformes, longæ, 14. articulis constantes. *thorax* gibbus. *Halteres* exalbidi.

1145. TIPULA atra oblonga hirta; alis nigricantibus.

Aët. upf. 1736. p. 33. n. 61. Musca oblonga atra hirta, alis fuscis incumbentibus, pedibus nigris.

Pet. gaz. 22. t. 14. f. 4. Musca oblonga nostras nigra.

Goed. belg. 1. p. 31. t. 6.

List. goed. 260. t. 108.

Reaum. gall. 5. t. 27. f. 1. 2. 3.

Habitat sæpius apud ægros febre intermittente laborantes.

DESCR. Magnitudo muscæ domesticæ, sed magis oblonga, toto corpore & pedibus nigra, pilis hirsuta. *Alæ* dorso sibi invicem incumbunt, ac si unica esset ala; sunt etiam e membranaceo seu aqueo colore in nigredinem transeunte; certe margo alarum exterior omnino niger est.

1146. TIPULA atra holosericea.

Ha-

Habitat in ramis arborum, præsertim in *Malis post pluvias*; copiosissima in *Belgio*, rarior in Suecia.

DESCR. parva est musca, aterrima, holofericum superficie referens, mollis; lente inspecta tota pilis tenuissimis densis vestita cernitur.

1147. TIPULA alis albis: margine exteriori nigris, thorace abdomineque rubro.

Act. upf. 1736. p. 33. n. 62. Musca corpore rubro, capite pedibusque nigris, alis albidis: margine exteriori nigro cum puncto.

Habitat in *Asparago & floribus arborum*.

DESCR. Magnitudo Muscæ domesticæ. caput parvum, nigrum. thorax & abdomen rubra, glabriuscula; ubi abdomen jungitur thoraci nigredo a tergo apparet. Alæ albæ, sed margo crassior longitudinalis ater est. pedes nigri. femora longa. sexus variat; alter totus ater est, sed femora longa & crassiuscula.

1148. TIPULA alis deflexis cinereis ovato-lanceolatis ciliatis.

Act. upf. 1736. p. 31. n. 13. Culex alis depresso margine villosis.

Frisch. germ. 11. p. 6. t. 11. Culex parvus, cinereus, alis pendulis.

Leuwenb. epist. 1692. jun. 24. p. 473. f. 2. 3.

Habitat in *parietibus ad sterquilinia, & ubi venti silent*.

DESCR. Minima est. Alis, ratione magnitudinis, maximis, ad latera deflexis, ut in Phalænis; Alæ sunt lanceolato-ovatæ, undique ciliatæ, striatæ, acutæ. Antennæ filiformes, cineræ, articulis XI. nigricantibus, globosis, constructæ.

1149. TIPULA atra; alis albis, abdominis latere antice macula alba.

Habitat in plantarum foliis.

DESCR. Musca domestica minor. thorax glaber cum toto corpore, ater; Antennæ XI. articulis, quasi perfoliatæ: punctum unum urrinque in singulo latere abdominis juxta pectus album; margo thoracis interdum albus conspicitur, quasi lineola arcuata, reliqua omnino atra.

1150. TIPULA alis incumbentibus glaucis: margine interiori villosis.

Smolandis Kikbaer.

Habitat in *Junipero*. Ex ovo deposito in apicibus ramorum Juniperi nascitur ibidem ætate quodam

dam Triglochis (quo Smolandi in Tuffi ferina utuntur rustici,) constans foliis tribus crassioribus, conniventibus, ventricosis, ore patulis, intra quæ tria alia foliola, minima exacte conniventia, ne aërem admittant, includentia Larvam rubram, quæ Majo mense in Pupulam rubram, alis nigris, pedibus albis mutatur, & hæc in Tipulam, quæ sæpe consumitur ab Ichneumone ultimo. Gallæ istæ rubræ in foliis & petiolis *Populæ tremulæ*, magnitudine pisorum, etiam muscam, Juniperi & Salicis simillimam, & forte eandem, producant; sed hanc sufficienter non examinavi.

DESCR. Facies Culicis. *Pedes* animalculo longiores. *Antennæ* setaceæ sive moniliformes, articulis circiter 14 globosis, tennotis, pilis aliquot vagis ornate. *Caput* minimum. *Oculi* nigri, *Thorax* & *Abdomen* fusco-rufescens; humeri gibbi. *Alæ* membranaceæ; margine exteriori nigricante, præter nervos in singula binos; at margo alarum exterior villosus est. *Halteres* sub alis, ut in reliquis.

OBS. *Frisch. germ. 4. p. 38. t. 21.* Musca vermis rubri geminarum Salicis multa communia cum nostra habet, ut dubitemus an specie diversa: cum Larva, Pupula & Tipula ipsius plurima attributa eadem, & margo alarum interior hirsutus.

1151. TIPULA atra; abdomine rufescente.

Habitat in flore *Iridis luteæ palustris* 33 frequens.

DESCR. Hæc omnium minima, vix pulicis magnitudine; grandinis instar copiosa supra aquas, lacus & paludes æstatè volitat. *Alæ* huic incumbentes. *Abdomen* ovatum.

1152. TIPULA capite atro, antennis corpore incarnato longioribus.

Habitat inter *Carduum* 658 media æstatè, præsertim ad Oestunaberg.

DESCR. Minima est & pulice fere minor. *Caput* nigrum fronte albida. *Thorax* a tergo fulcus. *Antennæ* & *pedes* nigri longi; *Alæ* abdomine longiores membranaceæ incumbentes. *Antenna* corpore & alis sesquilingiores.

VII. APTERA.

Pediculus.

1153. PEDICULUS humanus.

Rhed. exper. t. 18. Pediculus ordinarius.

Mouff. lat. 259. Pediculus.

γ

Swamm.

Swamm. quart. 169. t. 7. Pediculus.

Bonan. microgr. f. 55.

Anon. angl. p. 203. f. 11.

Merr. pin. 202. Pediculus in capite simpliciter.
ib. Pediculus corporeus maculatus.

Suecis Luus.

Habitat in homine, præfertim in capite puerorum, & vestimentis Nautarum, militum &c. Maximos in Fodinæ Fahlunensis cryptis calidioribus reperi. Qui in vestimentis victitat ab eo, qui in capite vivit, non differt ut species, sed tantum varietas.

1154. PEDICULUS pubis.

Rhed. exp. t. 19. f. 1. Pediculus inguinalis.

Pet. gaz. t. 67. f. 9. Pediculus inguinalis.

Mouff. lat. p. 200. Pediculus ferus.

Raj. inf. 8. Pediculus ferus.

Merr. pin. p. 202. Pediculus morpio.

Suecis Flat - luus.

Habitat in hominum immundorum pube & ciliis.

1155. PEDICULUS Bovis; abdomine lineis transversis octo ferrugineis.

Suecis Roed - luus.

Habitat in Vaccis; hæc minor est species, datur & altera quæ major & insequens.

DESCR. Totus albus, minimus. Caput testaceum. Pedes testacei, apice albidiores. Abdomen album, lineis octo testaceis transversis in dorso; quinque fasciis transversis in ventre; quæ omnes lineæ non tangunt marginem seu latera, latera tamen obscuriora reliquo corpore sive punctis octo ferrugineis notata.

1156. PEDICULUS Bovis: abdomine plumbeo.

Suecis Blåluus.

Habitat in Bobus.

DESCR. Præcedenti major; abdomine ventricoso, acuminato, cæruleo-fusco; pedibus brevibus, crassis, griseis, ut & capite & thorace griseis.

1157. PEDICULUS Falconis Tinnunculi.

Rhed. inf. t. 13. Pediculus Tinnunculi.

Habitat in Falcone Tinnunculo s. *Cenchrade* 67.

DESCR. Inter omnium maximos pediculos, quos unquam vidi, hic erat:
Corpus

Corpus depressum, ovali-oblongum. Caput antice obtusum, versus aurium regionem utrinque retrorsum obtuse sagittatum. Thorax marginatus fere, ut in Carabo seu Cantharide. abdomen in 9 sive 10 segmenta divisum, margine omnino integro, linea notato. Palatum prominens. unguis solitarii, in vola manus spongiosum quid; femora versus apicem introrsum quasi mutilata.

1158. PEDICULUS Corvi.

Rhed. exper. t. 16. Pulex Corvi.

Habitat in *Corvo vulgari sive maximo* 69.

DESCR. abdomen ovali-oblongum utrinque contractum, depressum, planum, cinereum, lineis ad incisuras duodecim vel decem nigris. Collum brevissimum. caput minimum, nigrum. pedes brevissimi. Antennae brevissimae, retrorsum flexae. Substantia animalculi tenacissima, licet digitis validissime pressum, tamen vivacissimum & cursitans.

1159. PEDICULUS Picæ Lapponicæ.

Act. upf. 1736. p. 37. n. 3. Pediculus Turdi Merulae montanae dicti.

Habitat in *Pica Lapponica Merula Saxatili* dicta 187.

DESCR. Abdomen ovatum, gibbum, diaphanum, pallidum, utrinque ad basin squamula veluti ala spuria notatum. Thorax angulissimus, brevis. Caput minimum, subrotundum, obtusum. oculi nigri. antennae longitudine corporis, tenuissimae, albæ. Pedes tenuissimi, satis longi; magnitudo minimi pediculi capitis, valde tenet, facile solo tactu conglaffarus.

1160. PEDICULUS Meleagridis.

Red. exper. t. 1. f. 2. Pediculus accipitris.

Habitat in *Meleagride* s. Gallo pavone 164.

DESCR. Caput planum antice rotundatum, pone dentato angulatum, margine retrorsum subulatum. Thorax medio cordatus, utrinque angulatus. Abdomen griseum 8 vel 10 incisuris longitudinaliter in medio album. Antennae breves: affinis Pediculi gallinae 1166 macula fusca verticis.

1161. PEDICULUS Sternæ.

Habitat in *Sterna secunda* 128.

DESCR. Caput trigonum, latum, obtusum, pallidum. Thorax brevissimus, angulissimus. Abdomen ovatum, longitudine anterioris corporis in medio longitudinaliter nigricans antennae brevissimae, capillares. Pedes brevissimi, crassi: quorum antici brevissimi sub capite. abdomen subtus concavum.

1162. PEDICULUS Gruis.

Rhed. inf. t. 3. Pulex Gruis.

Frisch. germ. 5. p. 15. t. 4. Pediculus gruis.

Habitat in *Grue proprie dicta* 131.

1163. PEDICULUS Recurvirostræ. *It. vel. 96.*

Habitat in *Numenio Recurvirostro albo nigroque variegato.* 137.

Y 2

DESCR.

DESCR. *Corpus* fuscum, oblongum. *Caput* obsolete triangulum, acuminatum, linea transversalis excavata in medio. *Abdomen* oblongum, fere lineare, in medio paulo latius, incisuris octo. *pedes* breves, curvi. *Antennæ* breves, parvæ, capitatæ.

1164. PEDICULUS Hæmatopi. *It. æl.* 90.

Habitat in *Hematopo bellonii* 161.

DESCR. *Magnitudo* pulicis. totus glaucus, *Caput* subrotundum, glaberrimum, convexo-planum. *Abdomen* obverse ovatum incisuris decem, transversis, pallidis, *Pedes* breves. *antennæ* brevissimæ. *Thorax* angustissimus. pili ad latera posterioris abdominis.

1165. PEDICULUS Gallinæ, abdominis margine nigro.

Rhed. inf. t. 16. *Pulex* capi.

Frisch. germ. 11. p. 24. *t.* 24. *Pediculus* galli.

Habitat in *Gallina domestica* 165.

DESCR. *Magnitudo* ovi pediculi humani (seu Lendis.) *Corpus* depressum, caudam versus obtusum; *abdominis* latera nigra, dorso albo diaphano; macula nigra versus caput; quæ cor transparens: *caput* album; *antennas* motitat.

1166. PEDICULUS Gallinæ: thorace capiteque utrinque mucronato.

Habitat in *Gallina* 165. Rustici nostri pediculis laborantes gallinas curant pulvere piperis butyro mixto & subacto, quod gallinis devorandum præbent, experimento raro fallente.

DESCR. *Pediculo* vulgari minor: *Corpus* pilis griseis adspersum. *abdomen* oblongum, ovatum, 8 vel 9 incisuris. *Caput* lunatum: cruribus posteriora spectantibus. *antennæ* brevissimæ. *Thorax* utrinque angulo acute recte mucronatus.

1167. PEDICULUS Lagopi.

Aët. upf. 1736. *p.* 37. *n.* 2. *Pediculus* Tetraonis Lagopi dicti.

Habitat in *Tetraone Lagopo* 169.

DESCR. *Corpus* depressum, utrinque obtusum. *abdomen* antice angustum, pone dilatatum. figura fructus Bursæ pastoris aut Veronicæ capsulæ, cinctum margine nigro introrsum serrato. *Caput* absque thorace notabili adfixum, utrinque obtusum, lateribus emarginatum.

1168. PEDICULUS ligni antiqui.

Blank. belg. 169. *t.* 14. *f.* F. *Pediculus* ligni.

Raj. inf. 8. *Pediculo* cognatus & similis.

Bradl. natur. t. 27. *f.* 3.

Derrham. aët. angl. n. 271. *p.* 231.

291. *p.* 1586.

physico-theol. p. 119. *Pediculus pulsatorius, fatidicus, mortifaga.*

Allen. act. angl. n. 245. p. 376.

Habitat in antiquis lignis, Libris diu relictis, muris; currit solitarius.

DESCR. Corpus oblongum, pallidum. oculi flavi. antennæ fetacæ, longitudine (in plerisque) ipsius corporis; macula fusca annularis intra abdomen & pone hanc versus anum punctum fuscum: segmenta abdominis ad latera punctis rufis singula notata sunt.

Obs. de Blankardi, Raji, Bradlei synonymis nullum dubium; de Derrhami & Allenii hæsit.

1169. PEDICULUS Adonidum.

Act. upf. 1736. p. 37. n. 8. *Pediculus hybernaculorum arboreus villosus.*

Habitat in arboribus *Hybernaculorum*. Ex Anglia in Belgium redux mecum adduxi arbores rariores, in una aliquot horum pediculorum, quos studiose a frigore defendebam; in Hybernaculum Cliffortianum illatis arboribus hos paucos pediculos ab Hortulani injuriis data opera conservavi, sed me incio intra aliquot hebdomadas multiplicati omnes frutices occupabant, deturpabant, ut nec dein expelli possent; infecere dein Hybernacula Leydensia & alia, quæ plantas ex Hypocaustis Cliffortianis obtinebant.

DESCR. Corpus totum album, ovatum, oblongum: Cauda bifida, latera undique acuta, margine punctis prominentibus utrinque circiter 14 & totidem incisuris. Linea dorsi longitudinalis elevata cum puncto obsoleto in singula incisura; Spatium, quod linea dorsali & margine laterali interjacet totidem punctis prominulis secundum longitudinem dispositis notatur. Pedes sex, tenues, fusci. antennæ capillares, fuscæ.

Obs. Senior factus tandem folliculum sibi struit corpore sexies majorem e lana nivea contextum, intra quem insimul ova flava includit. an itaque Chermes vel Aphis? os enim non examinavi.

1170. PEDICULUS terrestris niveus.

Habitat in terra subhumente calida, proin frequens in terra prægnante & ollis in hypocausto per totam hyemem.

DESCR. Facies omnino Poduræ, teres, oblongus, albus, sed furca cærens. Copiose & gregatim vivit, mox ab adfusa aqua accedit ad superficiem terræ, sicca vero terra debet descendere,

Pulex.

1171. PULEX ater.

Leuwemb. epist 1. p. 357. f. 7.

Hook. microgr. f. egregia.

Bonan. microgr. f. 56.

Anon. angl. p. 204. f. 12.

Merr. pin. 202

Raj. inf. 7. Pulex vulgaris.

Frisch. germ. 11. p. 8. Pulex.

Suecis Loppa.

Habitat in hominibus, præsertim fæminis, autumnò vulgaris, in nidis hirundinum ripariarum 247 copiosissima. In Lapponia non vidi.

Podura.

1172. PODURA viridis subglobosa.

Æt. upf. 1736. p. 37. n. 2. Pulex viridis plantarum.

Habitat in plantis rarius Upsaliæ, præsertim in foliis primordialibus *Helxines sativæ* 324 minus tamen in siberica specie.

DESCR. Magnitudo majoris pediculi capitis: abdomen dilucius viride globosum, parum in ovalem figuram terminatum, versus anum admodum convexum, viride cum cinerascens mixtura, Thorax tenuissimus, vix conspicuus. Caput viride, obtusum, Cicadis non adeo dissimile. oculi supra caput nigri, cum lineâ utrinque nigricante. Pedes albo-virides, æquales. antenna recurva.

1173. PODURA atra, abdomine subgloboso, antennis longitudine corporis: apice albis.

Habitat in *Fungis sylvaticis*.

DESCR. inter majores hujus generis est; abdomen globosum, sed anus quasi capitillo eminet. Antenna nigra corporis longitudine, quas divaricatas antrosum præterit apice albæ.

1174. PODURA globosa fusca nitida; antennis longis: articulis plurimis. De Geor.

Æt. stockh. 1743. p. 296. t. 7.

Habitat super lignis putridis.

1175. PODURA teres plumbea.

Habitat in arboribus vel pratis semper solitaria, & in *Fungis* frequens.

DESCR.

DESCR. Reliquis major & pediculi vulgaris magnitudinem attingens, omnino teres, fusco-cærulea, polita, pilis raris adpersa: pedes albi: *curvatur* & interdum talit. *pedes* ani etiam albi.

1176. *PODURA nivalis cinerea signaturis nigris.*

De Geer Act. upf. 1740. p. 54. t. 2. Podura campestris cinerea, signaturis nigris, antennis longis.

Suecis Snöloppa.

Habitat hyeme gregatim in ipsa nive, cursitans agilissime, ni liqueſcat nix, qua peri: æstare frequens in *Ribis baccis rubris*, tum solitaria. communicavit Astronomus Magister *Hiorter* hyeme lectas.

DESCR. Corpus oblongum, cinereum, characteribus nigris notatum.

1177. *PODURA arborea nigra; pedibus furcaque albis.*

De Geer act. stockh. 1740. p. 272. t. 4.

act. upf. 1740. p. 49. t. 1. Podura campestris nigra splendens, pedibus caudaque albis.

Habitat in Oelandiæ aceribus inter ligna putrida.

DESCR. Tota parva, nigra: caudæ furca cum pedibus & antennis versus basin albis.

1178. *PODURA aquatica nigra. It. gotl. 181.*

De Geer act. holm. 1740. p. 279. t. 3. 4.

act. upf. 1740. p. 57. t. 3. Podura aquatica tota nigra.

Habitat in aquis quietis & pacatis. Phalanges juxta littora piscinarum format, horis præsertim matutinis, ac si littora gelu coivissent, cum intra phalanges quietior aqua sit.

DESCR. Præter duos sexus a D. De Geer egregie descriptos, etiam tertium, ni fallor, sexum observo, seu animalcula longe adhuc minora, rubra, rotundiora seu magis gibba, reliquis mixta.

1179. *PODURA viatica,*

Suecis Jordkrut.

Habitat in *Smolandia* in ipsis viis communiter, pulveris pyrii instar per terram sparsa, gregaria enim maxime est. an aquatica sive præcedens?

1180. *PODURA terrestris alba.*

Habitat in terra prægnante, præsertim in hortis, ubi Melones & plantæ feruntur vere,

hic infinita copia occurrit, & atomorum volitantium instar saltat, præsertim postquam humus humectata fuit.

DESCR. Hæc omnium minima est, totaque alba,

Monoculus.

1181. MONOCULUS cauda bifeta.

Frisch. germ. 10. p. 1. t. 1. Apus,

Habitat in *Scania*; vidi animal ficcum 1728 apud Studiosum Lundinensem, qui ibidem captum narrabat.

1182. MONOCULUS antennis dichotomis, cauda inflexa.

Swamm. quart. p. 66. t. 1. Pulex aquaticus arborefcens.

Merr. pin. 207. Vermes minimi rubri aquam stagnalem colore sanguineo inficientes, unde vulgus dira protendit.

Hierne Flock. 1. p. 32. 35. Abyssus Satanæ.

Habitat in omnibus *aquis stagnantibus*.

OBS. Ex hujus gregibus in aqua fiunt quasi sanguinis grumi, unde vulgus credit aquam in sanguinem versam.

1183. MONOCULUS antennis dichotomis, cauda reflexa.

Habitat in *aquis*. hunc vidi apud D. *De Geer* egregie delineatum.

1184. MONOCULUS antennis quaternis, cauda recta bifida.

Blank. belg. p. 149. t. 13. f. B.

Habitat in *aquis* cum prioribus.

OBS. *Antennarum* duo paria. *Cauda* tenuis, longiuscula, bifurca: sub cauda utrinque racemus ovorum; hinc *Cancris* valde adfinis; *Corpus* fuscum est, at ovaria, quæ juxta caudam utrinque extenduntur ovata sunt lutca, & simul sumpta magnitudine fere totum corpus æquant.

1185. MONOCULUS antennis capillaceis multiplicibus, testa bivalvi.

Habitat in *piscinis* & *paludibus*.

DESCR. Testa semine *Brassicæ* major, ovata, oblongiuscula, utrinque æ-

qualis, antice gibba & parum retusa. adeoque omnino Conchæ; sed in conchis apertura est a latere tenuiore & cardo ubi gibba magis est; contra vero in hac; hæc extracta ex aquis tota clauditur, ut crederes femem cujusdam plantæ; in aquis dum hiat, jures concham esse. Celeriter fertur per aquas, uti reliqui monoculi. testa cinerea, impura est. dum aperit testam, exferit multos capillos æquales, albidos, in altera extremitate apertura; hos capillos motitando fertur agilis per aquas, nec quiescit antequam vel cochleam vel aliquod terrestre reperit, hic confedit cum foeciis lubenter, & pedibus supra hoc corpus incedit & affigitur. totum corpus intra testam latet, dum quiescit.

Acarus.

1186. ACARUS pedibus omnibus longissimis.

Aldr. inf. 607. t. 608. f. 4. Araneus XIV.

Mouff. lat. 234. f. 4. Araneus longipes.

Hoffn. inf. 2. t. 9.

Goed. belg. 2. p. 197. f. 49.

List. goed. 348. f. 143.

angl. 95. t. 1. f. 35. Araneus cinereus cristatus.

Raj. inf. 39. n. 35. Nomen Listeri.

Bradl. natur. t. 24. f. 2.

Suecis Lâcke.

Habitat in plantis.

1187. ACARUS pedibus primi paris cheliformibus.

Frisch. germ. 8. p. 2. t. 1. Scorpio-araneus.

It. æl. 84. Acarus Scorpio-araneus dictus.

Habitat in domibus diu clausis, nec aëri expositis, ut & in cistis & cellulis.

DESCR. Chelis cancrinis priorum pedum & ingressu retrogrado facile dignoscitur a reliquis. vivit pediculo ligni antiqui.

1188. ACARUS pedibus primi paris longissimis.

Habitat in Fungis; celeriter currit.

DESCR. Magnitudo lendis: Color cereus, exalbidus vel subflavus: pedes anteriores longissimi, hos erigit sæpe inter cursitandum, & motitas instar antennarum, suntque hi corpore longiores & reliquis pedibus pallidiores.

1189. ACARUS pedibus secundi paris crassissimis.

Habitat in terra, ubique discurrens, sæpe gregarius, ut plures in eodem loco reperias, in hortis sæpe.

DESCR. Magnitudo minoris pulicis: Color totius corporis castaneus; femora secundi paris monstruose crassa cheliformia, desinente tamen chela

chela in tenuem pedem reliquis similem; hinc pes secundi paris juxta basin & femur valde crassus, quatuor denticulis sive ramis aut spinis armatus, apex chelæ flexilis est, ut eo melius apprehendat; hoc pede tamen non incedit.

OBS. Huic ad anum adhærentem reperi alium ACARUM, *castaneæ coloris*, *minimum*, *testudinarium* sive depressum, margine undique acuto, pedibus brevissimis, æqualibus, adeoque forte diversæ speciei, ni singularem aliquam metamorphosin subeat.

1190. ACARUS pedibus tertii paris maximis.

De Geer act. holm. 1740. p. 351. t. 1. f. 2. Acarus avium, pedibus tertii paris mole monstrosis.

Rhed. inf. t. 2. f. 4. Pulex Sturni.

Habitat in *Passere Fringilla dicto 199*, nobis adhuc dum non visus.

DESCR. Est minimus. punctum nigrum in dorso: *pedes* tertii paris magni, femora enim hujus ambo simul mole ipsum corpus fere adæquant, reliquis minimis. his monstrosis pedibus non incedit, sed modo sese adfigit pennis vivacissime & agilissime avis, ne excuriatur, vide plura in actis stoekh. l. c. Hunc male delineavit *Rhede*, egregie vero. *D. De Geer*.

1191. ACARUS ruber; pedibus primoribus longioribus, abdomine pone bicorni.

Habitat in *Pini* truncis.

DESCR. Parvus ruber; *Pedes* primi paris reliquis longiores, quos non erigit, sed iis uti reliquis currit. *Abdomen* pone duobus corniculis instructum uti aphides.

1192. ACARUS ovinus.

Charlet. onom. 49. Reduvius.

Raj. inf. 9. Pediculus ovinus, quem Mouffetus Reduvium vocat.

It. æl. 62. 126. Festing.

Oelandis Festing.

Habitat in ovibus, quarum lana deturpat.

DESCR. Corpus depressum. magnitudo cimicis lectularii, *abdomine* in dorso anteriori macula ovata, in medio pallida, cincta fuscedine strias retrorsum emittente.

OBS. Variat colore: semper depressus & planus margine laterali prominente.

1193. ACARUS abdomine livido; antice ovato-fusco, antennis clavatis.

Raj. inf. 10. Ricinus caninus.

Frisch. germ. 5. p. 41. t. 19. Pediculus caninus.

Suecis Flott.

Habi-

Habitat in *Bobus* frequens, ut & *Canibus*.

DESCR. Corpus ovato-globosum, luteo albidum, macula nigra rotunda ad basin abdominis in tergo; *Anus* infra abdomen. *Thorax* vix conspicuus. *Caput* minimum. *Os* bifidum. *Caput* & *pedes* nigri. *Antenne* clavate, longitudine rostri.

1194. ACARUS humanus subcutaneus.

Ettmüll. act. lips. 1682. p. 319.

Riv. diff. exanth. p. 18. f. A. B.

Act. ups. 1736. p. 37. n. 5. *Acarus scabiei*.

Suecis Klämask.

Habitat sub cute hominis scabiem caussans, ubi vesiculam excitavit, parum recedit, corporis rugas secutus, quiescit iterum & titillationem excitat; nudis oculis sub cuticula delitescens observatur ab adfueto, acu facile eximitur, ungui impositus vix movetur, si vero oris calido halitu affletur, agile in ungue curfitat;

DESCR. Minimus magnitudine vix lendis, subrotundus, capite vix conspicuo, ore, ut & pedibus ruffis sive testaceis. *Abdomen* ovatum, aquei coloris, in dorso duplici linea lunari seu pari linearum fuscaram recurvarum notatus.

1195. ACARUS farinae.

Leww. arcan. t.

Blank. belg. p. 158. t. 14. f. A. B.

Bonan. N. C. dec. 2. anno 10. app. 34. *Acarus ex arido caseo*.

Riv. prurit. 18. fig. D. E. F. G. I. K. L. N.

Suecis Mahl.

Habitat in *Farina* antiqua, antiquoque *Caseo*.

DESCR. Est precedenti valde similis, sed major. *Abdomen* subglobosum aqueum, sed immaculatum. *Os* & *pedes* testacei.

1196. ACARUS Alceae.

Habitat in *Alcea*, *Malva rosea* dicta, ubi sub foliis nascentibus progignitur, & inde a latere superiore palescunt folia.

DESCR. Nudis oculis vix conspicuus: totus aquei coloris utroque latere nigro.

1197. ACARUS depressus cinereus; lateribus scabris.

Habitat in terra, primo vere frequens.

DESCR.

DESCR. Est minimum animalculum; corpus depressum, obscure cinereum; abdominis latera a tergo punctis elevatis scabra; pedes depressus, bidentatus; tergo impositus pedes undique protendit.

1198. ACARUS infectorum rufus; ano albicante.
List. loqu. 381. Pediculus subflavus scarabæis infestus.

Blank. belg. 168. t. 14. f. H. Pediculus infectorum volatilium.

Frisch. germ. 4. p. 17. t. 10. Pediculus scarabæi currens.

Aët. upf. 1736. p. 37. n. 2. Acarus infectorum coleopteratorum.

Reaum. gall. 6. t. 4. f. 14. 13.

Habitat in *Scarabæis* 349, *Bombyliis*, similibusque, sub pectore vel intra femora.

DESCR. Corpus subrotundum, rufum, convexum, durum: caput & collum vix manifeste; versus anum albicans. pedes veloces, anteriore longiore.

1199. ACARUS aquaticus ruber, abdomine depresso.

Charlet. onom. 47. Buprestis araneolæ.

Frisch. germ. 8. p. 5. t. 3. Araneus aquaticus ruber parvus.

Smolandis Qualster.

Habitat in *Lacubus* sub aqua, ubi cito currit.

DESCR. Corpus ovatum, parum in dorso depressum, coccineum.

1200. ACARUS terrestris ruber; abdomine depresso.

Blank. belg. 170. t. 14. f. I. Araneus terrestris scharlatinus.

List. aran. 100. f. 38. Araneus exiguus coccineus vulgo anglice a Tant dictus.

Raj. inf. 41. n. 38. Nomen Listeri.

Pet. musf. 65. n. 701. Araneus anglicus coccineus minimus.

It. oel. 84. Acarus coccineus terrestris.

Ostrogothis Bråfrö.

Habitat in terra; in aqua non movetur, sed perit.

DESCR. Præcedenti quam ovum ovo similior. Totus ruber, holotericus & coccineus. caput minimum: oculi duo; pedes utrinque quatuor multis articulis. Abdomen magnum, depressum, pone & lateribus gibbum, pone fuleatum. magnitudo antecedentis.

1201. ACARUS arboreus ruber distentus: lateribus obscurioribus.

Habitat ubique in *arboribus*, præsertim in *Ribe* 197, ejusque baccis, celerrime cursitans, vulgarissimus.

DESCR. Præcedentibus multoties minor; minime dorso depressus, nec rugosus, nec sericeus seu villosus, sed glaber & undique tumidus. punctum obscurum utrinque ad thoracem. Pili hinc inde enati.

1202. ACARUS lapidarius fuscus: linea dorsali bicolori.

Habitat in lapidibus & campis.

DESCR. Magnitudo & figura aquatici, sed corpus obscurum; abdominis linea dorsalis longitudinalis utrinque dilata, antè in aliis alba, in aliis rubra; communiter antè alba, postè rubra; cæterum abdomen nebuloso-nigrum est, pedes rubri.

1203. ACARUS falicinus ruber, dorso fusco.

Habitat in *Salice*, ubi currit velocissime.

DESCR. Aquatico simillimus magnitudine. linea dorsalis duplex parallela longitudinalis fusca, versus thoracem bifurca.

1204. ACARUS Salicinæ rosæ.

Habitat in *Salice minima* 802, monstrosa in rosæ formam, cum *Tenthredine* frequens.

DESCR. Corpus vix conspicuum nudis oculis, croceum sive dilute fulvum; thoracem utrinque puncto rufo saturato.

1205. ACARUS petrarum ruber, antennis rostro longioribus.

Habitat in *petris*.

DESCR. Facile hic ab omnibus aliis dignoscitur. *Antennis* rostro longioribus; antennæ enim in reliquis vix manifestæ sunt; has antennas numero præter octo ordinarios pedes, adeoque non pedes primores pro antennis habeo. Rostrum antennæ pedes corpore pallidiora sunt.

1206. ACARUS petrarum obscure rufus, pedibus fanguineis.

It. oel. 96. Acarus.

Habitat ad littora *maris Oelandici* in *petris*.

1207. ACARUS fusco-rufescens, abdomine subgloboso.

Habitat ad radices *Fungorum* gregatim.

DESCR. Magnitudine lendis. *Totus* ferrugineus seu triste rufescens, undique valde glaber, absque lateralibus maculis. tarde incedit.

1208. ACARUS gymnopterorum ruber, punctorum coccineorum utrinque pari.

Habi-

Habitat in Culicibus & aliis insectis, uti alter acarus in Coleoptratis.

DESCR. Ruber, minimus, ut oculi & pedes nudo visu distingui nequeant: *abdomen* globosum, læte rubrum, pilis quibusdam hispidum, in anteriore abdominis parte, ad latera, utrinque par punctorum obscurius rubrorum, quorum punctum alterum anterius, alterum posterius.

1209. ACARUS rufus muscarum; pedibus posticis longis filiformibus. *De Geer.*

Habitat in muscis omnium minimus.

1210. ACARUS niger; geniculis femorum globosis. *De Geer.*

Habitat in ramis emortuis.

1211. ACARUS ater; lateribus coleoptro acutis.

Habitat sub *lapidibus*. P. Kalm.

DESCR. Minimus est, magnitudine vix seminis Papaveris; octo pedibus, dorso glabro, nitido, latera versus caput acuta quasi coleoptra brevi nigra, hinc abdomen caput respiciens, quasi antrorium bicornæ & ad latera auctum membranula nigra, non tamen mobili, ut in Coleoptratis.

1212. ACARUS viridi-albicans foliorum Tiliæ. *De Geer.*

Habitat in foliis *Tiliæ* subtus, autumnò frequens.

Aranea.

1213. ARANEA abdomine antice lateribus acuminato.

It. gotl. 216.

Habitat in arboribus, præsertim *Gotlandiæ*.

DESCR. Est hic cum proxima omnium maxima, utpote ultimum articulum pollicis sæpe æquans. Differt a sequenti & omnibus figura abdominis, quæ antice quasi bicornis, prominentis valde distantibus, differt etiam colore abdominis maculato ex albo, luteo & atro. *Pedes* albo & nigro variegati; rubedo in toto corpore nulla.

1214. ARANEA abdomine subgloboso rubro: cruce alba.

Aldr. inf. 607. t. 608. f. 9. Araneus IX.

Fonst. inf. t. 18. f. 17. 19. 20.

Hoffn. inf. t. 4. f. 16. & t. 8. f. 16. 17. & edit. alt. 4. t. 3. f. penult.

Mouff. lat. 233. f. 1. Araneus velarius maximus.

List. aran. 28. f. 2. Araneus rufus sive avellaneus cruciger, cui utrinque ad superiorem alvi partem, quasi singula tubercula prominent.

Raj.

Raj. inf. 18. n. 2. Nomen Listeri.

Frisch. germ. 7. p. 7. t. 4. Araneus magnus rubroluteus.

Habitat in *arboribus*, præsertim Betula.

DESCR. Colore rufo & magnitudine & ovato abdomine ab omnibus differt, in dorso abdominis crux alba ex articulis tanquam diadema.

1215. ARANEA fusca; dorso maculis quinque longitudinalibus subcontiguis nigris: anterioribus longioribus.

List. aran. 59. n. 17. Araneus subflavus hirsutus, prælongis pedibus domesticus.

Raj. inf. 27. n. 17. Listeri nomen.

Act. upf. 1736. p. 38. n. 7. Aranea fusca maculis quinque nigris dorsalibus longitudinalibus contiguis.

Suecis Foenster - Spindel. *Dwaerg. Smolandis Lâche.*
Habitat in fenestris nostris vulgatissima.

DESCR. Caput & Thorax pellucida. Abdomen pallidum maculis oblongis, transversalibus, longitudinaliter digestis, nigris, quinque, fere contiguis, anticis latioribus, versus posteriora sensim angustioribus factis.

1216. ARANEA abdomine longe argenteo virescente, pedibus longitudinaliter extensis.

List. aran. 30. f. 3. Araneus ex viridi inauratus, albo longiuscula prætenui.

Raj. inf. 19. n. 2. Nomen Listeri.

Habitat in uliginosis lucis; adsidet ramis arcte & longitudinaliter, pedibus quaternis recta protensis, totidemque retrorsum extensis.

DESCR. Pedes lividi. Abdomen subtus linea longitudinali atra utrinque flava, extus grisea; a tergo vero venis nigris.

1217. ARANEA abdomine rhomboide depresso, pedibus transversaliter extensis variegatis.

List. aran. 85. t. 30. Araneus parvus subrufus inauratus, ipsa alvi apice infusca, levipes.

Frisch. germ. 10. p. 16. t. 14. Araneus truncorum albo nigroque varius.

Habitat in *parietibus*, *truncis*, sepibus.

DESCR. Cinerea, mediæ magnitudinis; alvus rhomboides seu depressa, pone rotundata, ano acutiusecula. pedes transversim expanduntur, remotiusculi, fuscis annulis albis. Filum sæpe post se trahit. Pedes 2. 1. 3. 4. longitudine se excipiunt.

1218.

1218. ARANEA abdomine subrotundo plano obtuso, pedibus quatuor posticis brevissimis.

Frisch. germ. 7. p. 10. t. 5. Araneus hortensis, pedibus quatuor longis anticis, abdomine plano.

List. aran. 83. f. 29. Araneus subfuscus, minutissimis oculis e viola purpurascens tardipes & gressu & figura cancro marino non adeo dissimilis.

Raj. inf. p. 35. n. 29. Nomen Listeri.

Habitat in arboribus & lignis, ubi propria ova incubat.

1219. ARANEA nigra; thorace triplici linea longitudinali alba, abdomine nebuloso.

? *Frisch. germ.* 8. p. 3. t. 2. Araneus terrestris sacco ovifero.

Aff. upf. 1736. p. 38. n. 9. Aranea nigra, pectore abdomineque linea alba cinctis.

Habitat in paludibus exsiccatis frequens apud nos.

OBS. Neque *Frischius* loco citato, neque *Listerus* de *Araneis Lupis gibiferis* p. 77. n. 25. 26. 27. 28. in ulla specie meminit thoracem utriusque linea alba longitudinali notari, nec tertiam albam lineam longitudinalem thoracis a medio dorso. hinc de *Synonyma heroe*. *Thorax* alius niger. *Abdomen* nigrum maculis nigerrimis quasi nebulosum.

1220. ARANEA abdomine ovato albido: lineis tribus longitudinalibus punctorum nigricantium.

Habitat in nemoribus.

DESCR. *Pedes* lividi annulis nigris. *Thorax* lividus linea longitudinali & lateralibus nigra. *Abdominis* tres lineae longitudinales ex punctis nigricantibus concatenatae.

1221. ARANEA exalbida, abdomine globoso reticulato supra purpurascens fusco nebuloso.

Habitat in Hortis. O. *Celsus*. S. S. Th. Doct.

DESCR. *Corpus* albicans. *thorax* aequalis coloris a tergo macula oblonga nigricante, lateribus puncta nigra. *abdomen* tenuissime reticulatum. album vasis nigricantibus, in dorso nebulosum e fusco & versus latera obscura purpurascens. *pedes* nigris maculis.

1222. ARANEA thorace testaceo, abdomine ovato nigro-aeneo: apice subluteo bicorni. *It. ael.* 125.

Habitat in *sabulo riparum* & littorum, telas horizontaliter extendens.

1223. ARANEA abdomine fusco ovato: linea exalbida pinnata, cauda bifurca. *It. gotl.* 251. *List.*

List. aran. 60. n. 18. *Araneus cinereus maximus*, a-
ni appendicibus insigniter prominentibus.

Raj. inf. 27. n. 18. Listeri nomen.

Habitat in pratis *graminosis Oelandiæ & Gotlandiæ*, u-
bi rete extendit super gramina horizontale, al-
bum, latum, margine puteo cylindraceo ex cras-
siore reti contexto, in cujus fundo occultatur ara-
nea ab avibus secura, radiisque solis minus exposi-
ta, quam primum quis tangit rete, mox e spelun-
ca exit in spem prædæ.

DESCR. *Thorax* griseus lineis tribus pallidis longitudinalibus. *Abdomen*
fuscum, nitidum, linea dorsali exalbida, longitudinali; minima, strias
albas oppositas pinnatim utrinque exferens. *anus* sive cauda duplici
furca seu mucronibus, superioribus longioribus, inferioribus breviori-
bus; sub abdomine fasciis tribus longitudinalibus, pallidis.

1224. ARANEA pallida; abdomine subgloboso flavo:
punctis quibusdam nigris.

List. aran. 34. f. 5. *Araneus viridis*, cauda nigris
punctis utrinque ad marginem superne notata, ipso
ano croceo.

Raj. inf. 20. n. 8. Listeri nomen.

Habitat in Betulis, Malis, Pyrisque, *vesperi* frequens.

Mater adsidet reti laxo ova involvente, nec facile
abigitur.

DESCR. *Thorax* & pedes pallidi: linea nigra ad thoracis latera utrin-
que. *pedum* articuli spinosi, ad apices omnes nigricantes. *Abdomen* ova-
tum, viride, utrinque versus anum punctis quatuor nigris & in disco
abdominis, versus ejus basin, punctorum 3 paria nigricantia excavata.
anus sæpe fulvus.

1225. ARANEA flavescente-viridis: linea utrinque alba.

Jonst. inf. t. 18. f. 42. *Araneus mouff. ultimus*.

Aët. upf. 1736. p. 38. n. 8. *Aranca flavo-viridis*, la-
teribus linea alba cinctis.

Habitat in Hortis.

1226. ARANEA corpore oblongo nigro: linea utrinque
longitudinali alba, pedibus fuscis.

Habitat in *Aquis*, currit supra aquam.

DESCR. Satis magna est; *pedes* subgrisei sive ex pallido fuscis. *Thorax*
& *abdomen* nigra, utrinque linea lata alba, quæ coit ad caudam. *anus*
bifurcus. Antennulæ oris apice globosæ & valde magnæ, hinc Mas
procul dubio. In *abdomine* supra lineam lateralem albam utrinque or-
do longitudinalis punctorum minutissimorum alborum.

1227. ARANEA abdomine flavo: annulo ovali dorsali rubro.

List. aran. 51. f. 12. Araneus albicans, corona coccinea in albo ovali.

Raj. inf. 24. n. 12. Listeri nomen.

Frisch. germ. 10. p. 6. t. 4. Araneus hortensis albus ferto dorsali cinnabario - rubro.

Habitat in *Hortis*, telas ducit more domesticæ.

DESCR. Magnitudo mulcæ. *Pedes* satis longi, albi, diaphani; anterioribus geniculis nigris instructi. *Thorax* aqueus. *abdomen* sulphureum, a tergo macula annulari ovata sanguinea, intra quam linea oblonga fusca longitudinalis.

1228. ARANEA abdomine globofo, pallido - flavescens. *Act. upf.* 1736. p. 38. n. 6. Aranea globosa pallida floribus inhabitans.

Habitat in *Horto Upsaliensi* rarius, ubi se recondit intra calyces plantarum, asperifoliarum præsertim, postquam corolla decidit; hic sese occultat, muscas quærentes cibum capit absque rete, dum immittunt proboscidem vel pedem ejus calyci.

DESCR. Est inter mediæ magnitudinis araneas, nullo colore variegatus.

1229. ARANEA abdomine ovato nigro: annulo dorsali ovali albo. *It. oel.* 126.

Habitat in *Oelandia*.

DESCR. Tota nigra: *Abdomen* ovatum, linea alba bifurca includens spatium ovale a tergo abdominis, margine interiore variis denticellis picto.

1230. ARANEA thorace nigro, abdomine fusco, pedibus rufis.

Habitat in *Urtica*.

DESCR. Magnitudo media; an major factus colores mutet, me ignorare fateor.

1231. ARANEA nigra; abdomine ovato: basi punctis duobus albis.

DESCR. Aranea mediæ magnitudinis. *pedes* longi. *abdomen* oblongum. In *dorso* versus basin abdominis puncta duo alba ovata apicibus longius a se invicem dehiscentia.

1232. ARANEA atra; abdomine globofo: punctis duobus excavatis.

Act. upf. 1736. p. 38. Aranea atra, abdomine superne duobus punctis excavato. Ha-

Habitat interdum in *fenestris*: tela non geometrica, sed variis filiis sparsis constantia.

DESCR. *Tota* atra. *Pedes* testacei. *Abdomen*. globosum, glabrum, nitidum, punctis duobus non coloratis a tergo, in medio impressis notatum; & si probe attendas, aliis adhuc duobus, paulo anterioribus, sed minoribus. a capite per thoracem & abdomen ducitur linea inter punctorum paria ad anum usque sordide testacea.

1233. ARANEA abdomine oblongo punctorum excavatorum tribus paribus.

Habitat in sylvis inter cortices *Pini*.

DESCR. Inter majusculos numeranda est. *Thorax* cinereus. *Abdomen* ovato-oblongum teretiusculum pilis glaucis, aliis rarioribus nigris; in tergo abdominis tria paria punctorum excavatorum conspiciuntur.

1234. ARANEA oblonga fusca, abdomine nigro apicé spinoso, tergo punctis quatuor excavato.

It. oel. 34. *Araneus* oblongus fuscus, abdomine nigro apice spinoso: tergo punctis quatuor depressis notato.

Habitat in *fenestris*.

DESCR. *Thorax* fuscus. *Abdomen* nigrum pilis cinereis, *Pedes* ferrugineo-fulci. Anus appendiculis 5 vel 6 subularis truncatis.

1235. ARANEA nigra; abdomine punctis duobus albis: basi lunula alba.

Aët. upf. 1736. p. 38. n. 11. *Aranea* capite nigro, abdomine albo maculato, cauda prominula nigricante.

Habitat in *lucis*, noctu agilis, die quieta.

DESCR. Magnitudo mediocris. *Tota* corpore & pedibus nigra; in medio dorso *abdominis* puncta duo alba minima vix conspicua, in singulo latere singula; gibbum anteriorem abdominis lineola alba antierius cingit in modum lunulae. Anus prominens, compressus.

1236. ARANEA saliens nigra; dorso punctis albis.

Aët. upf. 1736. p. 38. n. 13. *Araneus* saliens niger punctis albis notatus.

Habitat in parietibus arborumque truncis, filum post se ubique trahens.

1237. ARANEA saliens nigra: lineis albis transversis semicircularibus.

List. aran. 87. f. 31. *Araneus* cinereus, albo circiter senis fasciis transversis in angulos acutos, in medio

dio erectis argenteis & nigris alternatim dispositis insignibus.

Raj. inf. 37. n. 31. Listeri nomen.

Bradl. natur. t. 24. f. 5.

Habitat in parietibus & fenestris, extra domum vulgatissima.

1238. ARANEA faliens; abdominis macula nigra margine rubra: medio alba.

Habitat in parietibus & lignis.

DESCR. Macula dorsalis ovalis nigra margine rubra, & in centro sive medio alba.

1239. ARANEA flava; abdominis apice macula cordata atra.

Habitat in *uliginosis*, sæpe etiam in floribus.

DESCR. Vidi pullos modo numerosissimos gregatim telæ insidentes, num mutent dein colorem, uti facile crederem, non dum vidi. *Abdomen* subrotundum totum sulphureum; supra anum macula pulchra exacte cordata. Oris forcipatum; thorax aquei coloris. cum procedit filum post se trahit.

1240. ARANEA livida; abdomine ovato: linea transversa duobusque punctis excavatis.

Habitat *in Aqua*, & quidem non supra aquam, sed *in & sub aqua*.

DESCR. Est inter maximas generis sui, tota livida sive fusco-pallida. *Abdomen* ovato-oblongum, cinereum, ano obtuso seu truncato, duobus appendiculis: abdomen a tergo gibbum, versus basin linea excavata transversa notatum, & sub hac duobus punctis excavatum. *Pedes* longi, tibiæ versus basin velut geniculatæ. Oris forceps omnium araneorum nostrarum maxima, nigra, dura, hians, sæpe mordens at arripiens objecta. verbo: oris forcipe omnino Tarantulam referens. hinc si quæ alia, certe venenata, ex colore, structura, figura oris &c.

1241. ARANEA livida; abdomine atro holosericeo: basi subtus punctis duobus flavis.

List. aran. 71. t. 23. Araneus plerumque lividus, non raro tamen subflavus sine ulla pictura.

Habitat in ruderibus & plantis ac arboribus ubi *folia convolvit*, & se occultat & ova ponit.

DESCR. *Corpus* totum, caput, pedes, thorax fusco-livida, hirsuta; *pedes* insuper pilis adpersi; forceps oris robusta. *Abdomen* ovato-oblongum, atrum, holosericeum seu inpalpabili hirsutie rectum, apice duobus appendiculis truncatis: sub abdomine juxta basin duo tubercula flava. Adeoque præcedenti simillima, sed dimidio minor & terrestris, longæque minori forficula oris.

1242. ARANEA abdomine albo - cinereoque - variegata.

Habitat in arboribus.

DESCR. Abdomen ovatum, lateribus niveis dorso e cinereo & albo nebuloso; subtus abdomen cinereum est torum. Thorax & pedes pallidi. Pedes anteriores longi, quos, dum tranquille sedet, recta protendit.

1243. ARANEA abdomine subglobofo albo; maculis dilute fuscis.

Habitat intra paniculam *Arundinum* 99.

DESCR. Est inter minores generis sui. Abdomen albidum maculis fere ut domesticæ, sed dilutioribus & magis distinctis. Thorax lividus sive griseus. caput supra canum.

Cancer.

1244. CANCER brachyurus; manuum digitis atris.

Bellon. aquat. 368. Pagurus.

Aldrov. exsang. 186. Pagurus.

Jonst. exsang. t. 5. f. 2. Cancer marinus.

Gesn. aquat. 155. Cancer marinus.

Merr. pin. 192. Cancer marinus.

Charl. exerc. 57. Cancer marinus.

Schonef. ichth. 30. Cancer officinarum.

Rond. pisc. 560. Cancer Mæas.

Dal. pharm. 400. n. 24. Cancer officinarum.

Att. N. C. I. p. 315. t. 10. f. 1. Cancer marinus.

Habitat in mari *Atlantico* circa *Gothoburgum*.

1245. CANCER brachyurus; thorace aculeato, manibus ventricosis lævibus.

Matth. diosc. p. 229. Maja.

Jonst. exsang. t. 5. f. 5. Cancer Maja.

Habitat in mari *Atlantico*.

1246. CANCER brachyurus; thorace aculeato, manibus linearibus glabris, rostro bicorni.

Jonst. exsang. t. 5. f. 13. Pagurus fæmina.

Habitat in mari *Atlantico*.

OBS. Manus sive Chelæ antice lineares, minime ventricosæ, digitis æqualis longitudinis: reliqui pedes monodactyli.

1247. CANCER macrourus; manibus prismaticis: angulis spinosis.

Z 3

Aldr.

Aldr. exsang. 113. *Astacus* mediæ magnitudinis prior.
Aët. upf. 1736. p. 39. n. 9. Cancer cauda exserta,
 chelis angulatis.

Habitat in mari *Lapponiæ* adjacenti copiose.

1248. **CANCER** macrourus; rostro lateribus dentato; basi supra dente duplici.

Matth. diofc. 227. *Astacus*.

Gesn. aquat. 91. *Astacus*.

Rond. pisc. 538. *Astacus*.

Aldr. exsang. 112. *Astacus* verus.

Jonst. exsang. t. 71. *Astacus* marinus communis.

Merr. pin. 191. *Astacus* marinus.

Schonef. ichth. 23. *Astacus* marinus.

Charl. exerc. 55. *Astacus* marinus.

Worm. mus. 247. *Astacus* marinus.

Dal. pharm. 399. n. 20. *Astacus* marinus.

Suecis Hummer.

Habitat in mari circa *Gothoburgum* & *Bobusiam*.

1249. **CANCER** macrourus; rostro supra ferrato, basi utrinque dente simplici.

Rond. pisc. 22. p. 210. *Astacus* fluviatilis.

Gesn. aquat. 104. *Astacus* fluviatilis.

Aldr. exsang. 129. *Astacus* fluviatilis.

Jonst. exsang. t. 4. f. 1. *Astacus* fluviatilis.

Matth. diofc. 228. *Gammarus*.

Bellon. pisc. 355. *Gammarus*.

Worm. mus. 248. *Gammarus* f. *Astacus* fluviatilis.

Schonef. ichth. 24. *Astacus* fluviatilis.

Charl. exerc. 56. *Astacus* fluviatilis.

Merr. pin. 192. *Astacus* fluviatilis.

Dal. pharm. 399. n. 21. *Astacus* fluviatilis.

Suecis Krafweta.

Habitat in lacubus & fluviis *Sueciæ*, hodie sat frequens; ante tempora Regis *Johannis III*; vix in *Suecia* visus.

1250. **CANCER** macrourus, cauda molli testa cochleæ inclusa; chela dextra majore.

Matth. diofc. 230. *Cancellus*.

Rond.

- Rond. pisc.* 1. p. 553. Cancellus.
Bellon. aquat. 362. Cancellus.
Gesn. aquat. 161. Cancellus.
Aldr. exsang. 218. Cancellus.
Fonst. exsang. t. 7. f. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Cancellus.
Charl. exerc. 58. Cancellus quibusdam Bernhardus
 Eremita dictus.
Merr. pin. 192. Cancer in testis degens.
Worm. mus. 250. Cancellus quibusdam Bernhardus
 Eremita.
Dal. pharm. 399. n. 22. Cancellus.
Swamm. bibl. t. 11. f. 1. 2.
 Habitat in mari *Atlantico*.

OES. Varias & diversas desertas Cochleæ testas adsumit, scabra crusta obducit, intra has se includit, caudam præcipue ut regat; licet & rotum corpus intra testam retrahat, hinc semper eam secum ducit ut *Digenes suum Dolium*.

1251. **CANCER** macrourus; rostro integerrimo, manuum pollice longiore.

Aët. upf. 1736. p. 39. n. 6. Cancer cauda exserta, rostro integerrimo.

Habitat in mari, capitur sæpius cum sequenti.

DESCR. Rostrum integerrimum, absque crenis aut spinis, brevissimum. Pollex in manibus, qui mobilis, chela longior, & ejus apici quasi infixus, tamen chela terminatur mucrone opposito breviori. Hiæ chelæ & rostro integerrimo facile distinguitur a sequenti, cum quo mixtus venum exponitur & editur pro una eademque specie. magnitudine dein hujus sequentem parum superat. Olim etiam in Belgio sequenti mixtum sæpe vidi.

1252. **CANCER** macrourus; rostro supra ferrato; subtus tridentato, manuum digitis æqualibus.

Matth. diosc. p. 229. Squilla.

Worm. mus. p. 248. Squilla.

Klein. dub. 35. f. e. Squilla fusca.

Aët. upf. 1736. p. 39. n. 5. Cancer cauda exserta, rostro superne ferrato.

Suecis Råka.

Habitat in mari *Balthico*.

DESCR. Rostrum lanceolatum, perpendiculare, acutum, supra octo crenis, infra tribus ferratum; manus, quæ tercio pedum pari insident, digitis sunt æqualibus.

1253. **CANCER** macrourus rufescens; thorace articulado. *Raj. inf.* 44. Pulex fluviatilis.
Frisch. germ. 7. p. 26. t. 18. Vermis aquaticus cancriformis.
It. ool. 42. 96. Cancer Pulex fluviatilis dictus.
 Habitat ad littora maris vulgatissimus.

1254. **CANCER** macrourus cæruleus; thorace articulado. *It. gotl.* 260.
 Habitantem vidi ad montem *Thorsburg* in mari juxta Gotlandiam.

OBS. Præcedenti major: totus cæruleus, rostrum nullum prominens, corpus 14 articulis. cauda trifolia; intermedio subulato.

Oniscus.

1255. **ONISCUS** cauda subulata utrinque appendiculata.
Raj. inf. 43. Afellus marinus cornubiensis alius.
Act. upf. 1736. p. 39. n. 1. Oniscus marinus maximus.
Klein. dub. 38. f. 1. 2. Entomon pyramidale.
Suecis Syrmask. *Ostrobotniensibus* Grundskorfwa.
 Habitat in mari *Balthico* cum Harengis 315. frequens. *C. Horleman.* Architect. Princeps.

DESCR. Magnitudo extimi articuli pollicis, supra convexus, infra planus, margine undique acuto. *Capitis* clypeus undique incisus est. *Pedes* anteriores utrinque tres, minores, glabri; posteriores utrinque quatuor, majores, ciliati. *Antennarum* in fronte bina paria. *Corpus* septem incisuris, præter caput & caudam. *Cauda* duas tertias partes corporis longitudine æquat, indivisa, tereti-triangularis, subtus vestita radiis duobus convexis, parallelis. totum animal, exceptis oculis, album.

1256. **ONISCUS** cauda obtusa integerrima. *It. gotl.* 298.

Raj. inf. 42. Afellus lividus major.

Habitat in pratis *Gotlandiæ*.

DESCR. *Totus* niger, marginibus segmentorum albis; macula alba sub femoribus posterioribus in singula incisura. *cauda* obrufa, integra, nec bifurca. tactus se contrahit uti *Armadillo*, quiete diu jacet, ut ignota pro pilula vel aurelia ichneumonis omnino haberetur.

1257. **ONISCUS** cauda obtusa bifurca.

Mattb. diofc. 257. Millepeda.

Charl. exerc. 54. Millepes.

Raj.

Raj. inf. 41. n. 1. *Afellus asininus* sive vulgaris.
Suecis Gråfuggor.

Habitat in domibus, muris antiquis humentibus, &
præsertim in Caldariis hortorum.

1258. ONISCUS cauda bifida; stylis bifurcis.

Raj. inf. 43. *Afellus aquaticus* gesneri.

Frisch. germ. 10. p. 7. f. 5. *Afellus aquaticus*.

Habitat in fossis & aquis putealibus.

DESCR. Constat articulis septem, præter caudam & caput. Cauda articulus reliquis, ut & ipso capite major, planus, subrotundus, e quo prodeunt duo styli, singuli bifidi. Pedes utrinque septem, quorum posteriores semper longiores antecedentibus. Antennæ setaceæ articulis tribus

Scolopendra.

1259. SCOLOPENDRA submarina.

Raj. inf. 44. *Scolopendra marina*.

Matth. diosc. 235. *Scolopendra marina* rondeletii.

Habitat in mari Lapponiæ adfinitima boreali parte
copiosissime.

1260. SCOLOPENDRA teres, pedibus utrinque centum.

Aldr. inf. 637. t. 636. f. 4. *Scolopendra terrestris*
minor.

Mouff. lat. 30. *Julus quartus* glaber.

Fonst. inf. t. 23. *Julus glaber* mouff. 1.

Raj. inf. 46. *Julus quartus* glaber.

Frisch. germ. 11. p. 21. t. 8. f. 3. *Scolopendra longa*
micylindræa?

Habitat in terra.

DESCR. Corpus subcylindræum, fuscum; dorsum linea longitudinali duplici ferruginea notatum. Antennæ 5 articulis, quorum ultimus subglobosus. Datur & nigra tota, & minor simul.

1261. SCOLOPENDRA plana; pedibus utrinque septuaginta.

Aldr. inf. 637. t. 636. f. 8. *Scolopendra vulgaris* ac
vera.

Raj. inf. 45. *Scolopendræ* valde exiles, longæ.

Z 5

Frisch.

Frisch. germ. 11. p. 22. t. 8. f. 1. Scolopendra plana longa.
Habitat in ipsa terra.

DESCR. Rubra est, plana, filiformis, serpentis instar flexuosa. Pedes 54. a singulo latere Frischius numerat, nostra 70 vel 68 obtinet.

1262. SCOLOPENDRA teres; pedibus utrinque centum & viginti. *It. gotl.* 280.

Raj. inf. 47. Julo glabro adfinis, lividis albisque circulis.

Habitat sub *lapidibus* in insula Carlsoëa majore.

DESCR. Longitudo pollicis transversus; crassitie pennæ columbinæ, glabra, cinerea, lineis duabus longitudinalibus dorso, ferrugineis, pallidis; singulo articulo corporis juxta latus longitudinaliter striato, pallidiore, corpus circiter (numero rotundo) 60. incisuris. *Antennæ* 5 articulis. *Pedes* exalbidi. *Tacta* in spiram planam, pedibus tamen terram respicientibus, contrahitur. facies speciei secundæ.

1263. SCOLOPENDRA plana; pedibus utrinque quindecim.

Raj. inf. 45. Ad scolopendram accedens triginta pedibus instructa.

Suecis Twåstiert.

Habitat in terra.

DESCR. Rubra est, vix digitum transversum longa. *Pedes* antichi crassi & validi, ultimi longissimi. hinc cauda quasi bifurca. *corporis* articuli alterni reliquis dimidio breviores.

1264. SCOLOPENDRA ovalis; pedibus utrinque duodecim: cauda albo penicillo.

Act. upf. 1736. p. 39. n. 3. Oniscus minimus, cauda alba.

Habitat *Upsaliæ* ad radices arborum inter muscos frequens vere, præsertim juxta Hortum arcis.

DESCR. Magnitudo pediculi; utrinque *pedes* 12; a tergo penicillus expansus supra singulos pedes, dein in medio dorso transversalis fasciculus. *cauda* constat penicillo majori pilorum conniventium majorum.

Classis VI.

VERMES.

I. REPTILIA.

Gordius.

1265. GORDIUS pallidus; cauda capiteque nigris.

It. gotl. 282. Gordius.

Gesn. aquat. 463. Vitulus aquaticus.

Aldr. insect. 720. t. 765. Seta s. Vitulus aquaticus.

Fonst. inf. t. 25. Meerwurm.

Merr. pin. 207. Seta aquatica.

Smolandis Onda-Betet.

Habitat in lacubus & fontibus.

DESCR. Figura & magnitudo setæ equinæ, colore pallido, capite & cauda nigris. Credunt rustici Smolandia horum morsus Paronychias causare, vocant etiam Paronychiam morbum: Onda betet, uti etiam ipsum vermem eodem nomine; quod vero uti Vena medinensis s. Dracuncululus Perfarum (descripto a *Sloaneo Jam. V. 2. t. 233. f. 1. Kämpfer Armen. p. 524.*) intret corpus, rusticis nostris plane ignotum. Curant Paronychias rustici Smolandi incisione facta cultello, cum quo Gordius prius in minura segmenta fuerit divisus; dicunt etiam omnia frustra vermis, aquis immissa, recrefcere in perfectum corpus.

Tænia.

1266. TÆNIA articulata plana.

Schenck. obs. 3. §. 308. Tænia.

Merr. pin. 206. Vermis in homine cucurbitinus s. Tænia.

Barth. act. 1673. p. 148. Lumbricus latus.

Tulp. obs. 161. t. 162. Lumbricus latus.

Beverwik. thesaur. 202. f. 202. Tainai. (Fig. bon.)

Suecis Fijken, Binnekematken.

Habitat in intestinis hominis, Canis.

1267. TÆNIA articulata teres.

Habitat in paludibus.

Corpus digito longius teres articulatum album pellucidum, pedibus omnibus destitutum, nec Larva cujusdam eulicis.

1268. TÆNIA continua plana fulcis longitudinalibus.
Vulgo Vermis cucurbitinus.
 Habitat in *Carnibus*.

DESCR. brevis, compressa, alba striis utrinque 3 vel 4 profundis longitudinalibus, pone obtusa, ore latitudine parallelo bilabiato lato.

Ascaris.

1269. ASCARIS.

Habitat in *paludibus*, in *intestino recto* puerorum, sæpe etiam in ipsa vulva chloriticarum; in intestinis equorum vulgarissima, in radicibus plantarum corruptis primo vere copiosa, inde pereunt sæpius plantæ insequente æstate.

Lumbricus.

1270. LUMBRICUS punctis prominulis.

Habitat frequens in *mari Septentrionali*; ubique proditur cuniculis sub æstu maris.

DESCR. Similis est sequenti, sed major & annulis & tuberculis compositis seu e punctis extrorsum prominulis.

1271. LUMBRICUS lævis.

Rhed. quart. t. 15. f. 1.

Raj. inf. 2. Lumbricus terrestris minor.

Suecis Metmatk.

- α *Raj. inf. 1.* Lumbricus major.

Suecis Daggmatk.

- β *Raj. inf. 2.* Lumbricus intestinorum teres.

Merr. pin. 206. Vermes in homine s. Lumbricus.

Habitat in terra: Coeunt hi vermes supra terram approximatis collaribus, hinc exeundo e terra ad copulam tumulos effodiunt, hortis & ambulacris molesti. His aluntur Talpæ, hinc si quis supra terram leviter fulsiliat, sæpe exeunt e terra præ metu Talpæ.

Hirudo.

1272. HIRUDO depressa fusca: margine laterali flavo.

Raj. inf. 3. Hirudo maxime in anglia vulgaris.

Suecis Snigel.

Ha

Habitat in *aquis* paludosis & fossis.

DESCR. Vivipara est, unico gaudet embryone, cui funiculus caudæ inferus est.

1273. HIRUDO depressa nigra; abdomine subcinereo.

Suecis Blod-igel.

Habitat in *Aquis* passim.

DESCR. Nigra est supra, sed punctis pallidis, in singulo segmento, una transversam lineam digestis notata.

1274. HIRUDO depressa alba; lateribus acutis. *It. gotl.*
182. 250.

Reaum. act. - - Hirudo-Limax.

Habitat sub *aquis* supra lapides in rivulis frequens, sæpe etiam in *piscibus* præsertim Gasterostiis.

DESCR. Præcedentibus minor, tota lactea, lactes piscium facie referens, variæ longitudinis, varias figuras adsumens. os vix manifestum.

1275. HIRUDO teres: extremitatibus dilatatis.

Frisch. germ. 5. p. 25. t. 11. Hirudo ore caudaque ampla.

Habitat in *aquis*, reperitur facile in *piscibus*, ore & cauda æque apprehendit.

II. ZOOPHYTA.

Limax.

1276. LIMAX ater.

Aldr. inf. Limax tertia tota nigra.

Fonst. inf. 138. Limax.

Merr. pin. 207. Limax.

List. angl. 131. Limax ater.

hist. 1. p. 102. Limax ater.

Dal. pharm. 383. Limax ater.

Smolandis Skog-snigel.

Habitat in *lucis* & nemoribus frequens post pluvias & in rore frequens; Androgynus est uti congenere, agit enim & patitur.

1277. LIMAX subrufus.

Aldr. inf. 702. Limax magna colore rufus.

List.

List. hist. 1. n. 103. *Limax subrufus*.

angl. app. 6. p. 1. *Limax quartus subrufus montanus*.

Dal. pharm. 383. *Limax ruber*.

Habitat in *umbrosis* & ubi ros non facile exsiccat, minus tamen frequens.

1278. LIMAX cinereus maculatus. *It. æl.* 61.

List. angl. 130. *app.* 1. f. 2. *Limax cinereus maximus striatus & maculatus*.

Anom. hist. nat. 386. t. 32. f. 26.

Habitat in sylvis densissimis *Oelandia* locis subhumidis.

DESCR. Maximus est inter congeneres, profunde striatus & rugosus, maculis obscurioribus.

1279. LIMAX cinereus immaculatus.

List. angl. 130. *Limax cinereus parvus immaculatus pratensis*.

Blank. belg. 151. t. 13. f. X.

Habitat in *hortis*, sæpe inter *olera*, sæpeque inter *folia Brassicæ* obvius.

DESCR. Magnitudo seminis *Phaseoli*: corpus rugosum, cinereum, vix macularum.

1280. LIMAX flavus maculatus.

List. exercit. anat. p. 1. t. 1. *Limax succini colore, albidis maculis insignitus*.

Habitat in *umbrosis* inter plantas.

Sepia.

1281. SEPIA.

Matth. Diosc. 244. *Sepia*.

Salv. aquat. 165. *Sepia*.

Ald. exsang. 44. *Sepia*.

Jonst. exsang. 7. *Sepia*.

Bellon. aquat. 336. *Sepia*.

Rond. aquat. 1. p. 498. *Sepia*.

Gesn. aquat. 850. *Sepia*.

Charl. exerc. 51. *Sepia*.

Merr. pin. 191. *Loligo-Sepia*.

Dal. pharm. 392. *Sepia*.

Sut-

Suecis Bläckfisk.

Habitat in *mari circa Scaniam*, ad cujus littora cum fabulo maris ossa sepiæ quotannis ejiciuntur.

Lernea.

1282. LERNEA tentaculis quatuor: duobus apice lunulatis. *Tab. II.*

Habitat supra Cyprinum Carassium 322, cujus sanguinem haurit.

DESCR. Longitudo transversû digiti; Corpus teres, subpellucidum, versus basin egressum e tunica alba tanquam e præputio; est hoc corpus abdomen, quod versus apicem tribus obtusis gaudet tuberculis, quorum unum majus est. antice est apertura oris, juxta hanc duo processus molles; & juxta hos utrinque anus processus mollis apice extrorsum lunulatus; hæc antica pars tegitur tunica alba.

Hydra.

1283. HYDRA viridis; corpore æquali, tentaculis corpore brevioribus.

Vulgo Polypus.

Habitat in fossis Uplandiæ *De Geer*. Hic in frustra dissectus, plantæ instar, ex singulo frustulo, novo individu reviviscit;

Aphrodita.

1284. APHRODITA nitens.

Col. aquat. 25. t. 26. f. 1. Pudendum regale?

Barth. act. 3. p. 88. t. 88. Vermis aureus.

Barr. rar. 131. t. 1284. Eruca marina griseo fusca.

Dal. harv. 394. Mus marinus.

Ruyfch. ovat. 1. p. 23. n. 49. Eruca marina, pilis lateralibus aureis cæruleis viridibus, iridis instar fulgentibus prædita, *Hystrix marina* dicta.

Habitat in *Mari occidentali* rarius.

Asterias.

1285. ASTERIAS radiis quinis latiusculis asperis.

Plot. ox. 85. n. 16. t. 2. f. 2. 3. Asteria.

Pet. mus. 6. n. 20. Asteria Slagburiensis.

Merr.

Merr. pin. 191. *Stella marina minor.*

Olear. mus. 55. t. 28. f. 4. *Stella marina.*

Schonef. icht. 75. *Stella marina plinio.*

Habitat in mari *Scaniam & Norwegiam* alluente.

Medusa.

1286. MEDUSA orbiculi margine fedecies emarginato.

Gesn. aquat. 760. Pulmo marinus?

Aldr. exsang. 577. Pulmo marinus?

Jonst. exsang. 56. Pulmo marinus?

Bell. aquat. 438. Pulmo marinus?

Rond. aquat. 2. p. 121. Pulmo marinus?

Baub. pin. 369. Pulmo marinus?

Charl. excerc. 68. Pulmo marinus?

Dal. pharm. 393. Pulmo marinus?

Tabern. hist. 1524. f. 1. Pulmo marinus?

Habitat in mari atlantico, copiose ad littora *Lappo-
nie* s. *Finmarckie*, *Esca Balænxæ* 264.

DESCR. Figuræ omnes malæ sunt hinc dubia synonyma moneo. *Corpus* orbicularum, supra convexum, totum gelatinæ instar friabile & pellucidum; a parte inferiore s. plana circulus depingitur scaber s. echinatus squamosusve, intra quem *Radiatorum* octo paria a centro versus peripheriam extensa adnata. *Stamina* s. Branchiæ niveæ, in aliis incarnatæ, semper crispæ. *Pistilla* s. Filamentorum congeries multiplex, longissima; omnia hæc e centro lateris inferioris enata. *margo* corporis octidus, obtusus, singulis lobis emarginatis, hinc 16 sinubus.

1287. MEDUSA orbiculo subtus quatuor cavitatibus notato.

It. æl. 160. Medusa.

Vulgo *Urtica marina.*

Succis Manèt.

Habitat ubique in mari: ad Solem lucentes tanquam
Stellæ in mari; tactu urentes.

DESCR. *Corpus* pellucidum gelatinæ instar, extus convexum, subtus concavum, margine subciliato: subtus in centro quadruplex cavitas, singula arcuata & cincta opaca linea, constante punctis plus quam viginti parallelis; e centro orbiculi quatuor prodeunt falces, margine exteriori ciliatæ. in tergo corporis e centro plurimæ venæ pallidæ.

1288. MEDUSA orbiculo cruce alba picto.

Habitat in *mari atlantico.*

DESCR. Hæc omnium minima est, tota gelatinosa, vitrei coloris, discum pingit

pingit crux magna alba, ad margines usque extensa. margo integer est; caret appendiculis omnibus, sc. cavitatibus, pistillis, staminibus, branchiis.

Echinus.

1289. ECHINUS subglobosus; vertice plano.
List. angl. 169. t. 3. f. 18. Echinus marinus, aculeorum vestigiis parum aut nihil eminentibus.
 Habitat in *mari Norwegico*.
1290. ECHINUS subcompressus, vertice prominulo.
List. app. 28. Echinus minor angulosus, ex utraque parte compressus.
 Habitat in *mari Septentrionali*.

III. TESTACEA.

Patella.

1291. PATELLA testa ovata quatuordecim angulis exarata.
List. angl. 195. t. 5. f. 40. Patella ex livido cinerea striata.
Sibb. mus. 125. n. 1. Patella vulgaris ex livido cinerea.
Pet. mus. 85. n. 827. Patella vulgaris anglica.
 Habitat in *mari Occidentali* ubique in lapidibus.
 DESCR. Testa conica, 14 angulis elevatis tuberculatisque exarata, quibus interjacent anguli totidem minores. Apex obtusiusculus est & margini angustiori propior, nec in centro. margo subtus nigricans denticulis albis.
1292. PATELLA testa membranacea ovali; mucrone reflexo.
List. angl. 151. t. 2. f. 32. Patella fluviatilis fusca, vertice mucronato inflexo.
 Habitat sat frequens in *lacubus* nostris, plantarum *foliis* insidens sub aquis, præsertim *Stratitidis* 444 *foliis* delectatur.

Cochlea.

* *Terrestres.*

1293. COCHLEA testa ovata quinque spirarum, pomatia dicta.
A a *Gesn.*

Gesn. aquat. 255. Pomatia.

Aldr. exsang. 389. Cochlea terrestris gypso obsecrata.

List. ang. III. t. 2. f. 1. Cochlea cinerea edulis, cujus apertura operculo crasso velut gypseo per hyemem clauditur.

exercit. anat. I. p. 162. t. 1. Cochlea pomatia edulis gesneri.

hist. I. n. 46. Cochlea cinereo-rufescens fasciata leviter umbilicata.

Dal. pharm. 394. Cochlea terrestris, Limax terrestris.

Merr. pin. 207. Cochlea alba major, cum suo operculo.

Pet. mus. 4. n. 12. Cochlea alba major.

Suecicis Trågårds - Snäcka.

Habitat in hortis, allata e *Germania*, sponte vix occurrit; a quibusdam editur.

1294. COCHLEA testa utrinque convexa flava: fascia subsolitaria fusca, labro reflexo.

List. angl. 116. t. 2. f. 3. Cochlea citrina aut leucophæa, non raro unicolor, interdum tamen unica, interdum etiam duabus, aut tribus, aut quatuor, plerumque vero quinque fasciis pullis distincta.

hist. t. 1. n. 54. Cochlea interdum unicolor, interdum variegata, item variis fasciis depicta.

Merr. pin. 207. Cochlea vulgaris, testa variegata.

Pet. mus. 5. n. 14. Cochlea vulgaris, testa variegata.

Habitat in *Nemoribus*. It. æl. 127.

OBS. Ab hac specie vix differt *Cochlea testa pellucida*. It. æl. 155.

1295. COCHLEA testa utrinque convexa subcinerea: fascia solitaria grisea, labro reflexo.

List. angl. 119. t. 2. f. 4. Cochlea maculata, unica fascia-pulla angustioreque per medium anfractus insignita.

hist. I. n. 53. Cochlea maculata, unica fascia fusca per medium orbem insignita.

Pet. mus. 5. n. 15 idem.

Habitat in *Nemoribus*, pratis umbrosis; lucis.

DESCR.

DESCR. Variat admodum colore. *Testa* apertura lunulata est; constans spiris quinque, convexiuscula, fascia grisea per medium spirarum; cæterum undique subgrisea punctis oblongis transversis albis.

1296. COCHLEA testa utrinque convexa hispida, spiris quinque rotundatis, subtus perforata.

Habitat in *arboribus & plantis*.

DESCR. Parva, cornei coloris, convexa, rotundata, subtus perforata, pilis raris brevissimis hispida, apertura lunari-subrotunda.

1297. COCHLEA testa utrinque convexa, spiris quatuor cornei coloris, fascia subferruginea.

Habitat in insula *Liljeholmen Upsaliæ*.

DESCR. Facies præcedentis, sed minor: *corpus* animalis angustissimum, totum atrum.

1298. COCHLEA testa utrinque convexa, subtus perforata, spira acuta, apertura ovata transversali.

It. æl. 8.

Act. upj. 1736. p. 40. n. 9. Cochlea testa convexa subtus perforata, spira acuta.

Pet. musf. 69. n. 734. Planorbis terrestris anglicus, umbilico minore, margine acuto.

List. angl. 126. t. 2. f. 14. Cochlea pulla sylvatica, spiris in aciem depressis.

hist. 1. p. 29. f. 62. Cochlea nostra umbilicata pulla.

Habitat in *montibus præruptis Dannemoræ, Elfkarlebyæ, Oelandiæ. &c.*

DESCR. Testa subpellucida, supra parum convexa, subtus magis convexa, constat spiris quinque: color pallidus s. corneus cum lituris spirarum transversis ferrugineis. Apex testæ minime prominet; subtus vero umbilicus foramine teteti majusculo apertus; margo spirarum undique acutissimus. *Apertura* subovata transversa levissime dilatata.

1299. COCHLEA testa supra convexo-plana, subtus convexa perforata, anfractu acuto, apertura semicordata. *It. æl. 65.*

Act. upj. 1736. p. 40. n. 6. Cochlea testa depressa, supra planiuscula marginata, subtus convexa perforata.

Habitat in *montium præruptis, rarissimum animal.*

DESCR. Præcedenti multoties minor. *Testa* supra plana fere est, subtus valde gibba & perforata umbilico; acies lateralis in hac versus latus

planum, contrario ac in præcedenti modo, ubi margo in medio anfractus; hinc dum apertura præcedentis ovata est, huic erit dimidiato cordata s. cordis longitudinaliter dissecti dimidium referens, nullo modo margine dilatata; hæc constat anfractibus tribus vel quatuor, præcedens vero anfractibus quinque.

1300. COCHLEA testa pellucida oblonga, spiris decem sinistrorsis, apertura subrotunda.

Act. upf. 1736. p. 41. n. 20. Cochlea testa oblonga obtusa, rictu rotundo, spiris octo decem duodecim.

List. angl. 124. t. 1. f. 11. Buccinum alterum pellucidum subflavum, intra senas spiras mucronatum. Habitat in *Muscis* ad radices arborum, & in tectis antiquis rusticorum circa Upsaliam.

DESCR. Testa pellucida, subflava, spiris 8:10. 12. sensim minoribus, in longum producta, apice obrufiuscula, sensim attenuata, spiris sinistrorsum euntibus.

1301. COCHLEA testa subpellucida, spiris sex dextrorsis, subcylindracea obtusa.

List. angl. 121. t. 2. f. 6. Buccinum exiguum flavum, mucrone obtuso s. cylindraceum.

It. æland. 99. Cochlea parva spiris septem.

Habitat Upsaliæ inter *Hypna* & *Brya* ad radices arborum, & in tectis rusticorum antiquis.

DESCR. Magnitudo seminis fecalis. Testa brunnea. dum adhuc animalculo facta est, alias cornea, pellucida, spiris 4, 5, vel 6, apertura ovato-acuminata, mucrone obtuso: Spiræ more communi dextrorsum (apertura imposita) procedunt.

1302. COCHLEA testa pellucida flava ovata ventricosa sinistrorsa: apertura ovato-oblonga longitudinali: spira introducta.

Act. upf. 1736. p. 41. n. 23. Cochlea testa flava pellucida acuminata: rictu obliquo.

Habitat cum præcedentibus duabus inter *Hypna* & *Brya* in tectis antiquis rusticorum, & ad arborum radices, præsertim Upsaliæ.

DESCR. Magnitudo infra Hordei granum subsistit: Testa ovata, pellucida, flava, fragilissima, ut vix tactum ferat; apertura ovato-oblonga, fere longitudinalis ventricosa & extima fere sola conspicua, reliquæ vix prominent; hinc inter *Volutas* vel *Cylindros* veterum referri debet; mucro obrufissimus est; spiræ sinistrorsum incedunt, uti in penultima, nec ut in reliquis.

1303. COCHLEA testa pellucida flava ovata sinistrosa, apertura ovato-lanceolata, spira producta.

Habitat in *sylvis*.

DESCR. Longitudo seminis Avenæ, sed crassior est. Testa pellucida, subflava, tenerrima, prominens, oblonga, minus acuta, spiris s. anfractibus quatuor sinistroriam flexis: apertura oblonga est, cum spiræ infimæ latitudo superat torum corpus testæ superioris.

* *Lacustres.*

1304. COCHLEA testa plana pulla: supra umbilicata, anfractibus quatuor teretibus.

List. angl. 143. t. 2. f. 26. Cochlea pulla, ex utraque parte circa umbilicum cava.

exerc. 2. p. 59. Purpura s. Cochlea fluviatilis compressa major.

Habitat frequens in *fluviis*, *paludibus* majoribus, *fossisque* frequens admodum.

DESCR. Testæ spira s. anfractus teres est, striis longitudinalibus & transversalibus minutissimis elevatis: tota ferruginea s. pulla, subpellucida, plana utrinque est, nec spira prominens, sed latere superiore concave umbilicata, vix autem in inferiore latere.

1305. COCHLEA testa plana alba utrinque concava, anfractibus quinque teretibus.

Act. upf. 1736. p. 40. n. 2. Cochlea testa depressa utrinque subæquali: spira tereti.

Habitat in *Lacubus*.

DESCR. Magnitudo seminis Anethi. Testa alba, pellucida, anfractibus quinque, plana, parum utrinque concava, vix tamen umbilicata; minime marginata uti sequentes.

1306. COCHLEA testa plana fusca, supra concava, anfractibus quatuor, margine prominulo.

List. angl. 145. t. 2. f. 27. Cochlea fusca, altera parte planior & limbo insignita quatuor spirarum.

hist. 2. t. 138. f. 42. Cochlea fusca, limbo circumscripta.

Pet. gaz. 16. t. 10. f. 11. Planorbis minor fluviatilis, acie acuta.

Habitat in aquis stagnantibus, *fossis*, *piscinis*, *paludibus* & *fluviis*.

DESCR. Testa constat 4 anfractibus nigricantibus, dum animal intra eandem latet opaca, alias pellucida cornei coloris & membranacei: striæ mi-

minimè obliquæ testam striatam reddunt; *apertura* ovato-obliqua, utrinque parum acuta: margo anfractuum prominet.

1307. COCHLEA testa plana fusca: supra concava, anfractibus quinque: margine acuto.

List. angl. 145. t. 2. f. 28. Cochlea exigua subfusca, altera parte planior sine limbo, quinque spirarum.

Habitat in *fossis, paludibus, piscinis.*

DESCR. Hæc præcedenti minor, ac anfractibus pluribus: margo testæ in antecedenti extra testam exierit, ac in hac ipse testæ angulus est acurus.

1308. COCHLEA testa plana, supra convexa, subtus concava; anfractibus quatuor deorsum marginatis.

Habitat in *fluviis & paludibus*, frequens in *Hottonia*.

DESCR. Parva admodum: Testa subcinerea, subdiaphana, tenui, plana, supra convexa, parum umbilicata; subtus plana omnino, sed parum cava versus centrum; margo, qui anfractus cingit, respicit latus planius & inferius: *apertura* ovato-acuminata est.

1309. COCHLEA testa plana: utrinque æquali umbilicata: apertura semilunari.

Aët. ups. 1736. p. 40. n. 5. Cochlea testa depressa: spira arctissima, vix perforata.

Habitat in *fossis* ad radices *Hottoniæ*, sæpe in prato regio Upsaliensi.

DESCR. Magnitudo feminis Brassicæ, raro major: Testa constat anfractibus quatuor arctissime sibi invicem obvolutis: utrinque fere æqualis est testa, & utrinque concava; *apertura* litteram C refert, seu Lunam in primo Quadrante. Corpus nigrum, corniculis subulatis, longis; cum in aquis versatur & e testa prorepat animalculum vivum, videtur testa, minus inspecta, quasi deaurata.

1310. COCHLEA testa producta cuminata opaca, anfractibus senis subangulatis, apertura ovata.

Pet. mus. 82. n. 805, Buccinum fluviatile nostras oblongum majus.

List. angl. 137. t. 2. f. 21, Buccinum longum, sex spirarum, omnium & maximum & productius subflavum pellucidum in tenue acumen ex amplissima basi mucronatum.

hist. 2, t. 123. f. 21. Buccinum subflavum pellucidum sex orbium, clavícula admodum tenui productiore.

Aldr.

Aldr. test. 3. p. 359. n. 3. Turbo lævis in stagnis degens.

• *Aët. upf.* 1736. p. 41. n. 21. Cochlea testa producta acuminata striata cinereo - alba.

List. angl. 139. t. 2. f. 22. Buccinum minus fuscum sex spirarum, ore angustiore. fig. mal.

Pet. mus. 82. n. 306. Buccinum fluviatile nostras oblongum minus.

ß *Aët. upf.* 1736. p. 41. n. 22. Cochlea testa producta acuminata atra.

Habitat in *fossis, paludibus, fluviis & stagnis passim.*
DESCR. Inter maximas nostras aquaticas numerari potest; caret omni pictura, sed colore valde variat; Aliis *testa* omnino atra; aliis *cinerea*; aliis albida; aliis subgrisea; in omnibus strie minusimæ anfractuuum transversæ s. testæ longitudinales, vix oculis nudis conspicuæ: hinc inde macula transversalis anfractus S. longitudinalis alterius spiræ, quæ albida est, ac si ea nota omni anno distingueretur.

1311. COCHLEA testa producta acuminata pellucida, anfractibus senis, apertura ovato - oblonga.

Aët. upf. 1736. p. 41. n. 24. Cochlea testa alba pellucida acuminata, rictu obliquo.

Habitat in *paludibus.*

DESCR. Testa pellucida, longa, sed tam tenera, ut vix tactum ferat, ubi præcedens solida & dura vix digitis comminuenda; facie ad præcedentem propius accedit, sed triplo minor.

1312. COCHLEA testa oblongiuscula obtusa, anfractibus teretibus: lineis tribus lividis.

List. angl. 133. t. 2. f. 17. Cochlea maxima fusca s. nigricans fasciata.

hist. 2. t. 126. f. 26. Cochlea vivipara fasciata.

exerc. 2. p. 17. t. 2. Cochlea maxima viridescens fasciata vivipara.

Swam. bibl. t. 9. f. 3. Cochlea vivipara.

Pet. mus. 84. n. 814. Cochlea fluviatilis vivipara londinensis.

Aët. upf. 1736. p. 40. n. 14. Cochlea testa producta convexa fluviatilis.

Vulgo Caput bovis.

Habitat in *paludibus, lacubus & fluviis*, imprimis in fluvio Sahla, frequentissima, præsertim locis argillosis.

A a 4

DESCR.

DESCR. Testa pallida & obtusa, anfractus linea triplici livida obsoleta longitudinaliter picta: *apertura* ovata, operculo membranaceo testæ.

1313. COCHLEA testa oblonga obtusa; anfractibus quatuor laxis cinereis opacis; *apertura* subovata.

Aët. ups. 1736. p. 41. n. 16. Cochlea palustris, testæ hiatus rotundo contracto; spiris laxis.

List. angl. 135. t. 2. f. 19. Cochlea parva subflava, intra quinque spiras finita.

Habitat cum præcedenti.

DESCR. Hæc quadruplo minor est & spira laxiore magisque elongata, nec adeo ventricosa, tota quasi argilla obducta, a qua depurari nequit, operculo etiam clauditur.

1314. COCHLEA testa oblongiuscula; anfractibus quinque, pellucida: ore ovato.

Habitat in *fluviis*.

DESCR. Præcedentibus duabus duplo minor; operculo etiam clauditur, Testa pellucida & valde tenera, præcedentibus duabus acuta magis.

1315. COCHLEA testa diaphana, anfractibus quatuor, mucrone acuto brevissimo, *apertura* acutissima.

List. angl. 139. t. 2. f. 23. Buccinum pellucidum flavum, quatuor spirarum, mucrone amplissimo, testæ *apertura* omnium maxima.

hist. 2. t. 123. f. 32. Buccinum subflavum pellucidum, quatuor orbium, ore amplissimo, mucrone acuto.

exerc. 2. p. 54. Buccinum fluviatile pellucidum subflavum, quatuor spirarum, mucrone acuto, testæ *apertura* patentissima.

Pet. mus. 83. n. 807. Buccinum fluviatile nostras breve, ore patulo.

Habitat in *fluviis* & *stagnantibus* aquis.

DESCR. Est inter lacustres & fluviatiles nostrates maxima, spira infima maxima ventricosa, minutissime secundum anfractus transversim striata. Duplex nobis est, altera magis altera minus retusa a parte mucronem spectante: testa interne nivea omnino est, *apertura* margo reflexus.

1316. COCHLEA testa pellucida, anfractibus quatuor, *apertura* ovata ampla, superficie rugis elevatis.

It. gotl. 261. nomen idem.

Habitat ad littora Gotlandiæ.

DESCR. Parva est, Testa ventricosa, spiris tribus, quarta vero in apice

vix

vix conspicua; *apertura* margo dilatatus; superficies testæ striis elevatis remotis versus *aperturae* marginem oblique descendentibus. Singulare in hac est, quod testæ in medio gibba aucta est furura quadam; *Animalculum* nigrum erat.

1317. COCHLEA testæ membranacea subflava oblonga, mucrone obtuso, anfractibus tribus.

List. angl. 140. Buccinum subflavum pellucidum, trium spirarum, an? (Figura non quadrat, an hæc?)

bist. 3. t. 123. f. 23. Buccinum subflavum pellucidum trium orbium?

Bonan. recr. 119. f. 54. n. 1. (an?)

Pet. mus. 83. n. 808. Buccinum fluviatile nostras, testæ prætenui fragili (an?)

Habitat in *fluviis* & *Lacubus*.

DESCR. Testæ cereæ coloris, pellucida & fere membranacea, striis minutissimis parallelis obliquis, constans tribus anfractibus, mucrone obrusculo; *apertura* ovata margine recto, nec dilatato, testæ magis flava est, quam in ulla alia nostratis specie.

1318. COCHLEA Nerita fluviatilis dicta.

List. angl. 136. t. 2. f. 20. Nerita fluviatilis e cæruleo virefcens maculatus, operculo subrufo lunato & aculeato donatus.

bist. 2. p. 1. f. 38. Nerita fluviatilis e cæruleo virefcens maculatus, operculo subcroceo aculeatoque donatus.

Pet. mus. 67. n. 718. Nerita thamesis exiguus reticulatè variegatus.

Habitat in *fluviis*, Upsaliæ ad molendinam Ulvam & alibi.

DESCR. Testæ subovata cornei coloris, subcærulefcens superficie cavitatibus inæquali, argilla deturpata. *apertura* magnitudinè fere testæ: labro interiore plano, operculo semi-ovato.

1319. COCHLEA Nerita lacustris dicta.

Habitat in *Lacu* ad pagum Tible uplandiæ frequens.

DESCR. Præcedenti & sequenti similis; Testæ minor antecedente, major insequente, glabra, variegata.

* *Marine.*

1320. COCHLEA Nerita marina dicta.

List. angl. 164. t. 2. f. 3. Nerita reticulatus.

A a 5

bist.

bist. l. 4. f. 8. f. 39. Nerita coloris castanei.

Pet. mus. 67. n. 717. Nerita anglicus maritimus fuscus vulgaris.

It. gotl. 261. Nerita.

Habitat in *Mari* frequens.

DESCR. Testa duabus præcedentibus similis sed minor, lævis & operculata. *Animal* utrinque feras duas instar pedum totidem exserens; forte distincti generis nota.

1321. COCHLEA testa crassa ovata utrinque producta; spiris quinque spiraliter sulcatis; aperturæ labro undulato.

List. angl. 158. t. 3. f. 5. Buccinum minus albidum asperum intra quinas spiras finitum.

exerc. 2. p. 85. idem.

Habitat in *mari occidentali*.

DESCR. Sæpe argilla adeo obducta, ut difficile videantur spiræ.

1322. COCHLEA testa longa subulata, spiris duodecim striatis.

List. angl. 161. t. 3. f. 8. Buccinum tenue dense striatum, 12 minimum spiras donatum.

Habitat in *mari occidentali*.

DESCR. Color corneus, testa terebriformi, singula spira quinque sulcis spiraliter exarata; apertura orbiculari.

1323. COCHLEA testa longa acuminata; aperturæ labro dilatato: duplici stria antice sinuato.

Bonan. recr. 3. n. 85. 87.

Habitat in *mari atlantico*.

DESCR. Testa crassa, longa, terebriformis, incarnata, basi parum rostrata, 3 spirarum anfractibus: verrucis compressis unica serie digestis. *Apertura* testæ producitur labro latissimo duabus elevatis striis angulato; Labrum hoc antice (apicem versus) prominet in angulum acutiusculum, intra quem angulum & testam sinus semilunaris est.

1324. COCHLEA subrotunda obtusa umbilicata: fasciis quinque maculis ferrugineis sagittatis, secunda lineis undulatis.

List. angl. 163. t. 3. f. 10. Cochlea rufescens, fasciis maculatis, maxima ad imos orbes distincta.

Habitat in *mari*.

DESCR. Magnitudo nucis Corylli; Testa subrotunda, obtusa, quatuor anfractum, albida, basi perforata seu umbilicata, anfractus (præsertim infimus)

simus) fasciis quinque pinguntur, quarum *prima* seu superior maculis ferrugineis sagittatis constat, *secunda* maculis ferrugineis oblongis undulatis, *tertia*, *quarta* & *quinta* maculis ut in *prima*.

1325. COCHLEA oblonga: striis longitudinalibus marginatis.

Pet. mus. 66. n. 705. Buccinum album minus, costis elegantur elatis.

Habitat in *mari occidentali*, unde nobis missa.

DESCR. Facillime distinguitur ab omnibus aliis hæc cancellata Cochlea, ejus striæ longitudinales octo vel novem elata quasi membranaceæ.

Haliotis.

1326. HALIOTIS striata rugosa,

Rond. aqu. 5. Auris marina.

Bellon. aqu. 395. Patella altera major.

Gesn. epit. 224. f. 1. 2. Auris marina.

Aldr. exsang. 551. f. 1. 2. Patellæ feræ s. aures marinæ.

Jonst. aqu. t. 17. f. 45.

Bonan. recr. 91. f. 1. 2. Auris marina.

List. angl. 167. t. 3. f. 16. Auris marina quibusdam.

bist. 4. f. 7. t. 611. f. 2. Auris marina major,

latior, plurimis foraminibus eorumque vestigiis ad 40 circiter conspicua, clavicula elata.

Pet. mus. 81. n. 801. Auris marina anglica.

Sibb. mus. 130. n. 2. Auris marina nostras.

Grew. mus. 139. Auris marina.

Habitat in *mari occidentali*, cum testas ad littora repertas habuimus.

Dentalium.

1327. DENTALIUM testa subcylindræcæ lævi obliqua, hinc angustiore.

Rond. pisc. 2. p. 110. Tubulus dentatus lævis.

Gesn. aqu. 348. Dentales.

Charl. exerc. 63. Dentalium.

Dal. pharm. 393. Dentalium.

Lang. test. 3. Tubulus dentalis lævis.

List. bist. 4. f. 2. n. 2. Dentale læve album, altera extremitate rufescens.

Bonan.

Bonan. recr. 91. Dentales alii ejusdem formæ minores.
Habitat in *mari occidentali* frequens.

1328. DENTALIUM testa cylindræa inæquali flexuosa contorta.

Argenv. nat. 352. t. 29. f. 8.

Habitat ubique ad littora *maris atlantici*, sæpe in Ostreis.

1329. DENTALIUM testa membranacea cylindræa ligno inserta.

Sellii *Teredo* *navalis*.

Habitat in *navibus palisque* marinis, ligna destruens, ab exteris oris advecta, ante aliquot annos apud nos copiose observata.

Nautilus.

1330. NAUTILUS testa recta subcylindræa apicem versus angustiore.

Habitat forte in *mari Balthico*.

DESCR. Testam ipsam aut animal non vidimus, at petreficatum inde ubique vulgare, non modo per *Oelandiam*, sed & in omnibus nostris Provinciis.

Concha.

1331. CONCHA testa oblonga, medio antice contracta.
List. app. 15. f. 3. Musculus niger omnium crassissima & ponderosissima testa.

Gesn. aqu. Conchæ longæ species.

List. app. 15. f. 1. Musculus niger omnium crassissima & ponderosissima testa, conchæ longæ species.

Succis *Pårlemusla*.

Habitat in fluviis maximis, præsertim *Laponiæ*, ubi in voraginibus communiter reperitur.

1332. CONCHA testa oblonga ovata longitudinaliter subrugosa, postice compresso-prominula.

List. app. 9. f. 2. Musculus latus maximus, testa admodum tenui ex fusco viridescens, palustris.

Succis *Sjö-Musla*. *Musla*,

Habi-

Habitat in *Iacubus*.

OBS. Figura Listeri paulo latior videtur, quam nostra.

1333. CONCHA testa oblonga lævi subviolacea.

Lang. test. 24. Concha soleniformis lævis.

Gesn. aqu. 277. Mytulus.

Rond. aqu. 2. p. 48. Mytulus.

Aldr exsang. §12. Mytulus Rondeletii.

Bell. aqu. 397. Mytulus.

Schonef. ichtb. 54. Mytulus.

Merr. pin. 193. Mytuli.

List. hist. 3. t. 362. f. 200. Musculus subcæruleus fere virgatus.

angl. 182. f. 28. Musculus ex cæruleo niger.

Pet. mus. 84. n. 820. Musculus maritimus vulgatifimus edulis.

It. œl. 43. Concha Mytulus dicta.

Habitat in *mari* copiosissime, ad littora rejicitur, a Belgis editur, non vero a nostris.

OBS. ex hac humus conchacea Helsingica maxima ex parte constat.

1334. CONCHA testa oblonga transversim, vixque longitudinaliter, striata.

Habitat in *mari*.

1335. CONCHA testa subrotunda glabra incarnata.

It. œl. 43. Concha subrotunda glabra incarnata.

Habitat in *mari Baltico*.

DESCR. Testa tenera, magnitudine seminis Phaseoli, valde fragilis, vix tactum ferens, extus incarnata, ad cardines angulata, parum convexa absque ullis striis.

1336. CONCHA testa subglobosa glabra cornei coloris: sulco transversali.

List. angl. app. 22. f. 5. Musculus exiguus pisi magnitudine subrotundus.

Habitat in *paludibus*; in *Hottonia*.

DESCR. Magnitudo seminis Pisi majoris, subglobosa. Testa latior transversim, quam a cardinibus antrosum; valde gibba, lævis est, uno sulco striave transversali, subpellucida, minime alba, sed coloris omnino cornu bovini ad pectines elaborati subdiaphani.

1337. CONCHA testa ovata: altero latere angulo plano a cardine ad ambitum.

List.

List. app. 32. f. 8. Concha rugosa tellinæformis, lineola quadam paululum eminente ab ipso cardine ad imum ambitum donata.

Habitat in *mari*.

DESCR. Testa parva, magnitudo Fabæ, lævis, rugis minimis transversis; ubi valvæ coeunt ab altero latete cardinis, testa plana est versus rictum.

1338. CONCHA testa subrotunda rugosa substriata: valvis inæqualibus, cardine oblitterato.

Rond. aquat. 2. p. 37. Ostrea.

Gesn. aqu. 645. Ostrea.

Aldr. exsang. 482. Ostrea Rondelerii marina.

Fonst. exsang. 44. Ostrea.

Schonef. icht. 54. Ostrea.

Charl. exerc. 66. Ostrea.

Merr. pin. 193. Ostrea.

List. ang. 176. t. 4. f. 26. Ostreum vulgare maximum intus argenteo quodam splendore albescens.

bist. 3. p. 20. Ostrea major sulcata inæqualiter utrinque ad cardinem denticulata.

Bonan. recr. 108. t. 70. Concha satis nota in cœnis, Ostrea Latinis dicta, non Ostreum.

Lang. test. 81. Ostreum vulgare striatum.

Dal. pharm. 397. Ostrea.

Pet. mus. 85. n. 822. Ostrea vulgaris esculenta.

Suecis Ostra.

Habitat in *mari Occidentali*.

1339. CONCHA testa subrotunda; sulcis XX longitudinalibus: dorso antice aculeatis.

Rond. aqu. 22. Concha echinata.

Gesn. aqu. 131. 132.

Banon. test. clas. 2. n. 90. p. 446. Concha striata echinata.

List. angl. 188. t. 5. f. 33. Pectunculus echinatus.

Lang. test. 60. Concha cordiformis æquilatera umbone cardinum unito, striata papilloso verrucosa aculeata vel imbricata.

Habitat in *mari Atlantico* frequens.

DESCR.

DESCR. testa est subrotunda valvis hinc depressis, illinc vero magis rotundatis, valde gibba, sulcis XX. exarata, striis interjaentibus elevatis, longitudinaliter reflexo echinatis, præsertim versus marginem.

1340. **CONCHA** testa subrotunda; sulcis viginti sex longitudinalibus, tribus transversalibus.

Aldr. exsang. 449. Concha striata altera Rondeletii.

Pet. mus. 86. n. 835. Pectunculus maritimus nostras edulis vugatissimus.

List. angl. 189. t. 5. f. 34. Pectunculus vulgaris rotundus circiter XXVI. striis majusculis at planioribus notatus.

hist. 3. n. 171. Pectunculus capite minore rotundiore & magis æquali margine.

Schonef. ichth. 55. Pectunculus.

Dal. pharm. 398. Pectunculus.

It. æl. 42. Concha testa subrotunda, sulcis 26 longitudinalibus, tribus transversalibus.

Habitat in *mari*, copiose ad littora rejicitur.

DESCR. Testa subrotunda, rugis. s. sulcis transversis duobus tribusve profundis velut aucta est; sulci longitudinales 26 circiter, distincti, remoti, interjecto spatio rugoso; hi sulci subtus similiter versus marginem profunde insculpti numerantur. crassa admodum testa est.

1341. **CONCHA** testa subrotunda; sulcis profundis viginti, margine crenato.

Habitat in *mari*.

DESCR. Testa subrotunda, crassa, sulcis profundis viginti pluribusve transversis exarata; his sulcis interjacet margo reflexus. At margo testæ introrsum crenatus s. denticulatus est, qua nota a sequenti maxime differt.

1342. **CONCHA** testa subrotunda: striis transversis innumeris, margine lævi.

Habitat in *mari*.

DESCR. Testa subrotunda, crassa, pellucida, basi acutiuscula, striis transversis, innumeris, 30 pluribus, tenuissimis, vix distinguendis visu, acutis & reflexis; intra testam in ejus fundo sulcus sæpius oblongus. margo minime denticulatus est.

1343. **CONCHA** testa aurita; striis quatuordecim.

Pet. mus. 86. n. 829. Pecten major nostras vulgaris.

List. angl. 184. t. 5. f. 29. Pecten maximus circiter striis 14. admodum crassis & eminentibus & iisdem ipsis striis insignitus.

hist.

bist. 3. t. 163. f. 1. Pecten magnus albidus circiter 12. striis multis minutisque incisuris exasperatis donatus.

Habitat in *mari Atlantico*.

1344. CONCHA testa aurita rufescens; striis viginti. *List. angl.* 185. t. 5. f. 30. Pecten tenuis subrufus maculosus, circiter 20 striis majoribus at lævibus donatus.

Habitat in *mari Occidentali* frequens.

1345. CONCHA testa aurita; striis circiter quadraginta. *List. angl.* 186. t. 5. f. 31. Pecten minimus angustior inæqualis fere & asper, sinu ad cardinem cylindraceo, creberrimis minutissimisque striis donatus.

Habitat frequens in *mari Occidentali*.

DESCR. Striæ in hac specie exarant testam sulcis 30 ad 40, minutissimis, qua facile a reliquis differt: alba dein etiam est.

1346. CONCHA testa aurita alba; striis viginti tribus. *Pet. gaz.* 26. t. 17. f. 9. Pectunculus minimus lævis intus argenteus cardine serrato.

Habitat in *mari Atlantico* frequens.

DESCR. Testa alba est, auriculis striatis & rugosis, sulci longitudinales 23 tenuissime transversaliter rugosi; subtus nitet testa colore margaritarum, ubi sulci quasi duplicati sunt.

1347. CONCHA testa planiore orbiculata cranium humanum referente.

Stobæi Diss. epist. 1732. 4:to *Lundini*. f. 1. 2. Nummus Brattensburgensis.

Act. upf. vol. 2. p. 560. Nummus brattensburgensis territorii willans, insulæ Ivæ, lacu, ubi ad littora sæpe rejicitur pagi Biskops-gården.

Habitat in *Scania*.

OBS. D. D. *Leche* reperit duas testas, cohærentes, altera est Nummus Brattensburgensis *Stobæi*; altera est magis interne concava extus turbinata convexa; adeoque de genere nullum dubium amplius superest. in Tab. II. æ conchæ testam superiorem antea notam in naturali magnitudine exhibet a tergo visam; β eandem auctam a latere interiore; γ vero a latere exteriori. δ Testam inferiorem antea ignotam a latere interiore, ε vero eandem a latere exteriori delineat.

Le-

Lepas.

1348. LEPAS testa conica truncata; operculo obtuso.
Pet. mus. 82. n. 802. Balanus noster parvus vulgaris.
Argenv. nat. 364. t. 30. f. D.
List. angl. 196. t. 2. f. 41. Balanus cinereus velut e
 fenis laminibus striatis compositus, ipso vertice
 altera testa bifida rhomboide occluso.
hist. 3. t. 444. f. 287. Balanus parvus striatus.
Lewwenb. arcæn. epist. 82. p. 472. t. 465. f. 1. E. & f. 7.
 Habitat in lapidibus vulgarissima in mari Atlantico.
 DESCR. ANIMAL habet 1. *Rostrum* molle, intortum. 2. *Pedes* utrinque
 quatuor, longos, articulatos, pilosos. 3. *Pedes* utrinque tres, ven-
 tricolos uti chelæ, breves, singulos instructos setis brevibus binis ar-
 ticularis. 4. *Os* inferne dentibus utrinque duobus labello superimposito.
 Figuram *Leutwenhækii* videas satis bonam.
1349. LEPAS testa conica sulcata; operculo acuminato.
Argenv. nat. 364. t. 30. f. A.
 Habitat in *Ostreis* & lapidibus frequens in mari At-
 lantico.
 DESCR. Differt a præcedenti quod 1. major sit. 2. *testa* ad latera sulcis
 variis inæqualibus exculpta. 3. quod *operculum*; quatuor valvulis
 compositum, acuminè longo claudatur obliquè mucronato.
1350. LEPAS testa compressa, basi membrana cylindræa.
Argenv. nat. 364. t. 30. f. F. Concha anatifera adhærens.
Pet. mus. 82. n. 862. Balanus anatifera.
Bart. cent. 6. p. 271. Concha anatifera major.
Worm. mus. 256. Concha anatifera.
List. hist. 23. t. 440. f. 283. Concha anatifera mar-
 gine lævi.
exerc. t. 7. f. 4. 5.
Stalpart. obs. 2. p. 458. t. 15. Conchæ falsis gravidæ
 anseribus.
Bonan. recr. 95. f. 2.
Sennert. hypomn. 2. c. 8. Concha anatifera.
Sibb. mus. 170. n. 2. Concha quinquevalvis compres-
 sa, tubulo quodam lignis aut algæ marinæ ad-
 hærens; animal sui generis multis cirrhis instru-
 ctum continens, falso dicta anatifera.
scot. 2. l. 3. c. 12. t. 18. f. 1. Concha anatifera.
 B b Aldr.

Aldr. exsang. 543. Conchæ anatifæræ ex arbore dependentes.

Grew. mus. 148. Balanus compressa.

Lob. ic. 2. p. 250. Conchæ anatifæræ britannicæ.

Bauh. pin. 513. n. 1. 2. 3. Arbores anatifæræ.

Bauh. hist. 3. p. 803. Anates Conchiferæ vel Anatifæræ falso dictæ aut Tellinæ & Balani.

Hoffn. inf. 3. t. 6. Concha anatifera vulgo Branta & Bernicla.

Chabr. sciagr. 580. f. 3. 4. Arbores conchiferæ & anatifæræ dictæ.

Habitat in mari Atlantico super ligna.

Microcosmus.

1351. MICROCOSMUS.

Bart. cent. 4. p. 284. Cete vigesimus secundus.

Rhed. vivent. t. 22. f. 1. 4. 5. Microcosmus marinus.

Ephem. Nat. Cur. ann. 8. obs. 51. Singulare monstrum.

Act. lipsf. 1686. p. 48. t. 48. Microcosmus marinus.

Habitare fertur in mari Norwegico; ipse non dum hoc animal vidi.

APPENDIX.

254 --- 255.

1352. LACERTA cauda tereti verticillata longitudine corporis, pedibus pentadactylis unguiculatis.

Raj. quadr. 264. Lacertus vulgaris, ventre nigro maculato.

Habitat inter *Lapides*. R. Haft.

DESCR. Corpus cæruleo-cinereum: punctis albis nigrisque sparsis. Caput supra lividum: suturis variis, una cum collo a thorace distinctum monili e squamis majoribus. ordines 6 longitudinales: singulis e squamis 26 constantibus. anus transversus. Cauda tecta squamis acuminatis angulatis in verticillos 50 digestis. Digi omnes fissi, & armati unguibus acutis.

275 --- 276. *Branchiofegi.*

1353. OSTRACION rotundo - oblongus, tuberculis utrinque, pinna dorsali longissima. *Art. gen.* 59. *syn.* 81.

Clus. exot. 140. t. 141. Orbis ranæ rictu.

Barthol. cent. 2. p. 169. Orbis piscis.

Raj. pisc. 43. Orbis ranæ rictu.

Habitat in *Scania* maritimis.

432 --- 433.

1354. CHRYSOMELA rubra, elytro singulo maculis quinque nigris.

Habitat in *Salicibus* Sudermanniaë. J. O. Hagström.

DESCR. Est inter sui generis maiusculas. Caput nigrum. Thorax ruber, in medio pone niger. Elytra rubra: singulo maculis 5 nigris magnis, quæ tamen interdum constituunt in inæquales maculas. Abdomen subtus nigrum. Pedes nigri.

718 --- 719.

1355. APHIS Populi nigraë.

Swamm. bibl. 14. f. 21.

Jung. verm. 161, 162. Populi nigraë Vermes f. Mufca.

Reaum. gall. 3. t. 26. f. 7 -- 11. & t. 27. f. 1 -- 14.

Ambros. hort. 97. t. 96. Folliculi in pediculis foliorum populi nigraë.

B b 2

Hoffm.

Hoffm. alt. hort. 51. Culices in populo nigra.

Rupp. jen. 3. p. 333. Idem.

Aët. stockb. 1742. p. 232. Arbor muscas ferens.

Habitat *Runnaby & Gotthaburgi*, ubi in Populi nigrae 821 petiolis utrinque excreſcentia incarnata ore pervia; vel ſub diſco folii ſaccus incarnatus ſuperne pervius intra quæ Aphides hæ habitant, modo fere eodem quo aphidum cauſſa folliculi in Piſtaciæ ſpeciebus enaſcuntur. Aphis piſtaciæ.

Siml. vit. geſn. 49.

Cam. epit. 51.

Lob. ic. 97. & 100.

Dod. pempt. 870.

Bauh. hiſt. 1. p. 279.

Tabern. hiſt. 1439.

Habitat in *Piſtacia, Terebintha, Lentisco.*

Obſervent Autoptæ utrum hæc cum præcedente eadem aut diverſa ſpecies; cum in noſtra Suecia hæ arbores ſponte non occurrant.

809 - 810.

1356. PHALÆNA larvæ Sphingis caudæ corniculo ſcabro.

Friſch. germ. 2. t. 11. f. 3. (an?)

DESCR. Larva antice anguſtiſſima, glabra, a tergo livida, ſubtus ruſcens. *Maculae* utrinque 10 rotundæ (exceptis ultimis) flavo-albeſcentes, majuſculæ nigredine tinctæ, quibus ſingulis punctum album ſubjacet; *Puncta* varia alba minutiffima ad latera abdominis. *Pedes* 6, 8, 2. *Cornu* caudæ ſubum, ſcutum, curvum, ſcabrum.

1357. LARVA aquatica, globulo coccineo nitente umbilicali, cauda bifida.

Habitat in cavitatibus & rimis petrarum & montium, ubi aquæ ſtagnant.

DESCR. *Facies* piſcis minimi, longituda pollicis tranſverſi. *Caput* depreſſum. *Oculi* parvi, fuſci, laterales, diſtantes. *Antennæ* capillares. *Frons* obtuſa. *Roſtrum* obtuſum inflexum ut in cicada, anguſtum, obtuſiuſculum. *Dorſum* convexum, ſubincarnatum. *Cauda* teretiſcula, articulata, longitudine fere corporis: pinna horizontali bifida acuta. *Globulus* magnitudine ſeminis ſinapiſ ad regionem ani, coccineus, auro nitens, ſplendens, ad latera flavus. *Pedes* multi (12 circiter) ad latera corporis, ab utroque latere imbricatum diſpoſiti. *Natat* in dorſo uti *Notonecſta*. An *LARVA Ephemera* 755? *Fæmina* ſolo globulo inſtruitur, quod forte ovarium, ut peracta metamorphoſi præſto ſint ova

AD-


A D D E N D A.

- N. 29 lin. 3 *Suecis* Wattu-Rotta.
 114 - 8 *It. gotl.* 271.
 162 - 7 *Westrogothis* Biuggbit.
 166 - 11. 12 Habitat in sylvis acerosis sempervirentibus depressis.
 169 - 12 victitans præsertim *Betula nana* 777.
 283 - 4. 5. *Act. angl.* 293. p. 1749. f. 1. Gurnard.
 477 inter 478. CERAMBYX.
 596 - 4 *Clut. hemerob.* 81. Vermis majalis e provincia ultrajectina.
 - - 73. Vermis majalis.
 626 lin. 4. 5. *It gotl.* 276. Gryllus capite thorace elytrisque superne viridibus.
 835 - 4. 5. *Rob. ic.* 15. f. 1.

TABULA I.

78. ♀ CUCULUS subgrisea maculata, rectricibus nigris: fasciis undulatis. *Femina.*
243. ♂ PARUS vertice albo, cauda longiore; & quidem Avis in Scania a D. Lecho visa & delineata. an Parus beardmannicus Albini?
229. ♂ MOTACILLA testacea, subtus subcinerea, pileo obscuro.
♂ *Mas.*
♀ *Femina.*
484. CERAMBYX cinereus nigro-nebulosus, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace spinoso.
α magnitudine naturali.
β microscopio auctus.
147. TRINGA rostro lævi, corpore cinereo lituris nigris subtus albo.
194. ALAUDA remigibus albis: primoribus extrorsum nigris, rectricibus nigris: lateralibus tribus albis. Avis nivalis *vulga.*
α Remiges expansæ & distinctæ.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. *nigræ, versus basin albæ.*
9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. *albæ omnino.*
16. *nigra: apice albæ.*
β Rectrices expansæ.
1. 2. 3. 10. 11. 12. *albæ macula lineari nigra.*
4. 9. *nigræ latere exteriori longitudinaliter albæ.*
5. 6. 7. 8. *nigræ.*

EMEN-



228

229.

Lechei

194. ♂



α

C. Bergquist sculpsit.


TABULA II.

20. AMPELIS dorso nigro: macula ad oculos longitudinali.
 ♂ *mas.*
 ♀ *Fæmina.*
28. FRINGILLA alarum basi subtus flavissima.
31. CYPRINUS pinna ani duplici, caudæ trifurca.
exoticus Piscis aureus chinensium.
49. PROCELLARIA.
99. FRINGILLA artubus nigris, remigibus utrinque albis: tribus primis immaculatis, rectricibus duabus oblique albis.
Fæmina ♀
116. PHALÆNA pectinicornis; alis supra viridibus: fascia transversali sinuato-dentata glauca.
135. TENTHREDO antennis septinodiis nigra, segmentorum abdominalium marginibus, excepto secundo & tertio, flavis. *in Scrophularia.*
1283. LERNEA tentaculis 4 duobus apice lunulatis.
1347. CONCHA testa planiore orbiculata cranium humanum referente.
 α *testa magnitudine naturali.*
 β *testa superior latere interiore.*
 γ *testa superior latere exteriori.*
 δ *testa inferior latere interiore.*
 ε *testa inferior latere exteriori: parum conica.*

Cyprinus pinna ani duplici.
331.




216.



♀

♀

235.




NOI

- Abram
- Aby
- Acarus
- Acarus
- 1195.
- Accipiter
- Achanta
- Acipenser
- Acipenser
- Acrigone
- Acus 30
- Admiral
- Aelbescet
- Alauda
- Alauda
- Alaudæ
- Albula
- Alburnus
- Alca 11
- Alca 12
- Alce 37
- Alexis 7
- Alpicola
- Ambulo
- Ammiral
- Ammoc
- Ammody
- Ampelis
- Anas 8
- Anas 9
- 110
- Anates
- Anguilla
- Anguis

♂

♂



1283.

- Atricapilla* 229.
Attelabus 415. 424. 440. 547.
 554. 576.
Audax 731.
Avis 118. 119. 121. 129.
 145. 194. 220.
Avosetta 137.
Auris marina 1326.
Aurora 801.
- B***Alæna* 264. 265.
 Balæna 263. 264.
Balanus 1348. 1350.
Balbusardus 57.
Ballerus 323.
Basse la Reine 791.
Bella donna 778.
Bernicla 91.
Biber 23.
Blatta 617. 618.
Blatta 594. 617.
Bombylius 1012.
Bombyx 832.
Bos 44.
Boschas 97.
Branta. 91.
Brassicaria 797-799.
Brenta 91.
Bubo. 45. 46.
Buccinum 1300. 1301. 1310.
 1315. 1317. 1321. 1322.
 1325.
Bufo 253.
Buglossa 299.
Buglossus 299.
Buprestis 554 - 560.
Buprestis 344. 489-491. 495.
 519. 520. 521. 1199.
- Buteo* 65. 66.
Butyracea 807. 808.
- C***Æcilia* 258.
 Cæruleo-cephalus 836.
Callaris 297.
Canaria 207.
Cancellus 1250.
Cancer 1244 - 1254.
Cancer 1244. 1245. 1247.
 1250 - 1253.
Canis 12 - 14.
Canis 270.
Cantharis 584 - 593.
Cantharis 347. 477. 510.
 519. 525. 548. 549. 585-
 587. 589.
Cantharofcalops 543.
Cantharus 347. 556. 585. 586.
 596.
Canuti avis 150.
Capella 148.
Caper 42.
Capra 42.
Caprea 41.
Capreolus 41.
Capricornus 479. 493.
Caprimulgus 248.
Capriolus 41.
Capus 165.
Caput bovis 1312.
Carabus 511 - 533.
Carabus 514. 516. 517.
Carassius 322.
Carbo 116.
Carduelis 195 - 198.
Caryocatactes 75.
Cassida 377 - 387.

Cassi-

- Cassida* 377. 382.
Castor 23 - 25.
Catodon 262.
Cerambyx 478 - 495.
Cerambyx 478 - 480. 488.
 494. 499. 514. 518.
Cernua 286.
Certhia 213.
Certhia 213.
Certhias 213.
Certhius 213.
Cervus 37 - 41.
Cervus 38 - 40. 337.
Cete 262. 1351.
Chameleo 1029.
Charadrius 159.
Charadrius 156 - 160.
Charadrius 159. 160.
Charax 322.
Chermes 693 - 703.
Chloris 202. 205.
Chrysaetos 56.
Chrysomela 413 - 444. *Ap-*
pend. p. 387.
Chrysomela 417 - 419. 428.
 431.
Cicada 630 - 645.
Cicindela 548 - 553.
Cicindela 549. 550. 555. 558.
 584.
Ciconia 135. 136.
Cimex 646 - 687.
Cimex 597. 646. 647. 650.
 654. 655. 658. 662. 664.
 665. 672 - 674. 676. 679.
 681. 983. 684. 686. 688.
 692. 698. 707.
Cimices 646.
Cinclus 146.
Citrinella 205.
Clangula 100.
Clupea 315. 316.
Cobitis 332. 333.
Cobitis 331 - 333.
Coccinella 388 - 412.
Coccinella 388. 409.
Coccionella 377. 388. 389. 391.
 394. 397.
Coccolbraustes 176.
Cocctus 720 - 725.
Coccus 720.
Cochinella 391. 720.
Cochlea 1293 - 1325.
Cochlea 1293 - 1295. 1298 -
 - 1302. 1304 - 1307. 1309.
 1313. 1324.
Coluber 259.
Columba 174. 175.
Columba 124. 174.
Colymbus 121 - 124.
Colymbus 121 - 124.
Comes 783.
Concha 1331 - 1347.
Concha 1333. 1335. 1337 -
 - 1340. 1350.
Conchæ 1331. 1350.
Conirofor 177.
Coregonus 312 - 314.
Coridon 786.
Cornix 70. 71. 73.
Corvus 69 - 76.
Corvus 69. 116. 117. 281.
Cossus 812.
Cottus 278 - 280.
Cottus 278. 279. 283.
Coturnix 173.

- Crabro* 988.
Crex 162.
Cuculus 77. 78.
Culex 1115 - 1120.
Culex 1038. 1116. 1117. 1137. 1142. 1148.
Culices. append. p. 388.
Cuniculus 20.
Curculio 445 - 477.
Curculio 445. 446. 448. 449. 456 - 458. 460. 461. 475.
Curruca 233.
Cyclopterus 275.
Cycnus 88.
Cygnus 88.
Cyprinus 317 - 331.
Cyprinus 317 - 331.
- D** *Ama* 40.
Delphinus 266. 267.
Delphinus 266.
Dendrofalco 64.
Dentale 1327.
Dentales 1327.
Dentalium 1327 - 1329.
Dermestes 360 - 376.
Dermestes 360. 362. 363. 365. 366. 368. 379. 384. 410.
Dorcas 41.
Draca 282.
Drepanis 247.
Dytiscus 561 - 572.
Dytiscus 564. 571.
- E** *Chinus* 1289. 1290.
Echinus 16. 1289. 1290.
Eglefinus 297.
Elater 573 - 583.
- Emberiza* 205. 206.
Entomon 1255.
Eperlanus 311.
Ephemera 750 - 755.
Ephemera 751. 754.
Epops 85.
Equus 34. 35.
Erinaceus 16.
Eruca 773 - 775. 791. 796. 798. 799. 809. 811. 812. 819. 820. 824. 827. 828. 829. 834 - 836. 845. 849. 853. 869. 879. 921. 923. 1284.
Esox 304. 305.
- F** *Alco* 56 - 68.
Falco 60. 62. 68.
Faunus 784.
Felis 3 - 5.
Fiber 23.
Ficedula 230. 231. 234.
Folliculi. Append. p. 387.
Forficula 599. 600.
Forficula 599. 601. 603-606. 609. 612.
Formica 1019 - 1023.
Formica 1019 - 1023.
Formica - leo 733.
Fratricula 118.
Fringilla 195 - 212.
Fringilla 194. 198. 199.
Fringillago 238.
Fringillarius 68.
Fucus 1003.
Fulica 130.
Fulica 130.
Fullo 343.

- G**Adus 291 - 297.
Galeus 269.
 Gallina 164. 165. 170.
Galline 146.
Gallinago 143.
Gallinula 146. 147. 151-153.
 Gallopavo 164.
 Gallus 165.
Gallus 164. 165.
Gamma aureum. 873.
Gammarus 1249.
Garrulus 73. 179.
 Gasterosteus 276. 277.
Geometra 849. 873.
Gladius 288.
Glanis 291.
Glaucion 104.
Glaucium 104.
Glires. 28.
Glottis 142.
Gobio 279.
Gobius 279.
 Gordius 1265.
Gordius 1265.
Graculus 117.
Granum 720.
Grissagine 325.
Grus 131.
Grygallus 166. 168.
Grylli 617. 620.
Gryllo-talpa 619.
Gryllus 619-629.
Gryllus 617. 619. 620. 623.
 625. 629. 630. 633. 639.
Gulo 6.
Gyrfalco 62.
Gyrinus 412. 537. 540. 542.
 544. 545.
- H**Æmatopus 161.
Hematopus 161.
Haliætus 57.
 Haliotis 1326.
Harengus 315.
Hedera 949.
 Hemerobius 731 - 736.
Hemerobius 737. 738. 744.
 745.
 Hermellanus 9.
Hieracium 950.
Himantopus 161.
Hippelaphus 39.
 Hippobosca 1043. 1044.
Hippoboscus 1043.
Hippoglossus 302.
Hippolais 233.
Hircus 42.
 Hirudo 1272 - 1275.
Hirudo 1272. 1274. 1275.
Hirundinis 121.
 Hirundo 244 - 248.
Hirundo 127. 244 - 247. 281.
 Homo 1.
Hortulanus 205. 208.
 Hydra 1283.
Hydrocantharus 565. 567.
 569.
- I**Chneumon 951-987.
Ichneumon 924. 925. 929.
 933. 938. 940. 945-947.
 951. 952. 957. 959. 961.
 962. 964. 967. 970-972.
 975. 977. 978. 980. 981.
 985. 1031.
Imperator 779.
Insectum 684. 700.

- Ispida 86,
Fulo 1262
Fulus 1260
Junco 211,
Jynx 78,
K *Ernell* 108,
 Knavel 720,
Knipa 113,
L *Acerta* 254 - 257. *append.*
 p. 387.
Lacerta 254, 256, 257.
Lacertus 254, 255, 257. *ap-*
 pend. *p.* 387.
Lagopus 169,
Lampetra 273, 274,
Lampyrus 584, 618,
Lanarius 61, 180, 181,
Lanius 180, 181.
Lapwing 148,
Larus 125, 126,
Larus 125 = 127,
Lavaretus 312,
Leming 26,
Lemmus 26,
Léo 731,
Leopardus 814,
Lepas 1348 = 1350,
Leptura 496 = 510,
Leptura 496, 499, 504, 507,
 509, 510,
Lepus 19, 20,
Lepus 275,
Lernæa 1282,
Leucoradios 87,
Libatrix 833,
Libella 756 = 764, 766 = 768,
 770, 771,
Libellula 756 - 771,
Libellula 765,
Ligurinus 203,
Limax 1276, 1280,
Limax 1276 = 1280,
Limosa 142,
Linaria 209, 210,
Locusta 621, 623, 625, 626,
Locusta - pulex 630, 636, 639,
 642,
Loligo - sepia 1281,
Lota 292,
Lovisa 757,
Loxia 176 = 178,
Loxia 177,
Lubricipeda 823,
Lucio - perca 285,
Lucius 304,
Lumbricus 1270, 1271,
Lumbricus 1266, 1271,
Lumpus 275,
Lunda 118,
Lupus 4, 13,
Luscinia 231,
Luteæ. 205,
Lutra 10,
Lynx 4, 5,
Lyra 283,
M *Aja* 1245,
 Martes 7,
Mascovian 166,
Medusa 1286 - 1288,
Medusa 1287,
Meerwym 1265,
Meleagris 164,
Meleagris 164,
Meles 15,

- Meloë 596.
 Membras 315.
Merganser 113.
 Mergus 113-115.
Mergus 113 - 115, 121.
Merops 86.
Merula 184-187, 216.
Meticulosa 815.
 Microcosmus 1351.
Microcosmus 1351.
Millepeda 1257.
Millepes 1257.
Milvus 59, 63.
Molitor 345.
Molua 295.
Monedula 72.
Monoceros 283, 340.
 Monoculus 1181-1185.
 Monodon 263.
Montifringilla 194, 198.
 Mordella 534-547.
Mordella 534, 536.
Morinellus 158.
Morio 772.
Morphnos 57.
Morrhua 295.
 Motacilla 214-237.
Motacilla 147, 214, 215.
Mouche 951.
Mulus 35.
 Muræna 290.
Mures, 31.
 Mus 26-32.
Mus, 24, 26-32, 33, 1284.
 Mutca 1050-1114.
Musca 647, 656, 729, 631, 632, 744, 745, 952, 959, 985, 1024, 1031, 1035.
- 1040, 1043, 1049, 1051, 1052, 1057-1060, 1062, 1065, 1067, 1068, 1071, 1075, 1076, 1078, 1084, 1088-1090, 1093, 1094, 1096-1100, 1102, 1104, 1108, 1119, 1120, 1144, 1145, 1147.
Muscicapa 218.
Musculus 1331-1333, 1336.
 Mustela 6-9.
Mustela 9, 202.
Mustelus 269.
Mutuiti 159.
Mytuli 1333.
Mytulus 1333.
- N***Atrix* 259.
 Nautilus 1330.
 Nocydalis 597, 598.
Nocydalis 439, 476, 485.
 Nepa 691, 692.
Nerita 1318, 1319, 1320.
Neustria 824.
Noctiluca 584.
Noctua 48, 50, 51, 53, 54, 870.
 Notonecta 688-690.
Notonecta 688-690.
Notopeda 575, 577.
 Numenius 139-144.
Numenius 139.
Nummulus 1347.
Nummus 1347.
- O***Crophus* 146.
 Oculus 776.
Oenanthe 217, 218.

- Oenas* 174. 175.
Oestrum 1025. 1026. 1034.
Oestrus 1024 - 1029.
Omicron-ypsilon 859.
Oniscus 1255 - 1258.
Oniscus 1255. 1264.
Onos 297.
Ophidion 289.
Ophidion 289.
Orbis. Append. p. 387.
Orca 267.
Ortygometra 162.
Ortygometra 162.
Osmerus 311.
Ostracion. Append. p. 387.
Ostrea 1338.
Ostreum 1338.
Otus 47.
Ova 720.
Ovis 43.

Pagurus 1244. 1246.
Palumbus 175.
Panorpa 729.
Papilionoides 814.
Papilio 772 - 808.
Papilio 772 - 789. 791 - 804.
 806. 807. 809. 813. 814.
 817. 821 - 823. 825 - 827.
 830. 832. 833. 837. 840.
 845. 851. 853. 855. 856.
 860 - 870. 872. 873. 880.
 891. 895. 896. 906. 907.
 917. 920.
Papiliunculus 789.
Parus 238 - 243.
Parus 235. 238 - 243.
Passer 190. 207. 211. 212.
 232. 300. 301. 302.

Passerculus 235.
Patella 1291. 1292.
Patella 1291. 1292. 1326.
Patellæ 1326.
Pavo 163.
Pavo 163.
Peeten 1343 - 1345.
Pectunculus 1139. 1340. 1346.
Pedicula cognatus 1168.
Pediculus 1153 - 1170.
Pediculus 704. 722. 724.
 1153. 1154. 1157. 1159.
 1160. 1162. 1165. 1167.
 1168. 1169. 1192. 1193.
 1198.
Pelecanus 116. 117.
Pelecanus 87.
Penelope 105.
Penguin 119.
Perca 284 - 286.
Perca 284. 286.
Perdix 169. 171. 172.
Perla 731. 738.
Petromyzon 273. 274.
Phalæna 809 - 922.
Phalæna 777. 802. 808. 809.
 811. 812. 814. 819. 820.
 827 - 829. 833. 835 - 837.
 845. 846. 849. 851. 868.
 869. 872. 873. 875. 891.
 907. *Append. p.* 388.
Phasças 109.
Philopson 873.
Phoca 11.
Phoca 11.
Phœnicuro similis 220.
Phryganea 737 - 749.
Phycis 321.
Physalis 265. *Phy-*

Physapus 726. 728.
Physeter 265.
Pica 74. 76. 118. 161. 179.
Picea 700.
Picus 79-84.
Picus 79-84. 182.
Pied 194.
Pilularius 349.
Pisciculus 276. 277.
Piscis 277. 282. 303. 3. 23336.
Planorbis 1298. 1306.
Platea 87.
Plateffa 301.
Platina 87.
Pleuronectes 298-302.
Pluvialis 142. 155-157.
Podura 1172-1180.
Podura 1176-1178.
Polychloros 773.
Polygonum 720.
Polypus 1283.
Pomatia 1293.
Populi. Append. p. 387.
Porcellus 811.
Princeps 782.
Principissa 781.
Pristis 270.
Proboscis 1090.
Procellaria 249.
Procul spectabilis 822.
Proscarabeus 596.
Psi littera 879.
Pudendum 1284.
Pulex 1171.
Pulex 572. 645. 1158. 1162.
 1165. 1171. 1172. 1182.
 1190. 1253.
Pulmo 1286.

Pulmonaria 950.
Pungitius 276.
Pungitii alterum genus 277.
Pupbinus 118.
Purpura 1304.
Putorius 8.
Pygargus 58.
Pyrrhula 178.
Q*uerquedula* 99. 108. 109.

R*Aja* 268.
 Raja 268.
Rana 250-253.
Rana 250. 252.
Ranatra 631. 636.
Ranunculus 252.
Rangifer. 39.
Raphidia 730.
Raphidia 730.
Rara 814.
Razorbill 121.
Recurvirostra 137. 138.
Recurvirostra 137.
Reduvius 1192.
Regina 776.
Regulus 235. 236.
Rex 780.
Rhangerifer 39.
Rhodopus 146.
Rhombus 298.
Ricinus 1043. 1193.
Rootaug 324.
Rubecula 226.
Rubeculus 226.
Rubetra 218.
Rubicilla 178.
Rusticola 141.

- Ruticilla* 220, 224.
Rutilus 329.

S
Salamandra 256.
Salar 309.
Salmo 306-310.
Salmo 306-308.
Satyrus 785.
Sandilz 303.
Scalopsacantharus 543.
Scarabæolaphus 337.
Scarabæus 337-359.
Scarabæus 337, 338, 340, 343-
347, 349-355, 360, 364-
366, 370, 377-380, 388,
390, 391, 397, 403, 407,
412, 416, 430, 437, 446,
452, 456, 457, 460, 462,
477-479, 489, 494, 495,
499, 500, 507, 509, 515,
516, 518, 540, 548, 550,
554, 564, 572, 573, 575,
577, 584, 586-588, 594,
596, 599, 603, 604, 617,
665.
Schænobæus 222.
Schilus 285.
Sciurus 21.
Scolopax 138, 141, 143,
Scolopendra 1259-1264.
Scolopendra 1259-1261.
Scomber 287.
Scomber 287.
Scombrus 287.
Scorpæna 280.
Scorpio 280, 691.
Scorpiones 691.

Scorpio - araneus 1187.
Scorpio - musca 729.
Scorpius 280.
Scrofa 36.
Sepia 1281.
Sepia 1281.
Serpens 259.
Serra 270.
Seta 1265.
Silurus 291, 292.
Singulare monstrum 1351.
Sitta 182.
Sitta 182.
Smaragdulus 344.
Solea 299.
Somnolentus 845.
Sorex 33.
Sphinx 809.
Sphondyla 812.
Spinus 203.
Spirinchus 311.
Spithometra 849.
Spoonbill 87.
Spratti 316.
Sprinckbanen 622.
Squalus 269, 270.
Squilla 1252.
Staphylinus 601-616.
Staphylinus 603.
Stella 1285.
Sterna 127-129.
Sterna 127.
Srix 45-55.
Strix 49, 55, 248.
Strumule 949.
Struntjager 129.
Sturio 271, 272.
Sturnus 183.

Stur-

- Sturnus* 183.
Subbuteo 64.
Sus 36.
Syngnathus 334-336.
T*Abanus* 1045-1050.
Tabanus. 1029. 1045-1047. 1049. 1050.
Tadorna 93.
Tænia 1266-1268.
Tænia 333. 1266.
Taninai 1266.
Talpa 17.
Talpa 619.
Tarandus 39.
Taraxacum 889.
Taurus 337.
Taxus 15.
Tenebrio 594. 595.
Tenia 892.
Tenthredo 923 - 950.
Teredo navis 1329.
Terribilis 834.
Testudo 377.
Tetrao 166-173.
Tetrao 166. 168.
The godswall 101.
Thrips 726-728.
Thymallus 314.
Thymus 314.
Tinca 321.
Tinnunculus 67.
Tipula 1121-1152.
Tipula 685. 1115. 1121. 1123-1126. 1128. 1129. 1131.
Tobianus 303.
Tolmerus 731.
Totanus 149.
Trachinus 282. 283.
Tragelaphus 39.
Trapazorola 123.
Trichas 188.
Trigla 281.
Tringa 145-155.
Tringa 146. 147.
Triscus 292.
Truen 129.
Trutta 308. 309.
Tubulus 1327.
Turbitæ 174.
Turbo 1310.
Turdus 184-189.
Turdus 188. 189.
Turtur 175.
Typhle 335.
Typhlos 258.
V*Anellus* 148.
Veau 11.
Ventriones 704.
Vermes 1028. 1182. 1271.
Vermiculi 952.
Vermiculus 1109.
Vermis 599. 698. 826. 1024. 1253. 2266. 1268. 1284.
Verruca 945.
Vespa 959. 967. 969. 975. 977. 989. 1004. 1006. 1031.
Vespertilio 18.
Vinula 819.
Vipera 260.
Vitulus 11. 1265.
Ulrica 758.
Ulula 48.
Umbla 310.
Vormils 1024.
Upupa 85.

Uro-

404 INDEX NOMIN. LATINORUM.

Urogallus 166. 168.

Ursus 2.

Ursus 820.

Urtica 1287.

Vulpanser 93.

Vulpes 14.

W. littera 245.

Water wagtail 214

Weg flecklin 220.

Wydengyrckerlin 220.

Xiphias 288.

Xiphias 288.



IN-

INDEX

NOMINUM SVECORUM.

- A**Bborre 284.
 Ahlfogel 96.
 Ahlrita 243.
 Alaipg 194.
 Aler 96.
 Alle 124.
 Alwargrim 156.
 Anka 97.
 Ard 113.
 Asp 319.

Bäck-fwala 247.
 Beccafin 147.
 Benunge 277.
 Bij 1003.
 Binnikemafken 1266.
 Biörka 328.
 Biörn 2.
 Blicka 323.
 Blikta 313.
 Blindknagg 1050.
 Blodhund 12.
 Blodigel 1273.
 Blå-and 97.
 Blåfot 57.
 Blåklacka 1304.
 Blåkråka 73.
 Blå-luus 1156.
 Blåmes 240.
 Blåraf 14.
 Bläckfisk 1281.
 Bofink 199.
 Bolgeting 988.
 Brandraf 14.
 Braxen, 318.
 Braxenflicka 323.
 Braxenmygg 684.
 Braxenpancka 323.
 Brunnacke 104.
 Brushane 145.
 Bråfrö 1200.
 Bröms 1045.
 Brömskula 1024.
 Budd 331.
 Butta 298.
 Båfwer 23.
 Bårfis 650.
 Börtning 308.

CAbbliä 295.
 Canariefogel 207.
 Cheruna 169.
 Curbma 1025.

Daggmalk 1271.
 Dof 40.
 Dofhiort 40.
 Domherre 178.
 Dopping 100.
 Dracan 617.
 Dufva 174.
 Dwårg 1215.
 Dåsman 24.

Eider 94.
 Ekoxe 337.
 Engelsk Dogg 12.
 Eentita 242.
 Ettermyror 1022.
 Falk.

- F**alk 60.
 Faren 327.
 Festing 1192.
 Fijken 1266.
 Filfrass 6.
 Finke 199.
 Finfisk 265.
 Fiorna 123.
 Fiskörn 57.
 Fiällmus 26.
 Fiällracka 14.
 Fiåffing 282.
 Flatluus 1154.
 Flott 1193.
 Fluga 1106.
 Flundra 300.
 Flådermus 18.
 Forell 309.
 Frö 250.
 Får 43.
 Fårving 282.
 Fönster - spindel 1215.
GAlläpple 947.
 Geecka 77.
 Geet 42.
 Geting 989.
 Giers 286.
 Giådda 304.
 Giök 77.
 Giöktyta 78.
 Giös 285.
 Glada 59.
 Glirr 331.
 Glirren 331.
 Glutt 142.
 Golspink 205.
 Grautle 124.
 Grifla 124.
 Groda 250.
 Grundel 332.
 Grundskorfwa 1255.
 Grylle 124.
 Grå - lax 307.
 Grå - siska 210.
 Gråskin 21.
 Gråsparf 212.
 Gråfuggor 1257.
 Gråffwin 15.
 Gråsand 97.
 Gröngiöling 80.
 Gröning 205.
 Grönlands Hwalfisk 263.
 Grönling 332.
 Grönfiska 203.
 Grönspek 80.
 Gudunge 94.
 Guldsmed 344.
 Gumphöns 165.
 Gyllenrånna 81.
 Gås 90.
HAfsnähl 334.
 Hafstiäder 116.
 Haj 269.
 Hare 19.
 Harfång 54.
 Harr 314.
 Hemdufva 174.
 Hermelin 9.
 Hiort 38.
 Hiärpe 170.
 Homåka 125.
 Horngiäll 305.
 Hornoxe 337.
 Hornuggla 47.
 Horsgjök 146.

Hug-

- Huggorm 260.
 Humbla 1012. 1015. 1017.
 Hommer 1248.
 Hund 12.
 Hutti 157.
 Husfwala 245.
 Hwasbuk 316.
 Hwitling 294.
 Håger 133.
 Hätgflundra 302.
 Hämpling 209.
 Härfogel 85.
 Håft 34.
 Håftfluga 1043.
 Håftmyror 1019.
 Höna 165.
 Höns 165.
 Hönstjuf 63.
 Jagthund 12.
 Jickorn 21.
 Id 320.
 Igelkott 16.
 Iggling 331.
 Iller 8.
 Illwårsfogel 194.
 Jordhumbla 1012.
 Jordkrut 1179.
 Isarf 324.
 Isfpiärna 214.
 Jugås 93.
 Jungfru Mariæ Höna 391.
 Järf 6.
 Järnsparf 223.
 Kaja 72.
 Kalkon 164.
 Kanin 20.
 Kantnähl 335.
 Karp 317.
 Katta 3.
 Kattlo 5.
 Kikbår 1150.
 Kjåder 166.
 Kjågelrifware 177.
 Kjårgylta 248.
 Kjörfogel 113.
 Klera 189.
 Klåmalk 1194.
 Klåffa 250.
 Klådra 189.
 Knipa 100.
 Knoding 281.
 Knorrhane 281.
 Knott 1118.
 Knåhund 12.
 Ko 44.
 Kohltraft 184.
 Kolja 297.
 Kongsfogel 235.
 Kopparorm 258.
 Kornlårcka 206.
 Korp 69.
 Korsnåf 177.
 Korsråf 14.
 Kowipa 148.
 Kramsfogel 188.
 Krauck 1116.
 Krollhöna 165.
 Kronhjort 38.
 Kruka 233.
 Krypare 213.
 Kråka 71.
 Kråfweta 1249.
 Kyrckofalck 67.

L Abben 129.
 Ladufwala 244.
 Lake 292.
 Lappskata 187.
 Lax 306.
 Laxöring 309.
 Lekatt 9.
 Linnare 321.
 Linåhl 274.
 Lomm 121.
 Loppa 1171.
 Lummich 26.
 Lunda 118.
 Luus 1154.
 Lysmask 584.
 Läche 1215. 1186.
 Låderlapp 18.
 Lårka 190.
 Lōja 330.
 Lōpare 267.

M Ahl 291. 362. 1195.
 Makrill 287.
 Manett 1287.
 Marspitt 161.
 Marsvin 266.
 Mave 125.
 Mefar 228.
 Metmask 1271.
 Mockere 1118.
 Moiku 313.
 Morkulla 141.
 Mosshumbla 1017.
 Mudd 331.
 Mullwad 17.
 Mulåfna 35.
 Musla 1332.

Muus 31.
 Mygg 1116.
 Myror 1019-1023.
 Myrpytta 156.
 Mård 7.
 Mōmus 1012.
 Mōrt 329.

N Akenhund 12.
 Nattblacka 18.
 Nattskiårra 248.
 Nattskråfva 248.
 Neinōgon 273.
 Noosmasken 1027.
 Norrquint 198.
 Nors 311.
 Nyckelpiga 391.
 Näbbgjådda 305.
 Näbbmuus 31.
 Nåchtergahl 221.
 Nåtting 273.
 Nōt 44.
 Nōtkraka 75.
 Nōtpacka 182.
 Nōtkrika 74.
 Nōtwåcka 75. 182.

O Denswala 135.
 Olycksfogel 187.
 Onda - Betet 1265.
 Ormslå 258.
 Orre 168.
 Ostra 1338.

P Adda 253.
 Pago 159.
 Parisfogel 176.
 Pelekan 87.

Piffmyror 1020.
 Polfa 1132.
 Popp 85.
 Pracka 114.
 Påfogel 163.
 Pålemufla 1331.

Quaster 1199.
 Quidd 331.
 Quidfogel 65.

Racklehane 167.
 Rapphöna 172.

Ratgans 91.
 Raud 310.
 Rhen 39.
 Ringdufva 175.
 Ringorm 259.
 Ringswala 246.
 Riska 204.
 Roka 70.
 Roslare 167.
 Rotgel 226.
 Rotta 28.
 Ruda 322.
 Råcka 268.
 Rådjur 41.
 Råf 14.
 Råka 1252.
 Røding 310.
 Rødluus 1155.
 Rødstjert 224.
 Rørdrum 134.
 Røtsimpa 280.

Sabelmus 26.
 Sandpiller 733.
 Sarf 324.

Siberisk gås 89.
 Sidenswantz 179.
 Sijk 312.
 Sijklöja 313.
 Silkesmask 832.
 Sill 315.
 Siska 203.
 Siuryggfisk 275.
 Siutut 175.
 Siäl 11. "
 Siölårcka 194.
 Siömufla 1332.
 Siöorre 124.
 Skata 76.
 Skiälryta 280.
 Skiärfläcka 137.
 Skogsdufwa 174.
 Skogsknetter 228.
 Skogsnigel 1276.
 Skomakare 321.
 Skrabba 280.
 Skraka 113.
 Skrobba 594.
 Skålla 301.
 Slaggsimpa 279.
 Slaghök 66.
 Slom 311.
 Slättskiädda 300.
 Småmyror 1023.
 Småfijk 313.
 Snigel 1272.
 Snok 259.
 Snorgiers 286.
 Snäppa 147.
 Snöloppa 1176.
 Snöripa 169.
 Snösparf 194.
 Sola 299.

D i

Sol-

Solfensfodg 331.
 Spansk kråka 73.
 Sparfhök 68.
 Spigg 276.
 Spillkråka 79.
 Spinck 212.
 Spyfluga 1102.
 Stare 183.
 Stenbit 309.
 Stenhumbla 1015.
 Stensimpa 279.
 Stensquätta 217.
 Sterlett 272.
 Stiglitza 195.
 Stingfluga 1042.
 Stint 313.
 Stork 136.
 Stormwadersfogel 249.
 Storfisk 312.
 Strandpipare 159.
 Strandskiura 161.
 Strandswala 247.
 Strautle 125.
 Strömming 315.
 Stugofluga 1106.
 Styng 1024.
 Stäm 325.
 Stör 271.
 Surk 17.
 Sutare 321.
 Swan 88.
 Swartlasse 129.
 Swartmyror 1021.
 Swenska 202.
 Swensk Papegoja 176.
 Swerdfisk 288.
 Swidknott 1117.
 Swin 36.

Swärta 106.
 Syrmask 1255.
 Syrfa 620.
 Sägfish 270.
 Sådesårta 214. 215.
 Såffparf 211.
 Sömntorn 938.

T Algoxe 238.
 Tallbit 176.
 Tillkråka 79.
 Timberman 480.
 Tobis 303.
 Tofshöns 165.
 Tofsmyssa 239.
 Tofstita 239.
 Tolk 154.
 Tomlinge 242.
 Tomtorm 259.
 Torbagge 349.
 Tord 120.
 Tordmule 120.
 Torndyfwel 349.
 Torraka 617.
 Torfk 293.
 Trana 131.
 Traft 184.
 Trompe 1026.
 Trågårdsnäcka 1293.
 Tumlare 266.
 Tunga 299.
 Tupp 165.
 Turkisk gåås 89.
 Twestiert 599. 1263.
 Tånglake 333.
 Tåssa 253.
 Tårna 127.
 Tåting. 212.

U^F 45.
Ulf 13.
Ulka 280.
Utter 10.

WAchtel 173.
Waldsnäppa 143.
Wargel 181.
Warg 13.
Warglo 4.
Watnbagge. 572.
Watnstare 216.
Wedknarr 80.
Wespa 989. .
Widding 294.
Wigge 99.
Willfwin 36.
Wimba 326.
Winterand 95.
Winthund 12.
Wipa 148.
Woodcock 141.
Wrakfogel 113.

Wriand 105.
Wårtbit 621.
Wäggluus 646.
Wätträckia 214.

ÅDa 94.
Åhl 290.
Åhlkufa 292.
Åkerhöna 157. 171.
Åkerhöns 156. 391.
Ållenborre 346.
Åfna 35.

ÅLg 37.
Ållerkråka 73.
Ånger 360.
Ångsnärpa 162.
Årla 214.
Årta 109.

ÖRlax 308.
Örnmask 599.
Örn 56.



